li ſunt. Sicut ergo colligũtur zi
zania / et igni cõburũtur: ſic erit
in conſūmatione ſeculi. Mittet
filius hominis angelos ſuos: et
colligent de regno eius oīa ſcan-
dala: et eos qui faciunt inquita-
tem: et mittent eos in caminum
ignis. Ibi erit flet⁹ / et ſtridor dẽ-
tium. Tunc iuſti fulgebũt ſicut
ſol in regno patris eorum. Qui
habet aures audiendi audiat.
¶ Dñica in .l. Ad miſſam Offi̅m.
ESto michi in deum
protectorem: et in lo-
cum refugij vt ſaluũ
me facias: quoniam
firmamẽtum meum
et refugium meum es tu: et pro-
pter nomen tuum dux mihi eris
et enutries me Ps. In te domīe ſpe
raui / non confundar in eternum: in
iuſticia tua libera me. Gloria patri
et filio et ſpiritui ſancto. Collecta.
PReces noſtras queſumus
domine clementer exaudi
atq; a peccatorum vinculis abſo
lutos: ab omni nos aduerſitate
cuſtodi. Per dñm noſtrũ ieſum
chriſtum. Ad Corinthios. i. xiij.
FRatres. Si linguis hom
num loquar et angelorũ:
caritatem autem non habeam:
factus ſum velut es ſonans / aut
cymbalum tinniẽs. Et ſi habue-
ro prophetiam: et nouerim my-
ſteria omnia: et omnem ſcientiã
et ſi habuero omnẽ fidem ita vt
montes transferam: caritatẽ au
tem non habuero / nihil ſum. Et
ſi diſtribuero in cibos pauperũ
omnes facultates meas. et ſi tra
didero corpus meum ita vt arde
am: caritatem autem nõ habue-
ro: nichil mihi prodeſt. Caritas
patiens eſt: benigna eſt. Caritas
non emulatur: non agit perpe-
ram: non inflatur: non eſt ambi
cioſa: non querit que ſua ſunt.
Non irritatur / non cogitat ma-
lum: non gaudet ſuper iniquita
te: congaudet autẽ veritati. Om
nia ſuffert / omnia credit / omnia
ſperat: omnia ſuſtinet. Caritas
nunq̃ excidit. Siue pphetie eua
cuabuntur / ſiue lingue ceſſabũt:
ſiue ſcientia deſtruetur. Ex par-
te enim cognoſcimus: et ex par-
te prophetam⁹. Cum autem ve-
nerit quod perfectũ eſt: euacua-
bitur quod ex parte eſt. Cũ eſſem
paruulus loquebar vt paruul⁹:
ſapiebam vt paruulus / cogita-
bam vt paruulus. Quando au-
tem fact⁹ ſum vir: euacuaui que
erant paruuli. Videmus nũc per
ſpeculum in enigmate: tunc au-
tem facie ad faciem. Nũc cogno-
ſco ex parte: tunc autem cogno-

ſcam ſicut et cognitus ſum. Nūc autem manent fides/ ſpes/ caritas tria hec. Maioꝛ autem hÿs: eſt caritas. Gr. Tu es deus qui facis mirabilia ſolus: notā feciſti in gentibus virtutē tuā. v. Liberaſti in bꝛachio tuo populum tuum: filios iſrael et ioſeph. Tractus.

Iubilate deo omnis terra: ſeruite dn̄o in leticia v. Intrate in conſpectu eius: in exultatione. v. Scitote ꝙ domin⁹ ipſe eſt deus. v. Ipſe fecit nos/ et nō ipſi nos. nos autem popul⁹ eius: et oues paſcue eius

Secundum Lucam. xviij.



In illo tēpoꝛe Aſſūpſit ieſ⁹ duodecim diſcipulos ſuos: et ait illis Ecce aſcendim⁹ hieroſolimam: et conſūmabuntur omnia que ſcripta ſunt per pꝛophetas/ de filio homis. Tradetur enim gentibus: et illudetur/ et flagellabit et conſpuetur. Et poſtꝙ flagellauerint/ occident eum: ⁊ tertia die reſurget. Et ipſi nichil hoꝛū intellexerūt. Erat autem verbum iſtud abſconditū ab eis: et nō intelligebāt que dicebātur. Factū eſt autem cum appꝛopinquaret hierico: cecus quidam ſedebat ſecus viam mendicās. Et cum audiret turbā pꝛetereuntē: interrogabat quid hoc eſſet Dixerūt autem ei: ꝙ ieſus nazarenus tranſiret. Et clamauit dicēs. Ieſu fili dauid: miſerere mei. Et qui pꝛeibant: increpabant eum vt taceret. Ipſe vero multo magis clamabat: fili dauid/ miſerere mei. Stans autem ieſus: iuſſit illum adduci ad ſe. Et cum appꝛopinquaſſet/ interrogauit illū dicēs. Quid tibi vis faciam? At ille dixit. Domīe: vt videam. Et ieſus dixit illi. Reſpice: fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim vidit: et ſequebatur illum/ magnificans deum. Et omnis plebs vt vidit: dedit laudem deo. Offr. Benedictus es dn̄e: doce me iuſtificatiōes tuas benedictus es domine: doce me iuſtificationes tuas: in labiis meis pꝛonunciaui omnia iudicia oꝛis mei

Hec hoſtia domine Secre. queſumus emūdet noſtra delicta: et ſacrificium celebꝛandum ſubditoꝛū tibi coꝛpoꝛa/ mēteſq; ſāctificet. Per dn̄m noſtrū. Coio. Manducauerūt et ſaturati ſunt nimis: et deſiderium eoꝛum attulit eis dominus: non ſunt fraudati a deſiderio ſuo. Complenda.

Queſumus omnipotēs deus: vt qui celeſtia alimenta percepimus: per hec cōtra omnia aduerſa muniamur. Per dominū. ¶ Feria. iiij. in capite ieiunij. Bn̄dictio cinerū. Adiutoriū noſtrū in noīe dn̄i. Qui fecit celum et terram. Oꝛemus. Oro.

Omnipotēs ſēpiterne deus: parce metuētibus ꝓpiciare ſupplicibus: et mittere digneris ſanctū angelū tuum de celis/ qui bene ✠ dicat ⁊ ſancti ✠ ficet cineres iſtos: vt ſint remediū ſalutare omnibus nomen ſanctū tuū humiliter imploꝛātibus: ac ſemetipſos pꝛo cōſciētia delicto-

rum ſuorum accuſantibus: atqꝫ ante conſpectum diuine clementie tue facinora ſua deplorantibus: vel ſereniſſimam pietatem tuam ſuppliciter obnixeqꝫ flagitantibus: ⁊ preſta per inuocationem ſanctiſſimi nominis tui: vt quicūqꝫ eos ſuper ſe aſperſerint pro redemptione peccatorū ſuorum: et corporis ſanitatem percipiāt/et anime tutelam. Per chriſtum dnm noſtrum. Oratio.

DEus qui non mortem. ſed penitētiam deſideras peccatorum. fragilitatem conditionis humane benigniſſime reſpice. Et hos cineres quos cauſa pferende humilitatis. atqꝫ promerēde venie. capitibus noſtris imponi decernimus. benedicere ✠ et ſanctificare ✠ pro tua pietate dignare. vt qui nos cinerem eſſe et ob prauitatis noſtre meritum in puluerem reuerſuros cognoſcimus peccatorum omnium veniam. et premia penitentibus repromiſſa miſericorditer cōſequi mereamur. Per chriſtum dominum noſtrum. Oratio.

DEus qui humiliatione flecteris: et ſatiſfactiōe placaris aurem tue pietatis inclina precibus noſtris: ⁊ capitibus ſeruorum tuorum horum cinerum aſperſione attactis: effunde propicius gratiā tue bene ✠ dictionis: vt eos et ſpiritu compūctionis repleas: et que iuſte poſtulauerint efficaciter tribuas/ et conceſſa perpetua ſtabilitate/manere intactos decernas Per chriſtū dominum noſtrum. Oratio.

OMnipotēs ſempiterne deus: qui niniuitis in cinere et cilicio penitentibus indulgentie tue remedia preſtitiſti. concede ppiciꝰ: vt ſic eos imitemur habitu quatenus venie pſequamur obtētu. Per dnm. Deinde aſpergantur cineres Añ. Exaudi nos domine quoniam benigna eſt miſericordia tua ſecundum multitudinem miſerationū tuarum reſpice nos domine. ℣. Saluum me fac deus: quoniam intrauerunt aque vſqꝫ ad animam meam. Exaudi. Oremꝰ Flectamus genua Leuate. Colla.

COncede nobis domīe queſumus pſidia milicie chriſtiane/ ſanctis inchoare ieiuniis: vt cōtra ſpiritales nequitias pugnaturi: continentie muniamur auxilijs. Per chriſtū. Deīde ponat cineres ſacerd. ſup capita hoim in modum crucis et dicat

MEmēto homo quia cinis es: et in cinerē reuerteris. Interim cho. cātet Añ. Immutemur habitu in cinere et cilicio. ieiunemus et ploremus ante dnm: quia multū miſericors eſt dimittere pctā noſtra deus noſter. Añ. Iuxta veſtibulū et altare plorabūt ſacerdotes et leuite miniſtri dñi/ ⁊ dicēt. parce dñe parce populo tuo: et ne diſſipes ora clamantiū ad te dñe. ℟. in pceſſione.

Emēdemus in melius quod ignorāter peccauimꝰ: ne ſubito preocupati die mortis: queramꝰ ſpaciū penitētie et inuenire nō poſſumꝰ. Attende dñe et miſerere: quia peccauimꝰ tibi ℣. Peccauimꝰ cū patribꝰ noſtris iniuſte egimꝰ īiquitatē fecimꝰ. Attēde

¶ In capite Ieiunij. Introitus

MIſereris oim dñe et nichil odiſti eorũ que feciſti diſſimulãs pctã hominum propter penitentiam: et parcens illis/quia tu es dominus deus noſter. Ps. Miſerere mei de⁹ miſerere mei quoniam in te confidit anima mea. Gloria patri ꝛ filio. ¶ Nota ꝙ ad miſſam de feria: ſingulis diebus abſq; dñicis: dicetur Oremus Flectamus genua: ante primam Collectã per totũ ieiuniũ. Orem⁹ Flectam⁹ genua le. Col.

PReſta qs dñe fidelibus tuis: vt ieiunioꝛũ venerãda ſolẽnia: et congrua pietate ſuſcipiant: et ſecura deuotiõe percurrant. Per. Lcõ Johelis pphẽ. ij.

HEc dicit dñs deus. Cõuertimini ad me in toto corde veſtro/in ieiunio et fletu et planctu: et ſcindite corda veſtra et nõ veſtimenta veſtra. Et cõuertimini ad dominum deum veſtrum: quia benignus et miſericors eſt/patiens et multe miſericordie: et preſtabilis ſuper malicia. Quis ſcit ſi cõuertatur/et ignoſcat deus: et relinquat poſt ſe bñdictionem: Sacrificiũ et libamen domino deo noſtro Canite tuba in ſyon/ſanctificate ieiunium: vocate cetum: congregate populũ/ſanctificate eccleſiam: coadunate ſenes: cõgregate paruulos/et ſugẽtes vbera. Egrediatur ſponſus de cubili ſuo: ꝛ ſponſa de thalamo ſuo. Inter veſtibulum et altare plorabunt ſacerdotes miniſtri domini/et dicent. Parce dñe parce populo tuo: et ne des hereditatẽ tuam in opprobriũ: vt dominẽtur eis nationes. Quare dicunt in populis/vbi eſt deus eorum: zelatus eſt dominus terrã ſuam: et pepercit populo ſuo. Et reſpondit dominus: et dixit populo ſuo. Ecce ego mittã vobis frumentum: et vinum/et oleum et replebimini in eis. Et non dabo vos vltra opprobrium in gentibus. Dicit dominus: oipotens Gr. Miſerere mei deus/miſerere mei: quoniã in te cõfidit anima mea ℣. Miſit de celo et liberauit me: dedit in opprobriũ cõculcãtes me Tr.

DOmine non ſecundum peccata noſtra facias nobis: neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatũ noſtrarum antiquarum: cito anticipẽt nos miſericordie tue: quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter gloriam nominis tui domine libera nos/ꝛ propici⁹ eſto peccatis noſtris: propter nomen tuũ

Secundum Matheum. vi.



IN illo tẽpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Cum ieiunatis: nolite fieri ſicut hypocrite triſtes. Exterminãt eñi facies ſuas/vt appareant hominibus ieiunantes Amen dico vobis: quia receperunt mercedẽ ſuam. Tu autem cum ieiunas: vnge caput tuum/et faciẽ tuã laua: ne videaris ho-

minibus ieiunans/ſed patri tuo
qui eſt in abſcōſo. Et pater tuus
qui videt in abſconſo/reddet tibi
Nolite theſauriſare vobis the-
ſauros in terra/vbi erugo et ti-
nea demolitur: et vbi fures effo-
diunt/et furantur. Theſauriza-
te autem vobis theſauros in ce-
lo: vbi neqꝫ erugo/neqꝫ tinea de-
molitur: et vbi fures non effodi-
unt nec furantur. Ubi eni eſt the
ſaurus tuus/ibi eſt et cor tuum.
Offr. Exaltabo te domine quoni
am ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimi
cos meos ſuper me. domie clamaui
ad te/et ſanaſti me. Secreta.
HAc nos queſumus domie
his muneribus offerēdis
conuenienter aptari: quibus ip-
ſius venerabilis ſacramenti cele
bramus exordium. Per dominū
¶ Nota ꝙ ſingulis diebus feria-
libus ad miſſam de feria ab hinc
vſqꝫ dñicā paſſionis Iudica. di-
cetur Pref̄a. de ieiu. Qui corpali
ieiu. Coio Qui meditabit in lege
domini die ac nocte: dabit fructū ſu-
um in tempore ſuo. Complenda.
PErcepta nobis dñe prebe-
ant ſacramēta ſubſidium
vt et tibi grata ſint noſtra ieiu-
nia: ⁊ nobis proficiāt ad medelā
Per do. ¶ Nota ꝙ ad miſſā de fe
ria abſqꝫ dñicis vſqꝫ ad cenā dñi/
poſt vltimū Per dñm. Ante Per
oia ſecula ſeculorū: dicet Oremꝰ
Inclinate capita vr̄a deo. Et tūc
ſtatim addit colľa Sup populū
INclinātes ſe domine ma-
ieſtati tue ꝓpiciatus inten
de: vt qui diuino munere ſunt re
fecti: celeſtibus ſemper munian-
tur auxilijs. Per dñm noſtrum.
¶ Feria. v. Ad miſſam Introitꝰ
DUm clamarē ad
dominū/exaudi-
uit vocem meam:
ab his qui appro-
pinquāt michi: et
huſiliauit eos qui
eſt ante ſecula/⁊ manet in eternū
iacta cogitatū tuū in dño/et ipſe
te enutriet. ps Exaudi deus oratio
nē meā: et ne deſpexeris deprecatio-
nē meā: intende michi et exaudi me.
Gloria. Oremꝰ Flectamꝰ ge. Col
DEus qui culpa offenderis
penitētia placaris: preces
populi tui ſupplicātis propicius
reſpice/et flagella tue iracundie/
que pro pc̄tis noſtris meremur.
auerte. Per dñm noſtrū ieſum.
Lectio Iſaye prophete. xxxviij.
IN diebus illis. Egrotauit
ezechias vſqꝫ ad mortē: et
introiuit ad eum iſayas filius a-
mos propheta: et dixit ei. Hec di-
cit dominꝰ. Diſpone domui tue:
quia morieris tu/et nō viues. Et
cōuertit ezechias faciem ſuā ad
parietem: et orauit ad dominū/
et dixit. Obſecro domine memē-
to queſo quomodo ambulauerī
corā te in veritate/et in corde per
fecto: et quod bonū eſt in oculis
tuis feceri. Et fleuit ezechias fle-
tu magno Factumqꝫ eſt verbum
domini ad iſayam/dicens. Ua-
de et dic ezechie. Hec dicit dñs de-
us dauid patris tui. Audiui ora-
tionem tuam: et vidi lachrymas
tuas. Ecce ego adijciam ſuper
dies tuos quindecim annos: ⁊ de
manu regis aſſyriorum eruam

te/et ciuitatem iſtam/ et protegã
eam dicit dominus: omnipotẽs.
Gr. Iacta cogitatum tuum in do
mino: ⁊ ipſe te enutriet. ℣. Dum cla
marem ad dominum: exaudiuit vo=
cem meã: ab his qui appropinquãt
michi. Secundũ Matheum. viij.



In illo tẽ=
pore. Cũ
introiſſet ieſus
capharnaũ: ac=
ceſſit ad eũ cen=
turio: rogãs eũ
et dicẽs. Domi=
ne: puer meꝰ ia=
cet in domo pa=
ralyticus: et male torquetur. Et
ait illi ieſus. Ego veniam: et cu=
rabo eum. Et reſpondens centu
rio/ait. Dñe/non ſum dignus/
vt intres ſub tectum meũ: ſed tã=
tum dic verbo/⁊ ſanabitur puer
meus. Nã et ego homo ſum/ ſub
poteſtate cõſtitutus: habens ſub
me milites. Et dico huic vade: et
vadit Et alio veni: ⁊ venit. Et ſer
uo meo fac hoc/et facit. Audiens
autem ieſus miratus eſt: et ſequẽ
tibus ſe dixit. Amen dico vobis:
non inueni tantam fidem in iſra
el. Dico autẽ vobis: ꝙ multi ab
oriente et occidente venient: et re
cumbent cum abraham/⁊ iſaac/
et iacob in regno celorum. Filij
autẽ regni eijcientur in tenebras
exteriores. Ibi erit fletus/et ſtri=
dor dentium. Et dixit ieſus cẽtu=
rioni. Vade: et ſicut credidiſti fi=
at tibi. Et ſanatus eſt puer: ex il=
la hora. Offr. Ad te domine leua
ui animam meam: deus meus in te
confido non erubeſcam. neqꝫ irride=
ant me inimici mei: etenĩ vniuerſi qui
te expectãt non cõfundẽtur. Secre.
Sacrificijs preſentibus do
mine queſumꝰ intende pla
catus: vt et deuotioni noſtre pro
ficiant et ſaluti. Per dñm noſtrũ
Coio Acceptabis ſacrificium iuſti
cie oblationes et olocauſta: ſuper al=
tare tuum domine. Complenda.
Celeſtis doni benedictione
percepta ſupplices te deus
omnipotẽs deprecamur: vt hoc
idem nobis et ſacramenti cauſa
ſit/et ſalutis. Per dñm. Sup po
pulũ. Oremus. Humiliate capita.
Parce domine parce popu
lo tuo: vt dignis flagella=
tionibus caſtigatus: in tua miſe
ratiõe reſpiret. Per. ¶ Feria vi.
poſt Cineres. Ad miſſã. Introi.
Audiuit dñs et mi=
ſertꝰ eſt mihi: dñs
factus eſt adiutor
meus ps Exaltabo
te dñe qm̃ ſuſcepiſti
me: nec delectaſti ini
micos meos ſuper me. Gloria patri
Oremꝰ Flectamꝰ genua. Colla.
Inchoata ieiunia q̃s domi
ne benigno fauore ꝓſeque
re: vt obſeruãtiã quam corpora=
liter exhibemus: mẽtibus etiam
ſinceris exercere valeamus. Per
do. Lectio Iſaye prophete. lviij.
Hec dicit dñs deus. Clama
ne ceſſes: quaſi tuba exal=
ta vocem tuam: et annuncia po=
pulo meo ſcelera eorũ: et domui
iacob pctã eorũ. Me etenĩ de die
in diẽ querũt: et ſcire vias meas
volunt: quaſi gens q̃ iuſticiã fece
rit: et que iudiciũ dei ſui nõ dere=

liquerit. Rogāt me iudicia iuſti=
tie: et appꝛopiquare deo volunt.
Quare ieiunauimꝰ/ et non aſpe=
xiſti: humiliauimꝰ aīas noſtras:
et neſciſti? Ecce in die ieiunij ve=
ſtri inuenitur voluntas veſtra:
et omnes debitoꝛes veſtros repe
titis. Ecce ad lites et ad cōtentio=
nes ieiunatis/ et pcutitis pugno
impie. Nolite ieiunare ſicut vſqꝫ
ad hanc diem: vt audiatur in ex=
celſo clamoꝛ veſter. Nunquid ta
le eſt ieiuniū quod elegi: per diē
affligere hominē animā ſuam?
Nūquid cōtoꝛquere quaſi circu=
lum caput ſuum: et ſaccum et ci=
nerem ſternere? Nunquid iſtud
vocaui ieiuniū: et diem accepta=
bilem dño? Nōne hoc eſt magis
ieiuniū quod elegi? Diſſolue col=
ligationes impietatis: ſolue fa=
ſciculos depꝛimentes. Dimitte
eos qui confracti ſunt liberos: et
omne onus dirūpe. Frange eſu=
rienti panē tuum: et egenos va=
goſqꝫ induc in domū tuā. Cū vi=
deris nudum/ operi eum: et car=
nem tuam ne deſpexeris. Tunc
erūpet quaſi mane lumen tuum
et ſanitas tua citius oꝛietur. Et
anteibit faciē tuam iuſticia tua:
et gloꝛia domini colliget te. Tūc
inuocabis/ et dominus exaudiet
clamabis/ et dicet ecce aſſum: qꝛ
miſericoꝛs ſum: dñs deus tuus.
Gr. Unam petii a dño hanc re=
quiram/ vt inhabitem in domo dñi:
V. Ut videam voluntatē dñi: et pꝛo
tegar a templo ſancto eius. Tractꝰ
Domine non ſecūdū peccata
noſtra facias nobis: neqꝫ ſe=
cundum iniquitates noſtras retribu
as nobis. V. Domine ne memineris
iniquitatum noſtrarum antiquarū:
cito anticipent nos miſericoꝛdie tue/
quia pauperes facti ſumus nimis.
V. Adiuua nos deꝰ ſalutaris noſter
et pꝛopter gloꝛiam nominis tui do=
mine libera nos/ ⁊ pꝛopicius eſto pec
catis noſtris/ pꝛopter nomen tuum.

Secundum Matheum v. et vi.



In illo tē=
poꝛe. Di=
xit ieſus diſcipu
lis ſuis. Audi=
ſtis/ quia dictū
eſt: diliges pꝛo=
ximum tuum: ⁊
odio habebis i=
micū tuū. Ego
autem dico vobis. Diligite ini=
micos veſtros: benefacite his qui
oderunt vos: et oꝛate pꝛo perſe=
quentibus et calūniantibus vos
vt ſitis filij patris veſtri qui in ce
lis eſt: qui ſolem ſuum oꝛiri facit
ſuper bonos ⁊ malos. et pluit ſu
per iuſtos et iniuſtos. Si enī di=
ligitis eos qui vos diligunt: quā
mercedem habebitis? Nonne et
publicani hoc faciunt? Et ſi ſalu
taueritis fratres veſtros tantū/
quid amplius facitis? Nonne et
ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo
vos perfecti: ſicut et pater veſter
celeſtis perfectus eſt. Attēdite ne
iuſticiā veſtram faciatis coꝛam
hominibus: vt videamini ab eis
Alioquin mercedem nō habebi=
tis apud patrem veſtrum/ qui in
celis eſt. Cum ergo facis elemo=
ſinam: noli tuba canere ante te/
ſicut hypꝛocrite faciūt in ſinago
gis/ et in vicis/ vt honoꝛificētur

ab hominibꝰ. Amen dico vobis
receperunt mercedem ſuam. Te
autem faciente elemoſinā: neſci-
at ſiniſtra tua quid faciat dexte-
ra tua: vt ſit elemoſina tua in ab
ſcōdito. Et pater tuus qui videt
in abſcōdito / reddet tibi. Et cum
oratis: non eritis ſicut hypocri
te: qui amant in ſynagogis et in
angulis platearum ſtantes ora-
re: vt videantur ab hominibus.
Amē dico vobis: receperūt mer-
cedem ſuam. Tu autē cum ora-
ueris / intra in cubiculum tuum
et clauſo oſtio: ora patrem tuum
in abſcōſo. Et pater tuus qui vi-
det in abſcōſo / reddet tibi. Offr.
Dn̄e viuifica me ſecūdū eloquium
tuū: vt ſciā teſtimonia tua. Secre.
SAcrificium domine obſer
uantie paſchalis offerimꝰ
preſta queſumus: vt tibi et men-
tes noſtras reddat acceptas: et
continentie promptioris nobis
tribuat facultatē. Per dominū.
Prefatio. Qui corporali. Coio.
Seruite dn̄o in timore: et exultate
ei cum tremore: apprehēdite diſcipli-
nam ne pereatis de via iuſta Cōplē.
SPiritum nobis domīe tue
caritatis infunde vt quos
vno pane celeſti ſaciaſti / tua faci
as pietate concordes. Per dn̄m
eiuſdē. Super populū. Oremus
Huīliate capita veſtra deo. Oro
TUere domine populū tu-
um: et ab omnibus pecca
tis clementer emunda: quia nul-
la ei nocebit aduerſitas: ſi nulla
dominetur iniquitas. Per dn̄m
noſtrū ieſum chriſtū filium tuū.
Qui tecum vi. ¶ Sabbato poſt
Cineres. Ad miſſam Introitus.
ESto mihi in deū pro
tectorem: ⁊ in locum
refugij / vt ſaluū me
facias. quoniam fir-
mamētum meum et
refugium meum es tu: ⁊ propter
nomen tuum dux michi eris: et
enutries me. ps. In te domīe ſpe-
raui non cōfundar in eternum: in iu-
ſticia tua libera me. Gloria pa. Ore-
mus Flectamus genua le. Colł.
ADeſto dn̄e ſupplicationi
bus noſtris ⁊ concede: vt
hoc ſolēne ieiuniū / quod anima-
bus corporibuſq; curandis ſalu-
briter inſtitutum eſt: deuoto ſer-
uitio celebremus. Per dominū.
Lectio Iſaye prophete. lviij.
HEc dicit dominꝰ deus. Si
abſtuleris de medio tui ca
thenam: et deſieris digitū exten-
dere / et loqui quod non prodeſt:
cum effuderis eſuriēti animam
tuam / et animam afflictā reple-
ueris: orietur in tenebris lux tua
et tenebre tue erunt ſicut meridi-
es. Et requiem dabit tibi domi-
nus deus tuus ſemper: et imple-
bit ſplendoribus animam tuam
et oſſa tua liberabit. Et eris qua-
ſi ortus irriguus: ⁊ ſicut fons a-
quarū cuius non deficient aque
Et edificabuntur in te deſerta ſe
culorum: fundamenta genera-
tionis ⁊ generationis ſuſcitabis
Et vocaberis edificator ſepium:
auertens ſemitas iniquitatum.
Si auerteris a ſabbato pedē tu-
um / facere volūtatē tuam in die
ſancto meo / et vocaueris ſabba-
tum delicatū / ⁊ ſāctū dn̄i glorio-

ſum / et gloꝛificaueris eum dum non facis vias tuas: et non inuenitur voluntas tua / vt loquaris ſermonem / tunc delectaberis ſuper dño: et ſuſtollam te ſuper altitudinem terre: ꝛ cibabo te hereditate iacob patris tui. Os enim domini locutum eſt. Grad. Tu es deus qui facis mirabilia ſolus: notam feciſti in gentibus virtutem tuam. ℣. Liberaſti in bꝛachio tuo populum tuum: filios iſrael et ioſeph.

Secundum Marcum. vi.



In illo tpe Cum ſero eſſet factum / erat nauis ĩ medio mari: et ieſ⁹ ſolus in terra. Et vidẽs eos laboꝛãtes in remigando: erat eñi ventus contrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis: venit ad eos ambulans ſuper mare: et volebat ꝑterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantem ſuper mare: putauerunt fantaſma eſſe et exclamauerũt. Omnes enim eum viderunt: et cõturbati ſunt Et ſtatim locutus eſt cum eis: et dixit illis. Cõfidite / ego ſum: nolite timere. Et aſcẽdit ad illos in nauim: et ceſſauit vẽtus. Et plus magis intra ſe ſtupebant. Non enim intellexerunt de panibus. Erat enim coꝛ illoꝛum obcecatũ Et cum tranſfretaſſent: peruenerunt in terram genezareth: et applicuerunt. Cumqꝫ egreſſi eſſent de naui: continuo cognouerunt eum: et percurrẽtes vniuerſam regionem illam: ceperũt in grabatis eos qui ſe male habebãt circunferre vbi audiebant eum eſſe Et quocunqꝫ introibat in vicos / vel in villas / aut ciuitates / in plateis ponebãt infirmos: et depꝛecabantur eum / vt vel fimbꝛiam veſtimẽti eius tãgerent. Et quotquot tangebãt eum: ſalui fiebãt

Offerto. Benedictus es domine / doce me iuſtificationes tuas: benedictus es domine doce me iuſtificationes tuas: in labijs meis pꝛonũciaui omnia iudicia oꝛis tui. Secreta.

Prepara nos queſum⁹ domine huius abſtinentie feſtiuis officijs / vt hec ſacrificia veneranda / ſobꝛijs ſemper mentibus celebꝛemus. Per. Pꝛefatio. Qui coꝛpoꝛali. Coio. Manducauerunt et ſaturati ſunt nimis: et deſiderium eoꝝ attulit eis dñs: nõ ſunt fraudati a deſiderio ſuo. Cõplẽda.

Celeſtis vite munere vegetati q̃s domĩe: vt quod eſt nobis in pꝛeſenti vita myſteriũ / fiat eternitatis auxiliũ. Super populũ. Oꝛem⁹. Leuate capita.

Da populo tuo queſumus oĩpotens deus: et eterne pꝛomiſſionis gaudia querere: et queſita citius iuenire. Per dñm.

¶ Dñica. i. xl. Ad miſſam Offm̃.

Inuocauit me / et ego exaudiã eum eripiã eum / et glorificabo eum: longitudine dierum adimplebo eum. Ps. Qui habitat in adiutoꝛio altiſſimi: in pꝛotectione dei celi cõmoꝛabit Gloꝛia patri et filio ꝛ ſpiritu ſancto.

¶ Una colla tantū dicetur. Col.

DEus qui eccleſiā tuam annua quadrageſimali obſeruatiōe purificas: preſta familie tue: vt quod a te obtinere abſtinēdo nititur/hoc bonis operibus exequatur. Per dominū noſtrum. Ad Corinthios. ij. vi.

FRatres. Hortamur vos/ne in vacuū gratiā dei recipiatis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te: et in die ſalutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. Nemini dantes vllam offenſionem: vt non vituperetur miniſterium noſtrum. Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut dei miniſtros: in multa paciencia/in tribulationib⁹/ in neceſſitatibus/in anguſtijs/in plagis in carceribus/in ſeditionibus/in laboribus/in vigilijs/in ieiunijs in caſtitate/in ſcientia/ in longanimitate/in ſuauitate/in ſpiritu ſancto. In caritate non ficta: in verbo veritatis/in virtute dei. Per arma iuſticie: a dextris et a ſiniſtris. Per gloriam/et ignobilitatem. Per infamiā/ et bonam famam. Ut ſeductores ⁊ veraces Sicut qui ignoti ⁊ cogniti. Quaſi morientes: et ecce viuimus. Ut caſtigati/et nō mortificati. Quaſi triſtes/ſemper autem gaudentes. Sicut egentes: multos autē locupletantes. Tanq̄ nichil habentes: et omnia poſſidētes. Gr. Angelis ſuis mādauit de te: vt cuſtodiant te in oībus vijs tuis. ℣. In manibus portabūt te: ne vnq̄ offendas ad lapidē pedem tuū. Tract⁹.

QUi habitat in adiutorio altiſſimi: in protectione dei celi cōmorabit. ℣. Dicet dño ſuſceptor meus es tu/et refugiū meū: deus meus ſperabo in eum. ℣. Quoniā ipſe liberauit me de laqueo venātiū: et a verbo aſpero. ℣. Scapulis ſuis obūbrabit tibi: et ſub pennis eius ſperabis. ℣. Scuto circūdabit te veritas eius non timebis a timore nocturno. ℣. A ſagitta volante per diem/a negocio perambulāte in tenebris: a ruina et demonio meridiano. ℣. Cadēt a latere tuo mille/et decem milia a dextris tuis: tibi autē nō appropinquabit. ℣. Quoniā angelis ſuis mādauit de te: vt cuſtodiāt te in oībus vijs tuis ℣. In manibus portabūt te: ne vnq̄ offendas ad lapidem pedem tuum. ℣. Super aſpidē ⁊ baſiliſcū ambulabis: et conculcabis leonē et draconem. ℣. Quoniam in me ſperauit liberabo eum: protegam eum quoniam cognouit nomen meū. ℣. Inuocauit me ⁊ ego exaudiā eum: cum ipſo ſum in tribulatiōe. ℣. Eripiā eū et glorificabo eum ℣. Longitudine dierū adimplebo eū: et oſtendā illi ſalutare meū. Scdm̄ Matheū. iiij.



IN illo tpe Duct⁹ eſt ieſus in deſertū a ſpiritu vt temptaret a diabolo. Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus/ ⁊ quadraginta noctibus: poſtea eſurijt. Et accedens temptator: dixit ei. Si filius dei es: dic vt lapides iſti panes fiant Qui reſpondens dixit. Scriptū

eſt. Nō in ſolo pane viuit homo
ſed in omni verbo quod procedit
de ore dei. Tunc aſſumpſit eum
diabolus in ſanctam ciuitatem:
⁊ ſtatuit eum ſup pinnaculū tem
pli: et dixit ei. Si filiꝰ dei es/ mit=
te te deorſum. Scriptū eſt enim:
quia angelis ſuis mādauit de te:
et in manibus tollent te / ne forte
offendas ad lapidem pedem tu=
um. Ait illi ieſus rurſum. Scri=
ptum eſt. Non temptabis domi=
num deum tuū. Iterum aſſum=
pſit eum diabolus in mōtem ex=
celſum valde: et oſtēdit ei omnia
regna mundi: et gloriam eorum
et dixit illi. Hec om̄ia tibi dabo ſi
procidēs adoraueris me. Tūc di
xit ei ieſus Uade ſathanas. Scri
ptum eſt enim. Dn̄m deum tuū
adorabis: ⁊ illi ſoli ſeruies. Tūc
reliquit eum diabolus: et ecce an
geli acceſſerunt: et miniſtrabant
ei. Offr. Scapulis ſuis obumbra
bit tibi dominus: et ſub pennis eius
ſperabis: ſcuto circundabit te veri=
tas eius. Secreta.

SAcrificiū quadrageſima=
lis initij ſolenniter immo
lamus te domine deprecātes: vt
cum epularum reſtrictione car=
lium: a noxijs quoqꝫ voluptati=
bus tēperemur. Per dn̄m. Prefa
tio quotid. dn̄icis diebus dicitur
Coio. Scapulis ſuis obūbrabit ti
bi: ⁊ ſub pennis eius ſperabis: ſcuto
circundabit te veritas eius. Cōplē.

TUi nos dn̄e ſacramenti li
batio ſancta reſtauret: et
ā vetuſtate purgatos: in myſte=
rij ſalutaris faciat tranſire con=
ſortium. Per dn̄m noſtrū ieſum

¶ Feria ſecūda poſt. Inuocauit
Ad miſſam. Introitus.

SIcut oculi ſeruo=
rum in manibꝰ do
minorū ſuorū: ita
oculi noſtri ad do
minū deū noſtrū
donec miſereatur
noſtri/ miſerere noſtri dn̄e/ miſe
rere nobis. Ps. Ad te leuaui ocu=
los meos: qui habitas in celis. Glo=
ria patri et filio. Collecta.
Oremus. Flectamꝰ genua leua.

COnuerte nos deus ſaluta
ris noſter: et vt nobis ieiu
nium quadrageſimale proficiat
mētes noſtras celeſtibus inſtrue
diſciplinis. Per dn̄m noſtrū ieſū
Lectio ezechielis pphete. xxxiiij

HEc dicit dn̄s deꝰ. Ecce ego
ipſe requiram oues meas
et viſitabo eas. Sicut viſitat pa
ſtor gregem ſuum: in die quādo
fuerit in medio ouium ſuarum
diſſipatarum: ſic viſitabo oues
meas: et liberabo eas de omnibꝰ
locis in quibus diſperſi fuerāt/
in die nubis et caliginis. Et edu=
cam eas de populis: et congrega
bo eas de terris: et inducam eas
in terram ſuam. Et paſcam eas
in montibus iſrael: in riuis/ ⁊ in
cunctis ſedibus terre. In paſcu=
is vberrimis paſcā eas: et in mō=
tibus excelſis iſrael/ erūt paſcue
earum. Ibi requieſcēt in herbis
virentibus: et in paſcuis pingui
bus paſcentur ſuper montes iſ=
rael. Ego paſcam oues meas: et
ego eas accubare faciā / dicit do=
minus deus. Quod perierat re=
quiram: et quod abiectū fuerat

reducam: et quod confractū fue=
rat alligabo: et quod infirmum
fuerat conſolidabo: et quod pin=
gue et foꝛte cuſtodiam. Et paſcā
illas in iudicio et iuſticia. Dicit
dn̄s: oı̄potens. Gr. Pꝛotectoꝛ no
ſter aſpice deus: et reſpice ſuper ſer=
uos tuos. ꝟ. Dn̄e deus virtutū: ex=
audi pꝛeces ſeruoꝛū tuoꝛū. Tractꝰ
Domine non ſecundū peccata
noſtra facias nobis: neqꝫ ſe=
cūdum iniquitates noſtras / retribu=
as nobis. ꝟ. Domine ne memineris
iniquitatū noſtrarū antiquarū: cito
anticipēt nos miſericoꝛdie tue: quia
pauperes facti ſumus nimis. ꝟ. Ad
iuua nos deꝰ ſalutaris noſter: et pꝛo
pter gloꝛiam nominis tui domine li=
bera nos: et pꝛopicius eſto peccatis
noſtris: pꝛopter nomen tuum.

¶ Secundum Matheum. xxv.



In illo tp̄e
Dixit ie=
ſus diſcipl̄is ſu=
is. Cum venerit
filius hoīs in
maieſtate ſua: ⁊
oēs angeli cū
eo: tunc ſedebit
ſuper ſedem ma
ieſtatis ſue. Et cōgregabūtur an
te eum omnes gētes: et ſeparabit
eos ab inuicē: ſicut paſtoꝛ ſegre=
gat oues ab hedis. Et ſtatuet o=
ues quidem a dextris: hedos au=
tem a ſiniſtris. Tūc dicet rex his
qui a dextris eius erunt. Venite
bn̄dicti patris mei: poſſidete pa=
ratum vobis regnum / a cōſtitu=
tione mundi. Eſuriui enim: et de
diſtis michi manducare. Sitiui
et dediſtis michi bibere. Hoſpes
eram: et collegiſtis me. Nudus /
et cooperuiſtis me. Infirmus / et
viſitaſtis me. In carcere eram: ⁊
veniſtis ad me. Tunc reſponde=
bunt ei iuſti / dicentes. Domine:
quando te vidimus eſurientem /
et pauimus te: ſitientem / et dedi=
mus tibi potum? Quādo autem
te vidimus hoſpitem / et collegi=
mus te: aut nudum: et cooperui=
mus te? Aut quando te vidimus
infirmum: aut in carcere: et ve=
nimus ad te. Et reſpondens rex
dicet illis. Amē dico vobis: ꝙdiu
feciſtis vni de his fratribus meis
minimis / michi feciſtis. Tunc di
cet et his qui a ſiniſtris erūt. Di=
ſcedite a me maledicti in ignem
eternum: qui paratus eſt diabo=
lo / et angelis eius. Eſuriui enim
et non dediſtis michi manduca=
re. Sitiui: et non dediſtis michi
potum. Hoſpes eram: et non col
legiſtis me. Nudus: et nō coope=
ruiſtis me. Infirmus et in carce
re: et non viſitaſtis me. Tunc re=
ſpōdebunt ei: ⁊ ipſi dicētes. Dn̄e:
quando te vidimus eſurientem /
aut ſitientem / aut hoſpitem / aut
nudū / aut infirmum / vel in car=
cere: et non miniſtrauimus tibi?
Tunc reſpondebit illis dicens.
Amen dico vobis: ꝙdiu non feci
ſtis vni de minoꝛibus his: nec mi
chi feciſtis. Et ibunt hi in ſuppli=
cium eternum: iuſti autem in vi=
tam eternam. Offr. Reuela ocu
los meos / ⁊ cōſiderabo mirabilia tua
dn̄e: vt doceas me iuſticiā tuam: da
mihi intellectū vt diſcā mādata tua.

Secre.
Munera dn̄e oblata
ſanctifica: noſqꝫ per hec a

peccatoꝝ noſtroꝝ maculis emū=
da. Per. Pꝛefatio. Qui coꝛpoꝛa=
li ieiunio. Coio. Voce mea ad do
minum clamaui: et exaudiuit me de
monte ſancto ſuo: non timebo milia
populi circundantis me. Cōplenda
Salutaris tui dñe munere
ſaciati ſupplices exoꝛamꝰ
vt cuius letamur guſtu: renoue=
mur effectu. Per. Sup populū.
Oꝛemꝰ Humiliate capita vr̄a deo.
Abſolue q̄s domine noſtro
rum vincula peccatoꝛū:
et quicquid pꝛo eis meremur/ p=
piciatus auerte Per dominū no
ſtrum. ¶ Feria. iij. poſt Inuo=
cauit. Ad miſſam. Introitus.
Domine refugium fa
ctus es nobis: a gene
ratione et pꝛogenie/
a ſeculo ⁊ in ſeculum
tu es. ps Pꝛiuſq̄ mon
tes fierent/ aut foꝛmaret terra et oꝛ=
bis: a ſeculo et in ſeculum tu es deus
Gloꝛia patri et filio. Oꝛemus. Fle=
ctamus genua Leuate. Colta.
Reſpice dñe familiā tuam/
et pꝛeſta: vt apud te mens
noſtra tuo deſiderio fulgeat que
ſe carnis maceratione caſtigat.
Per. Lectio Iſaye pꝛophete. lv.
In diebus illis. Locutꝰ eſt
iſayas pꝛopheta dicens.
Querite dñm/ dum inueniri po=
teſt: inuocate eum dum pꝛope eſt
Derelinquat impius viam ſuam:
et vir iniquus cogitatiões ſuas:
et reuertatur ad dñm/ et miſeri=
bitur eius: et ad deum noſtrum:
quoniam multus eſt ad ignoſcē=
dum. Non eni cogitatiões mee/
cogitationes veſtre: neq̄ vie ve=
ſtre/ vie mee/ dicit dñs. Quia ſi=
cut exaltātur celi a terra: ſic exal
tate ſunt vie mee/ a vijs veſtris:
et cogitationes mee/ a cogitatio
nibus veſtris. Et quomodo de=
ſcendit imber et nix de celo: et il=
luc vltra non reuertit: ſed inebꝛi
at terram et infundit eam/ et ger
minare eam facit: et dat ſemē ſe=
renti: et panem comedēti/ ſic erit
verbum meum quod egredietur
de oꝛe meo. Non reuertet ad me
vacuum: ſed faciet quecunq̄ vo=
lui: et pꝛoſperabit in his/ ad que
miſi illud. Ait dñs oīpotēs. Gr.
Dirigatur oꝛatio mea: ſicut incen
ſum in conſpectu tuo dñe. V. Eleua=
tio manuū mearū ſacrificiū veſperti
num. Secūdum Matheum. xxi.



In illo tpe
Cum in=
traſſet ieſus hie
roſolymā/ com
mota eſt vniuer
ſa ciuitas dicēs
Quis eſt hic Po
puli autem dice
bant. Hic eſt ie=
ſus pꝛopheta a nazareth galilee
Et intrauit ieſus in tēplum dei:
et eijciebat omnes vendentes et
ementes in tēplo: et menſas nū=
mulariorū: et cathedꝛas venden
tium columbas euertit. Et dicit
eis. Scriptum eſt. Domus mea
domus oꝛationis vocabit: vos
autem feciſtis illam ſpeluncā la=
tronum. Et acceſſerūt ad eum ce
ci et claudi in templo: et ſanauit
eos. Uidētes autem pꝛincipes ſa
cerdotum ⁊ ſcribe mirabilia que
fecit: et pueros clamātes in tem=

plo et dicẽtes: o ſanna filio dauid
indignati ſunt et dixerũt ei. Au=
dis quid iſti dicũt? Jeſus autem
dixit eis. Utiqꝫ. Nunq̃ legiſtis:
quia ex oꝛe infantiũ et lactentiũ
perfeciſti laudẽ. Et relictis illis
abijt foꝛas extra ciuitatem in be=
thaniã. Ibiqꝫ manſit et docebat
eos: de regno dei. Offr. In te do
mine ſperaui/dixi tu es deus meus:
in manib⁹ tuis tẽpoꝛa mea. Secre.

OBlatis queſumus domine
placare munerib⁹: et a cun
ctis nos defende periculis. Per
dñm. Pꝛefatio Qui coꝛpoꝛali ie.
Coĩo. Cum inuocarẽ te/exaudiſti
me deus iuſticie mee: in tribulatione
dilataſti me: miſerere mihi dñe/et ex
audi oꝛationem meam. Cõplenda

QUeſumus omnipotẽs de=
us: vt illius ſalutaris ca=
piamus effectum: cuius per hec
myſteria pignus accepim⁹. Per.
Super populum. Oꝛemus. Hu=
miliate capita veſtra deo. Oro.

AScendant ad te domine
pꝛeces noſtre: et ab eccle=
ſia tua cunctã repelle nequiciam
Per dñm. ¶ Feria.iiij. quatuoꝛ
tempoꝛũ. Ad miſſam Introit⁹.

REminiſcere miſera=
tionum tuarum do=
mine: ⁊ miſericoꝛdie
tue que a ſeculo ſunt
ne vnq̃ dominentur
nobis inimici noſtri: libera nos
deus iſrael/ex omnib⁹ anguſtijs
noſtris. P̃s. Ad te domĩe leuaui ani
mam meam: deus meus in te confi=
do non erubeſcã. Non dicitur Do
minus vobiſcũ/ſed Oꝛemus Fle
ctamus genua Leua. Collecta.

PReces noſtras queſumus
domine clemẽter exaudi:
et contra cũcta nobis aduerſan=
tia dexterã tue maieſtatis exten=
de. Per. Lcõ Libꝛi Exodi. xxiiij.

IN diebus illis. Dixit dñs
ad moyſen Aſcende ad me
in montem/et eſto ibi: daboqꝫ ti=
bi duas tabulas lapideas/et legẽ
ac mandata que ſcripſi: vt doce=
as filios iſrael. Surrexerũt aũt
moyſes et ioſue miniſter eius: a=
ſcendenſqꝫ moyſes in montẽ dei/
ſenioꝛibus ait. Expectate hic: do
nec reuertamur ad vos. Habetis
aaron et hur vobiſcũ: ſi quid na=
tum fuerit queſtiõis/referetis ad
eos. Cumqꝫ aſcendiſſet moyſes:
operuit nubes montem: et habi=
tauit gloꝛia domini ſuper ſynai
tegẽs illum nube ſex diebus. Se=
ptimo autẽ die: vocauit eum do=
minus de medio caliginis. Erat
autẽ ſpecies gloꝛie domini quaſi
ignis ardens ſuper verticẽ mon=
tis: in conſpectu filioꝛum iſrael.
Ingreſſuſqꝫ moyſes medium ne
bule: aſcendit in montem: et fuit
ibi quadꝛaginta diebus: et qua=
dꝛaginta noctibus. Gr. Tribu
lationes coꝛdis mei dilatate ſunt/de
neceſſitatibus meis eripe me dñe. V.
Uide humilitatem meam et labo=
rem meum: et dimitte omnia pecca
ta mea. Dñs vobiſcũ. Oꝛemus.
Flectamus genua Leua. Oro.

DEuotionẽ populi tui que=
ſumus domine benignus
intende: vt qui per abſtinentiam
macerantur in coꝛpoꝛe: per fru=
ctum boni operis reficiantur in
mẽte. Per. Lcõ libꝛi regũ. iij. xix

In diebꝰ illis. Venit helias in berſabee iuda: ⁊ dimiſit ibi puerū ſuū: ⁊ ꝑrexit in deſertū viā vnius dei. Cūq; veniſſet et ſederet ſubter vnā iuniperū: petiuit anime ſue vt moꝛeretur/ et ait. Sufficit michi dn̄e: tolle animā meā. Neq; enī melioꝛ ſum: q̄ patres mei. Pꝛoiecitq; ſe: et obdoꝛmiuit in vmbꝛa iuniperi. Et ecce angelꝰ dn̄i tetigit eū: dixitq; illi. Surge: comede. Reſpexit: et ecce ad caput ſuū ſubcinericiꝰ panis/ et vas aque. Comedit ergo et bibit: et rurſū obdoꝛmiuit. Reuerſuſq; eſt angelus dn̄i ſecūdo: et tetigit eū: dixitq; illi. Surge/ et comede: grandis enī tibi reſtat via. Qui cū ſurrexiſſet: comedit et bibit. Et ambulauit in foꝛtitudine cibi illius quadꝛaginta diebus ⁊ quadꝛaginta noctibus: vſq; ad montem dei oꝛeb. Tractus.

De neceſſitatibus meis eripe me domine: vide humilitatē meā et laboꝛē meū: ⁊ dimitte oīa peccata mea. ℣. Ad te dn̄e leuaui animā meā deus meus in te cōfido non erubeſcam: neq; irrideāt me inimici mei. ℣. Eteni vniuerſi qui te expectāt nō cōfūdentur: cōfundantur oēs facientes vana. Tꝛ. Dn̄e nō ſecundū: non dicit. ¶ Sc̄dm Matheū. xij.



In illo tēpoꝛe. Acceſſerunt ad ieſū ſcribe et phariſei/ dicentes. Magiſter volumus a te ſignū videre. Qui reſpōdēs ait illis. Generatio mala et adultera ſignum querit: et ſignum non dabitur ei/ niſi ſignum ione ꝓphete. Sicut enim fuit ionas in ventre ceti tribus diebus ⁊ tribus noctibus: ſic erit filius hominis in coꝛde terre/ tribus diebus et tribus noctibus. Viri niniuite ſurgent in iudicio cum generatione iſta/ et condemnabunt eam: quia penitētiam egerunt in pꝛedicatione ione. Et ecce pluſq̄ iona hic. Regina auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta/ et condēnabit eam: quia venit a finibus terre audire ſapientiam ſalomonis. Et ecce pluſq̄ ſalomon hic. Cum autem immūdus ſpiritus exierit ab homie/ ambulat per loca arida: querens requiem/ et nō inuenit. Tunc dicit Reuertar in domū meam/ vnde exiui. Et veniens inuenit eā vacantē: ſcopis mundatā et oꝛnatam. Tunc vadit et aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum/ nequioꝛes ſe: et intrātes habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius/ peioꝛa pꝛioribus. Sic erit ⁊ generatiōi huic peſſime Adhuc eo loqnēte ad turbas: ecce mater eius ⁊ fratres ſtabant foꝛis: querētes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foꝛis ſtant: querentes te. At ipſe reſpondens dicenti ſibi/ ait. Que eſt mater mea et qui ſunt fratres mei? Et extendens manum in diſcipulos ſuos dixit. Ecce mater mea: et fratres mei Quicūq; enī fecerit volūtatē patris mei q̄ in celis eſt/ ipſe meus frater/ et ſoꝛoꝛ/ et mater eſt.

Offr. Meditaboꝛ in mādatis tuis que dilexi valde: ⁊ leuabo manꝰ meas ad mādata tua que dilexi. Secre. Hoſtias tibi dñe placatiōis offerimus/ vt ⁊ delicta noſtra miſeratꝰ abſoluas: et nutantia coꝛda tu dirigas. Per dominum noſtrū ieſū. Prefatio. Qui coꝛpoꝛali ie. Coio. Intellige clamoꝛē meum: intende voci oꝛationis mee/ rex meus ⁊ deus meus: quoniā ad te oꝛabo domine. Complenda. Tui domine perceptiōe ſacramēti: et a noſtris mūdemur occultis/ et ab hoſtium liberemur inſidijs. Per dñm noſtrum ieſum chꝛiſtū. Super populū. Oꝛemus. Huiliate capita. Mentes noſtras queſumus domine lumine tue claritatis illuſtra vt videre poſſimus que agēda ſunt: et que recta ſunt agere valeamꝰ. Per do. ¶ Feria v. poſt Inuocauit. Introitus. Confeſſio ⁊ pulchꝛitudo in conſpectu eius ſanctitas et magnificentia in ſanctificatione eius. ps. Cantate dño canticū nouū: cātate dño omnis terra. Gloꝛia pa. Oꝛemus. Flectamus genua. Leuate. Colla. Suſcipe queſumus dñe pꝛeces noſtras: ⁊ ad aures miſericoꝛdie tue/ poſtulationes ſacrate tibi plebis admitte. Per. Lectio Ezechielis pphete. xviij. In diebus illis. Factus eſt ſermo domini ad me dicēs. Quid eſt quod inter vos parabolam vertitis in pꝛouerbiū iſtud/ in terra iſrael dicētes: patres comederunt vuā acerbā: et dentes filioꝛum obſtupeſcūt. Viuo ego dicit dñs deus: ſi erit vobis vltra parabola hec in pꝛuerbiū in iſrael. Ecce omnes anime mee ſunt. Ut anima patris: ita et anima filij mea eſt. Anima que peccauerit/ ipſa moꝛietur. Et vir ſi fuerit iuſtus/ et fecerit iudiciū et iuſticiam: in mōtibus non comederit: et oculos ſuos non leuauerit ad idola domus iſrael: et vxoꝛē pꝛoximi ſui nō violauerit: et ad mulierem mēſtruatā non acceſſerit/ et hominē non contriſtauerit: pignꝰ debitoꝛi ſuo reddiderit: per vim nichil rapuerit: panem ſuū eſurienti dederit: et nudum operuerit veſtimēto: ad vſuram nō cōmodauerit ⁊ amplius nō acceperit: ab īiquitate auerterit manum ſuam: iudicium verum fecerit inter virum et virum: et in pceptis meis ambulauerit: et iudicia mea cuſtodierit vt faciat veritatem/ hic iuſtus eſt: vita viuet et non moꝛiet. Ait dominus omnipotens. Gr. Cuſtodi me dñe vt pupillā oculi: ſub vmbꝛa alarū tuarum pꝛotege me. V. De vultu tuo iudiciū meū pꝛodeat: oculi tui videant equitatē. Scdm Johānem. viij.



In illo tpe. Dicebat ieſus ad eos qui crediderūt ei ex iudeis. Si vos māſeritis in ſermone meo: vere diſcipuli mei eritis. Et cognoſcetis veritatem: et veritas libera-

bit vos. Reſpōderūt ei iudei. Se
men abrahe ſumus: ⁊ nemini ſer
uiuimus vnq̄. Quomodo tu di=
cis liberi eritis? Reſpondit eis ie
ſus. Amen amē dico vobis: quia
omnis qui facit peccatū / ſeruus
eſt peccati. Seruus autē non ma
net in domo in eternū / filius au=
tem manet in eternum. Si ergo
vos filius liberauerit: vere libe=
ri eritis. Scio quia filij abrahe
eſtis: ſed queritis me interficere /
quia ſermo meus nō capit in vo=
bis Ego quod vidi apud patrem
loquor: et vos que vidiſtis apud
patrem veſtrum facitis. Reſpō=
derunt et dixerunt ei. Pater no=
ſter abraham eſt. Dicit eis ieſus.
Si filij abrahe eſtis: opera abra=
he facite. Nunc autē queritis me
interficere hoīem qui veritatem
vobis locutus ſum: quam audi=
ui a deo. Hoc abraham non fecit
Vos facitis opera patris veſtri.
Dixerunt itaq̧ ei. Nos ex forni=
catione non ſumus nati: vnum
patrem habem⁹ deum. Dixit er=
go eis ieſus Si deus pater veſter
eſſet: diligeretis vtiq̧ me. Ego
enim ex deo proceſſi: et veni. Ne=
q̧ enim a meipſo veni / ſed ille me
miſit. Quare loquelā meam nō
cognoſcitis? Quia non poteſtis
audire ſermonē meum. Vos ex
patre diabolo eſtis: et deſideria
patris veſtri vultis facere. Ille
homicida erat ab initio: et in ve=
ritate non ſtetit: quia non eſt ve=
ritas in eo. Cum loquitur men=
dacium / ex proprijs loquit̄: quia
mēdax eſt / et pater eius. Ego au=
tem quia veritatem dico: nō cre=
ditis mihi. Quis ex vobis argu=
et me de peccato? Si veritatē di=
co: quare nō creditis michi? Qui
ex deo eſt: verba dei audit. Offr.
Immittit angel⁹ domini in circui=
tu timentium eum / et eripiet eos: gu
ſtate ⁊ videte: quoniā ſuauis eſt dn̄s
Sacrificia queſumus domīe propicius iſta Secreta.
nos ſaluent / que medicinalibus
ſunt inſtituta ieiunijs. Per. Pre=
fatio. Qui corporali ieiu. Coio.
Panis quem ego dedero: caro mea
eſt pro ſeculi vita. Complenda.
Tuorum nos domine lar=
gitate donorū / et tempo=
ralibus attolle preſidijs: ⁊ reno=
ua ſēpiternis. Per. Sup populū
Oremus. Huīliate capita veſtra.
Da queſumus domine po=
pulis chriſtianis: et q̄ pro=
fitentur agnoſcere: et celeſte mu=
nus diligere / quod frequentant.
Per dn̄m. ¶ Feria. vi. poſt In=
uocauit ad miſſam. Introitus.
De neceſſitatibus me=
is eripe me domine:
vide humilitatē meā
et laborem meum / et
dimitte omnia pecca
ta mea. Ps. Ad te domīe leuaui ani=
mam meam: deus meus in te confi=
do non erubeſcam. Gloria patri et fi=
lio et ſpiritui ſancto. Oremus. Fle=
ctamus genua Leuate. Colla.
Esto domīe propicius ple=
bi tue: et quam tibi facis eſ
ſe deuotā: benigno refoue miſe=
ratus auxilio. Per dn̄m noſtrū.
Lectio ezechielis pphete. xviij.
Hec dicit dn̄s deus. Anima
que peccauerit: ipſa morie

tur. Filius non portabit iniqui-
tatem patris: et pater non porta
bit iniquitatem filij. Iuſticia iu-
ſti ſuper eum erit: et impietas im
pij erit ſuper eum. Si autem im
pius egerit penitentiam ab om-
nibus peccatis ſuis que operatꝰ
eſt/ et cuſtodierit vniuerſa prece-
pta mea: et fecerit iudicium et iu
ſticiam: vita viuet / et non morie-
tur. Omniū iniquitatū eius quas
operatus eſt: non recordabor. in
iuſticia ſua quā operatus eſt/ vi-
uet. Nunquid volūtatis mee eſt
mors impij dicit dominus deus
et non vt conuertatur a vijs ſu-
is/ et viuat? Si autem auerterit
ſe iuſtus a iuſticia ſua: et fecerit
iniquitatem ſecundū omnes ab-
ominationes quas operari ſolet
impius: nunquid viuet? Omnes
iuſticie eius quas fecerat/ non re
cordabūtur. In preuaricatione
qua preuaricatus eſt et in pecca-
to ſuo quod peccauit / i ipſis mo
rietur. Et dixiſtis. Non eſt equa
via domini Audite ergo domus
iſrael. Nunquid via mea non eſt
equa: ⁊ non magis vie veſtre pra
ue ſunt? Cum eni auerterit ſe iu-
ſtus a iuſticia ſua/ et fecerit iniq-
tatem: morietur in eis. In iniu-
ſticia quam operatus eſt/ morie-
tur. Et cum auerterit ſe impius
ab impietate ſua/ quam operatꝰ
eſt: et fecerit iudicium et iuſticiā:
ipſe animam ſuam viuificabit.
Conſiderās enim et auertens ſe
ab omnibus iniquitatibus ſuis
quas operatus eſt: vita viuet/ et
non morietur. Dicit dñs: omps
Gr. Saluum fac ſeruū tuū: deus

meus ſperātē in te. ℣. Auribꝰ perci-
pe domine orationē meam. Tractꝰ
Domine non ſecundum pec-
cata noſtra facias nobis: ne-
qꝫ ſecundum iniquitates noſtras re-
tribuas nobis. ℣. Domine ne memi
neris iniquitatum noſtrarum anti-
quarum cito anticipēt nos miſericor
die tue: quia pauperes facti ſumus
nimis. ℣. Adiuua nos deus ſaluta-
ris noſter: et propter gloriā nois tui
dñe libera nos: et propicius eſto pec-
catis noſtris: propter nomen tuum.

Secundum Johannem. v.



In illo tem
pore Erat
dies feſtus iude
orum: et aſcēdit
ieſus hieroſoly-
mam Eſt autem
hieroſolymis ꝓ
batica piſcina q̄
cognominat̄ he
braice bethſaide / quiqꝫ porticus
habens. In his iacebat multitu
do magna languentiū: cecorum
claudorum/ aridorum: expectā-
tium aque motum. Angelus au-
tem domini ſecundū tempus de-
ſcendebat in piſcinam: et moue-
batur aqua. Et qui prior deſcen-
diſſet in piſcinam poſt motionē
aque: ſanus fiebat a quacūqꝫ de-
tinebat̄ infirmitate Erat autem
quidā homo ibi triginta et octo
annos habēs in infirmitate ſua.
Hunc cum vidiſſet ieſus iacentē:
et cognouiſſet q̄a multū iam tē-
pus haberet / dicit ei. Vis ſanus
fieri? Reſpōdit ei lāguidus. Do-
mine hominē nō habeo: vt cum
turbata fuerit aqua / mittat me

in piſcinā. Dum venio enim ego alius ante me deſcendit. Dicit ei ieſus. Surge tolle grabatū tuū et ambula. Et ſtatim ſanus fact⁹ eſt homo ille: et ſuſtulit grabatū ſuum / et ambulabat. Erat autē ſabbatum in illa die. Dicebāt ergo iudei illi qui ſanus factus fuerat Sabbatum eſt: non licet tibi tollere grabatum tuum. Reſpōdit eis. Qui me fecit ſanum / ille michi dixit. Tolle grabatū tuū/ et ambula. Interrogauerūt ergo eum. Quis eſt ille homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuum/ et ambula? Is autem qui ſanus fuerat effectus: neſciebat quis eſſet. Ieſus enim declinauit a turba conſtituta in loco. Poſtea inuenit eum ieſus in templo: et dixit ei. Ecce ſanus factus es: iam noli peccare / ne deteri⁹ tibi aliq̄d cōtingat. Abijt ille homo / et nūciauit iudeis: quia ieſus eſſet / qui fecit eum ſanū. Offr. Benedic anima mea domino / et noli obliuiſci omnes retributiōes eius: et renouabitur ſicut aquile iuuētus tua. Sec.

Suſcipe queſumus domine mūera noſtris oblata ſeruitijs: et tua propicius dona ſanctifica. Per. Prefa. Qui corporali ieiunio. Coio. Erubeſcāt et cōturbentur omnes inimici mei: auertantur retrorſum / et erubeſcant valde velociter. Complenda.

Per huius domine operationem myſterij / et vicia noſtra purgentur: et iuſta deſideria compleantur. Per dn̄m noſtrum. Super populū. Oremus Hūiliate capita veſtra deo. Oro

Exaudi nos omnipotens et miſericors deus: et mentibus noſtris gratie tue lumen oſtende. Per dn̄m noſtrum ieſum chriſtū. ¶ Sabbō quatuor temporum. Ad miſſam. Introitus.

Intret oratio mea in cōſpectu tuo / inclina aurem tuam ad precem meam domine. Ps. Domine deus ſalutis mee: in die clamaui ⁊ nocte corā te. Gloria patri et filio. Sine Dominus vobiſcū. Oremus Flectamus genua Leuate. Oratio.

Populū tuum dn̄e queſumus propicius reſpice: atq; ab eo flagella tue iracundie clementer auerte. Per dn̄m noſtrū

Lectio libri deuteronomij. xxvi.

In diebus illis. Locut⁹ eſt moyſes ad dominū dicens Reſpice domīe de ſāctuario tuo / et de excelſo celorum habitaculo et benedic populo tuo iſrael / et terre quam dediſti nobis / ſicut iuraſti patrib⁹ noſtris: terram lacte et melle manantem. Audi iſrael. Hodie dominus deus tuus precepit tibi: vt facias mandata hec atq; iudicia: ⁊ cuſtodias et impleas ex toto corde tuo / et ex tota anima tua. Dominū elegiſti hodie: vt ſit tibi deus: et ambules in vijs eius / vt cuſtodias cerimonias illius: et mandata atq; iudicia: et obedias eius imperio. En dominus elegit te hodie: vt ſis ei populus peculiaris ſicut locut⁹ eſt tibi: et cuſtodias oīa p̄cepta illius: et faciet te excelſiorē cūctis gētib⁹ / quas creauit ī laudē / ⁊ no

men / et gloꝛiam ſuam: vt ſis populus ſanctus domini dei tui: ſicut locutus eſt tibi. Gꝛ. Pꝛopicius eſto domine peccatis noſtris: nequando dicant gentes / vbi eſt deus eoꝛum. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et pꝛopter honoꝛem noīs tui domine libera nos. Oꝛem⁹ Flectamus genua Leuate. Oꝛatio.

Deus qui nos in tantis periculis cõſtitutos / pꝛo humana ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere: da nobis ſalutē mentis et coꝛpoꝛis: vt ea que pꝛo peccatis noſtris patimur te adiuuāte vincamus. Per dñm noſtrum

Lectio libꝛi Deuteronomij. xi.

In diebus illis. Dixit moyſes filijs iſrael Si cuſtodieritis mandata que ego pꝛecipio vobis / et feceritis ea: vt diligatis dominũ deum veſtrum: ꝛ ambuletis in omnibus vijs eius / adherentes ei: diſperdet domin⁹ omnes gentes iſtas ante faciē veſtrā et poſſidebitis eas que maioꝛes et foꝛtioꝛes vobis ſũt. Oīs locus quē calcauerit pes veſter: veſter erit. A deſerto et libano: et flumine magno eufrate: vſqꝫ ad mare occidentale / erunt termini veſtri Nullus ſtabit contra vos. Terroꝛem veſtrum et foꝛmidinē dabit dominus deus veſter: ſuper omnem terram / quam calcaturi eſtis: ſicut locutus eſt vobis: dominus deus veſter. Gꝛ. Pꝛotectoꝛ noſter aſpice deus: et reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine deus virtutum / exaudi preces ſeruoꝛum tuoꝛum. Oꝛemus. Flectamus genua Leuate. Oꝛatio.



Protectoꝛ noſter aſpice deus: vt qui maloꝛũ noſtrorum pondere pꝛemimur: percepta miſericoꝛdia / libera tibi mēte famulemur. Per dñm noſtrũ

Lectio libꝛi Machabeoꝛũ. ij. i.

In diebus illis. Oꝛationē faciebant ſacerdotes dum offerrent ſacrificium pꝛo populo iſrael: ionatha inchoante / ceteris autem reſpondentibus et dicētibus. Benefaciat vobis deus / et meminerit teſtamēti ſui: quod locutus eſt ad abꝛaham / et iſaac / et iacob / ſeruoꝛum ſuoꝛum fidelium. Et det vobis coꝛ omnibus vt colatis eum: et faciatis ei⁹ volũtatem / coꝛde magno et animo volenti. Adaperiat coꝛ veſtrum in lege ſua / et in pꝛeceptis ſuis: et faciat pacem. Exaudiat oꝛationes veſtras: et reconcilietur vobis / nec vos deſerat in tempoꝛe malo: dominus deus noſter. Gꝛ. Ad dominum cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. ℣. Domine libera animā meam a labijs iniquis et a lingua doloſa. Oꝛemus. Flectamus genua Leuate. Oꝛatio.

Adeſto queſumus domīe ſupplicationib⁹ noſtris: vt eſſe te largiente mereamur et inter pꝛoſpera humiles: et inter aduerſa ſecuri. Per dñm noſtrũ

Lectio libꝛi ſapientie. xxxvi.

Miſerere noſtri de⁹ omniũ et reſpice nos: ꝛ oſtēde nobis lucem miſerationũ tuarũ: et immitte timoꝛē tuũ ſuper gētes que non exquiſierũt te: vt cognoſcant / quia non eſt deus niſi tu: vt enarrent magnalia tua. Alle=

ua manũ tuam ſuper gẽtes alie=
nas vt videant potentiã tuã Si=
cut enim in cõſpectu eoꝛum ſan=
ctificatus es in nobis: ſic in con=
ſpectu noſtro magnificaberiſ in
illis. vt cognoſcãt te: ſicut et nos
cognouimus / quia non eſt deus
pꝛeter te domine. Innoua ſigna
et immuta mirabilia. Gloꝛifica
manum: et bꝛachium dextrum.
Excita furoꝛem: et effunde iram
Extolle aduerſariũ: et affige ini
micũ. Feſtina tempus: et memẽ=
to finis vt enarrẽt mirabilia tua
domine deus noſter. Gr. Diri=
gatur oꝛatio mea ſicut incenſum in
conſpectu tuo dñe. ℣. Eleuatio ma=
nuum mearũ: ſacrificiũ veſpertinũ.
Oꝛemus. Flectamꝰ genua. Oro
Actiones noſtras q̃ſumus
dñe et aſpirãdo pꝛeueni=
et adiuuando pꝛoſequere: vt cun
cta noſtra operatio / et a te ſemp
incipiat / et per te incepta finiat.
Per. Lectio danielis pphete. iij.
In diebus illis. Angelꝰ do=
mini deſcẽdit cum azaria
et ſocijs eius in foꝛnacẽ: et excuſ=
ſit flammam ignis de foꝛnace / et
fecit medium foꝛnacis quaſi ven
tum roꝛis flantem. Flamma au
tem diffuſa eſt ſuper foꝛnacẽ cu=
bitis quadꝛaginta nouẽ: et incen
dit quos reperit iuxta foꝛnacẽ de
caldeis miniſtros regis: qui eam
incendebãt. Illos autẽ omnino
ignis non tetigit neqꝫ contriſta=
uit / nec quicq̃ moleſtie intulit.
Tũc hij tres quaſi ex vno oꝛe lau
dabant et gloꝛificabãt et benedi
cebãt deum in foꝛnace dicentes.
¶ Hymnus trium pueroꝛum.

Benedictus es domĩe deus
patrum noſtroꝛũ. Et lau=
dabilis / et gloꝛioſus / ⁊ ſuperexal
tatus in ſecula. Et benedictũ no
men gloꝛie tue quod eſt ſanctum
Et laudabile / et gloꝛioſum in ſe=
cula. Benedictus es in tẽplo ſã=
cto gloꝛie tue. Et lauda. Bene=
dictus es ſuper thꝛonum ſanctũ
regni tui. Et laudabi. Benedi=
ctus es ſuper ſedem ſanctã deita
tis tue. Et lauda. Benedictꝰ es
ſuper ſceptrum diuinitatis tue.
Et lauda. Benedictus es qui ſe=
des ſuper cherubin intuens abiſ
ſos. Et laudabi. Benedictus es
qui ambulas ſuper pennas ven=
toꝛum. Et lauda Benedicant te
omnes angeli et ſãcti tui. Et lau
dent te et gloꝛificent in ſecula.
Benedicant te celi et terra / ma=
re et omnia que in eis ſũt. Et lau=
dent te: et gloꝛificent in ſecula.
Gloꝛia patri et filio / et ſpiritui
ſãcto. Et laus / et honoꝛ poteſtas
et imperium Sicut erat in pꝛin
cipio / et nunc ⁊ ſemper: et in ſecu
la ſeculoꝛũ amen. Et laus et ho=
noꝛ: poteſtas et imperiũ. Bene=
dictus es dñe deus patrũ noſtro
rum. Et lauda. ℟. Dñs vobiſcũ
Sine Flectamus genua. Colla.
Deus qui tribus pueris mi
tigaſti flãmas igniũ: con=
cede pꝛopicius: vt nos famulos
tuos non exurat flãma vicioꝛũ.
Per. Ad Theſſalonicenſes. i. v.
Fratres. Rogamus vos
coꝛripite inquietos: cõſo=
lamini puſillanimes: ſuſcipite
infirmos: paciẽtes eſtote ad oẽs.
Uidete ne quis malum pꝛo ma=

lo alicui reddat: ſed ſemꝑ quod bonum eſt ſectamini in inuicem et in omnes. Semper gaudete: ſine intermiſſione orate / in omnibus gratias agite. Hec eſt eni̅ volũtas dei in chriſto ieſu: in omnibus vobis. Spiritũ nolite extinguere / prophetias nolite ſpernere. Omnia aũt probate: quod bonum eſt tenete: ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe autem deus pacis ſãctificet vos per omnia: vt integer ſpiritus veſter / et anima / et corpus / ſine querela: in aduentu domini noſtri ieſu chriſti ſeruetur. Tractus.

Laudate dñm oẽs gentes: et collaudate eũ oẽs populi. ℣. Qm̃ cõfirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: et veritas dñi manet in eternũ. Secũdũ Matheum. xvij.



In illo tp̃e Aſſũpſit ieſus petrum / ⁊ iacobũ / ⁊ iohannem fratrẽ eius et duxit illos in mõtem excelſũ ſeorſum: ⁊ trãſfigurat⁹ eſt ante eos. Et reſplenduit facies eius ſicut ſol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerunt illis moyſes et helyas cum eo loquentes. Reſpondens autẽ petrus: dixit ad ieſum Domine bonum eſt nos hic eſſe. Si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum / moyſi vnum et helye vnum. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbrauit eos Et ecce vox de nube: dicẽs Hic eſt filius me⁹ dilectus: in quo mihi bene complacui: ipſum audite. Et audientes diſcipuli: ceciderunt in faciem ſuam: et timuerunt valde. Et acceſſit ieſus / ⁊ tetigit eos: dixitq; eis. Surgite nolite timere. Leuãtes autem oculos ſuos: neminem viderunt / niſi ſolum ieſum. Et deſcendentibus illis de monte / precepit illis ieſus dicẽs. Nemini dixeritis viſionem: donec filius hominis a mortuis reſurgat. Offr. Domine deus ſalutis mee in die clamaui et nocte coram te: intret oratio mea in conſpectu tuo domine. Secreta.

Preſentib⁹ ſacrificijs queſumus domine ieiunia noſtra ſanctifica: vt quod obſeruãtia noſtra profitetur extrĩſecus: interius operetur. Per do. Prefatio. Qui corporali ieiu. Coĩo. Domine deus meus in te ſperaui: libera me ab omnibus perſequentibus me: et eripe me. Complenda.

Sanctificationib⁹ tuis omnipotens deus: et vicia noſtra curentur: et remedia nobis eterna proueniant. Per. Super populũ. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Collecta.

Fideles tuos dñe benedictio deſiderata cõfirmet: que eos et a tua voluntate nunq̃ faciat diſcrepare: et tuis ſemper indulgeat beneficijs gratulari. Per. ¶ Dñica.ij.xl. Introitus.

Reminiſcere miſerationũ tuarum dñe: ⁊ miſericordie tue que a ſeculo ſunt: ne vnq̃ dominent̃ nobis ini

mici noſtri: libera nos deus iſra
el/ex omnibus anguſtijs noſtris
Ps. Ad te domine leuaui animã me-
am: deus meus in te confido non eru
beſcam. Gloria patri et filio. Colla

Deus qui conſpicis omni
nos virtute deſtitui: inte-
rius exteriuſq; cuſtodi: vt et ab
oībus aduerſitatib⁹ muniamur
in corpore: et a prauis cogitatio-
nibus mūdemur in mente. Per
dñm. Ad theſſalonicenſes. iiij.

Fratres. Rogamus vos ꝛ
obſecram⁹ in domino ie-
ſu/vt quemadmodū accepiſtis a
nobis/quomodo vos oporteat
ambulare ꝛ placere deo/ſic ꝛ am
buletis: vt abūdetis magis. Sci
tis eni que precepta dederim vo-
bis: per dñm ieſum. Hec eſt enim
volūtas dei ſanctificatio veſtra:
vt abſtineatis vos a fornicatiōe/
vt ſciat vnuſquiſq; veſtrū ſuum
vas poſſidere in ſanctificatione
et honore. Non in paſſione deſi-
derij: ſicut et gentes que ignorāt
deum. Et ne quis ſupergrediatur:
neq; circūueniat in negocio fra-
trem ſuum: quoniam vindex eſt
dominus de his oībus ſicut pre-
dixim⁹ vobis: et teſtificati ſum⁹
Non enim vocauit nos deus in
immūdiciā: ſed in ſanctificatio-
nem. In chriſto ieſu dño noſtro.

Loco Grad. dicitur Tractus.

De neceſſitatibus meis eripe
me dñe: vide humilitatē me-
am et laborē meū: et dimitte omnia
peccata mea V. Ad te dñe leuaui ani
mā meā: deus meus in te confido nō
erubeſcā: neq; irrideant me inimici
mei. V. Etenim vniuerſi qui te expe
ctant non cōfundentur: cōfundātur
omnes facientes vana. Tractus.

Dixit dñs mulieri chananee:
non eſt bonū ſumere panem
filiorū/et mittere canibus ad mādu-
candum. V. At illa dixit/etiam do-
mine: nam et catelli edunt de micis
que cadunt de menſa dñorum ſuorū
V. Ait illi ieſus: mulier/magna eſt fi
des tua: fiat tibi ſicut petiſti.

Secundum Matheum. xv.



In illo tpe
Egreſſus
ieſus de geneza-
reth / ſeceſſit in
partes tyri et ſy
dōis Et ecce mu
lier chananea a
finib⁹ illis egreſ
ſa/ clamauit di-
cens ei. Miſerere mei domine fi-
li dauid: filia mea male a demo-
nio vexatur. Que non reſpondit
ei verbum. Et accedētes diſcipu-
li eius: rogabāt eum dicētes. Di-
mitte eam quia clamat poſt nos
Ipſe autem reſpondēs ait. Non
ſum miſſus: niſi ad oues que pe-
rierūt dom⁹ iſrael. At illa venit
et adorauit eum dicens. Dñe: ad
iuua me. Qui reſpōdēs ait. Non
eſt bonū ſumere panē filiorum ꝛ
mittere canib⁹. At illa dixit. Eti-
am dñe. Nam et catelli edunt de
micis/que cadūt de menſa dñorum
ſuorū. Tūc reſpōdēs ieſus/ait il-
li. O mulier magna eſt fides tua
fiat tibi ſicut vis: et ſanata eſt fi-
lia eius: ex illa hora. Offr. Me-
ditabor in mandatis tuis que dilexi
valde: et leuabo man⁹ meas ad mā-
data tua que dilexi. Secreta.

SAcrificijs pꝛeſentibus do=
mine q̄ſumus intende pla
catus: vt et deuotioni noſtre pꝛo
ficiant et ſaluti. Per. Coio. In=
tellige clamoꝛē meū/ intēde voci oꝛa
tionis mee: rex meus et deus meus:
quoniā ad te oꝛabo dn̄e. Cōplēda.
SUpplices te rogamus om
nipotens deus: vt quos tu
is reficis ſacramētis: tibi etiam
placitis moꝛibus dignanter de=
ſeruire cōcedas. Per. ¶ Feria ij.
poſt Reminiſcere. Introitus.
REdime me domine ⁊
miſerere mei: pes eni
meus ſtetit in via re=
cta: in eccleſijs bene=
dicā dominū. Ps. Iu=
dica me dn̄e/ quoniā ego in innocen=
tia mea ingreſſus ſum: et in domino
ſperans non infirmaboꝛ. Gloꝛia pa
tri et filio et ſpiritui ſācto. Oꝛemus
Flectamus genua leuate. Colła
PReſta q̄s op̄s deus: vt fa=
milia tua que ſe affligēdo
carne ab alimentis abſtinet: ſe=
ctando iuſticiam a culpa ieiunet
Per. Lectio Danielis pphete. ix
IN diebus illis. Oꝛauit da=
niel ad dn̄m dicēs. Dn̄e de
us noſter/ qui eduxiſti populum
tuū de terra egypti in manu foꝛ=
ti: et feciſti tibi nomē ſcd̄m diem
hanc: peccauim⁹/ iniquitatē feci=
mus dn̄e in omnē iuſticiā tuam.
Auertatur obſecro ira tua/ et fu
roꝛ tuus a ciuitate tua hieruſalē:
et a monte ſancto tuo. Pꝛopter
peccata enim noſtra/ et iniquita=
tes patrū noſtroꝛū: hieruſalē et
populus tuus in oppꝛobꝛiū ſunt
oībus per circuitū noſtrū. Nunc
ergo exaudi deus noſter oꝛatio=
nem ſerui tui/ et pꝛeces eius: et o=
ſtende faciē tuam ſuper ſanctua=
rium tuū quod deſertū eſt. Pꝛo=
pter temetipſū inclina deus me=
us aurē tuam et audi: aperi ocu=
los tuos/ et vide deſolationē no=
ſtram/ et ciuitatē ſuper quam in=
uocatū eſt nomē tuū. Neq̄ enim
in iuſtificationibus noſtris pꝛo=
ſternimus pꝛeces ante faciem tu=
am/ ſed in miſerationibus tuis
multis. Exaudi domīe: placare
domine: attende et fac. Ne moꝛe
ris pꝛopter temetipſū deus me=
us: quia nomen tuum inuocatū
eſt ſuper ciuitatem hanc/ ⁊ ſuper
populū tuum: dn̄e deus noſter.
Gr. Adiutoꝛ me⁹ et liberatoꝛ me=
us eſto domīe ne tardaueris. V. Cō=
fundantur et reuereātur inimici mei
qui querūt animā meā. Tractus.
DOmine non ſecūdū peccata
noſtra facias nobis: neq̄ ſe=
cūdū iniquitates noſtras retribuas
nobis. V. Dn̄e ne memineris iniqui
tatū noſtrarū antiquarū: cito antici=
pent nos mīe tue/ quia pauperes fa=
cti ſumus nimis. V. Adiuua nos de
us ſalutaris noſter: ⁊ pꝛopter gloꝛiā
noīs tui dn̄e libera nos/ et pꝛopicius
eſto peccatis noſtris/ pꝛopter nomen
tuum. Secūdum Iohānem. viij



IN illo tē=
poꝛe. Di=
xit ieſus turbis
iudeoꝛum/ ego
vado ⁊ queretis
me/ et in pecca=
to veſtro moꝛie=
mini. Quo ego
vado/ vos non

poteſtis venire. Dicebant ergo
iudei. Nūquid interficiet ſemet-
ipſum: quia dicit quo ego vado/
vos non poteſtis venire? Et di-
cebat eis ieſus. Vos de deorſum
eſtis: ego de ſupernis ſum. Vos
de mūdo hoc eſtis: ego non ſum
de hoc mundo. Dixi ergo vobis:
q̄a moriemini in peccatis veſtris
Si eni nō credideritis quia ego
ſū: moriemini in peccato veſtro.
Dicebāt ergo ei. Tu quis es? Di
xit eis ieſus. Principium: qui et
loquor vobis. Multa habeo de
vobis loqui/ et iudicare. Sed qui
miſit me verax eſt: et ego que au-
diui ab eo/ hec loquor in mundo.
Et non cognouerunt quia patrē
eius dicebat deū. Dixit ergo eis
ieſus. Cum exaltaueritis filium
hominis/ tunc cognoſcetis quia
ego ſum: et a meipſo facio nihil/
ſed ſicut docuit me pater/ hec lo-
quor. Et qui me miſit/ mecum eſt
et non reliquit me ſolum. Quia
que placita ſunt ei: facio ſemper
Offr. Benedicam dn̄m qui tribu-
it michi intellectū: prouidebā deū in
conſpectu meo ſemper: quoniā a dex
tris eſt michi ne cōmouear. Secre.
Hec hoſtia domīe placatio-
nis et laudis: tua nos pro-
piciatiōe dignos efficiat. Per do
minū. Prefatio. Qui corporali.
Coio. Domine dominus noſter:
q̄ admirabile eſt nomen tuū in vni-
uerſa terra. Complenda.
Hec nos cōmunio domine
queſumus purget a crimi
ne: et celeſtis remedij faciat eſſe
conſortes. Sup populū Oremꝰ.
Hūiliate capita veſtra deo. Oro

Adeſto ſupplicationibus
noſtris oīpotens deus: et
quibus fiduciā ſperāde pietatis
indulges: conſuete miſericordie
tribue benignꝰ effectum. Per do
minū. ¶ Feria tertia poſt Remi
niſcere. Ad miſſam. Introitus.
Tibi dixit cor meum:
queſiui vultū tuum/
vultū tuū dn̄e requi-
ram: ne auertas fa-
ciem tuam a me. Ps.
Dn̄s illuminatio mea et ſalus mea:
quem timebo? Gloria pa. Oremus
Flectamus genua Leua. Colla.
Perfice queſumus domine
benignus in nobis obſer-
uantie ſancte ſubſidium: vt que
te auctore facienda cognouimꝰ:
te operāte impleamus. Per do.
Lectio libri Regum. iij. xvij.
In diebus illis. Factus eſt
ſermo domini ad helyam
theſbiten/ dicens. Surge/ et va-
de in ſareptam ſydoniorū/ et ma
nebis ibi. Precepi enim mulieri
vidue: vt paſcat te. Surrexit: et
abijt in ſareptam. Cumqꝫ veniſ-
ſet ad portam ciuitatis: apparu-
it ei mulier vidua colligēs ligna
et vocauit eam: dixitqꝫ ei. Da mi
chi paululum aque in vaſe/ vt bi
bam Cumqꝫ illa pergeret vt affer
ret/ clamauit poſt tergum eiꝰ di-
cens. Affer michi obſecro/ et bu-
cellam panis in manu tua. Que
reſpondit. Viuit dn̄s deus tuus/
quia non habeo panē: niſi quan-
tum pugillus capere poteſt fari-
ne in hydria: et paululum olei in
lechito. En colligo duo ligna vt
ingrediar: et faciam illud michi

et filio meo / vt comedamꝰ et mo
riamur. Ad quā helyas ait. No=
li timere: ſed vade/et fac ſicut di=
xiſti. Verūtamen mihi primum
fac de ipſa farinula ſubcinericiū
panem paruulum/et affer ad me
tibi autem et filio tuo facies po=
ſtea. Hec autem dicit dñs deus iſ
rael. Hydria farine non deficiet:
nec lechitus olei minuetur / vſqꝫ
ad diem in qua daturus eſt domi
nus pluuiam ſuper faciem terre
Que abijt: et fecit iuxta verbum
helye Et comedit ipſe ⁊ illa: et do
mus eius tota. Et ex illa die hy=
dria farine non defecit: et lechitꝰ
olei non eſt imminutꝰ: iuxta ver
bum domini quod locutus eſt in
manu helye. Gr. Iacta cogitatū
tuum in domino: et ipſe te enutriet.
V. Dum clamarem ad dñm/ exaudi
uit vocem meā: ab his qui appropin
quant mihi. Scdm mattheū. xxiij



IN illo tpe Locutus
eſt ieſus ad tur=
bas / et ad diſci=
pl'os ſuos dicēs
Sup cathedrā
moyſi ſederunt
ſcribe et phari=
ſei Omnia ergo
quecunqꝫ dixerint vobis/ſeruate
et facite: ſcdm vero opera eorum
nolite facere. Dicūt enim: ⁊ non
faciunt. Alligāt enim onera gra
uia et importabilia: et imponūt
in humeros hominū / digito au=
tem ſuo nolunt ea mouere. Om=
nia vero opera ſua faciunt: vt vi
deantur ab hominibus. Dilatāt
enim phylateria ſua: et magnifi
cant fimbrias. Amāt autem pri=
mos recubitꝰ in cenis: et primas
cathedras in ſynagogis/ et ſalu=
tationes in foro: et vocari ab ho
minibus rabbi. Vos autē/nolite
vocari rabbi. Unus eſt enim ma
giſter veſter. Omnes autem vos
fratres eſtis. Et patrē nolite vo=
care vobis ſuper terrā. Unus eſt
enī pater veſter/ q̄ in celis eſt Nec
vocemini magiſtri: q̊a magiſter
veſter vnus eſt chriſtus. Qui ma
ior eſt veſtrum: erit miniſter ve=
ſter. Qui autē ſe exaltauerit/ hu=
miliabitur. Et qui ſe humiliaue=
rit / exaltabitur. Offr. Miſerere
michi domine / ſecundum magnam
miſericordiā tuam: dele domine ini=
quitatem meam. Secreta.
SAnctificationē tuam do=
mine nobis his myſterijs
placatꝰ operare: que nos et a ter
renis purget vicijs/et ad celeſtia
dona perducat. Per. Prefatio.
Qui corporali ieiu. Coio. Nar=
rabo omnia mirabilia tua letabor et
exultabo in te: pſallam nomini tuo
altiſſime. Complenda.
VT ſacris domine redda=
mur digni muneribꝰ: fac
nos queſumus tuis obedire mā=
datis. Per dominū noſtrum ie=
ſum chriſtū. Sup populū. Ore=
mus. Humiliate capita vr̄a deo.
PRopiciare domine ſuppli
cationibus noſtris: et ani
marum noſtrarum medere lan=
guoribus: vt remiſſione percep=
ta/in tua ſemper benedictione le
temur. Per dominum noſtrum
ieſum. ¶ Feria. iiij. poſt Remini
ſcere. Ad miſſam. Introitus.

Ne derelinquas me domine: deus meus ne diſcedas a me. intende in adiutoꝛium meum: domīe virtus ſalutis mee. Ps. Domine ne in furoꝛe tuo arguas me: neqꝫ in ira tua coꝛripias me. Gloꝛia patri. Oꝛemus. Flectamus genua. Leua. Colla.

Populum tuum queſumꝰ domine pꝛopicius reſpice et quos ab eſcis carnalibus pꝛecipis abſtinere: a noxijs quoqꝫ vicijs ceſſare cōcede. Per dominū.

Lectio libꝛi Heſter. xiij.

In diebus illis. Oꝛauit heſter ad dominū dicēs. Domine deus rex omnipotēs: in ditione tua cuncta ſunt poſita: et non eſt qui poſſit tue reſiſtere voluntati. Si decreueris ſaluare nos: continuo liberabimur. Tu enim domine feciſti celum et terram: et quicquid celi ambitu cōtinetur. Tu es deus omnium: et non eſt qui reſiſtat maieſtati tue Et nunc domīe rex deus abꝛahā/ miſerere populi tui: quia volūt nos inimici noſtri perdere: et hereditatem tuam delere Ne deſpicias partem tuam quam redemiſti tibi de egypto. ſed exaudi depꝛecationem noſtram: et pꝛopicius eſto ſoꝛti et funiculo hereditatis tue. Et cōuerte luctum noſtrum in gaudium / vt viuentes laudemus nomē tuū. Et ne claudas oꝛa canentiū te: domine deus noſter Gr. Saluum fac populum tuum domine: et benedic hereditati tue. V. Ad te dn̄e clamaui: deus meus ne ſileas a me: et ero ſimilis deſcendentibus in lacum. Tractus.

Domine non ſecūdū peccata noſtra facias nobis: neqꝫ ſecūdū iniquitates noſtras retribuas nobis. V. Dn̄e ne memineris iniquitatū noſtrarū antiquarū: cito anticipent nos mīe tue/quia pauperes facti ſumus nimis. V. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊ pꝛopter gloꝛiā nōis tui dn̄e libera nos/ et pꝛopicius eſto peccatis noſtris pꝛopter nomen tuum. Secūdum Matheum. xx.



In illo tp̄e Aſcendēs ieſus hieroſolymā: aſſumpſit duodecim diſcipꝛos ſuos ſecreto/⁊ ait illis. Ecce aſcendimꝰ hieroſolymam: et filius hominis tradetur pꝛincipibus ſacerdotū et ſcribis/et condemnabunt eum moꝛte. Et tradent eum gentibus ad illudendum/et flagellandū/⁊ crucifigēdum: et tertia die reſurget. Tūc acceſſit ad eum mater filioꝛū zebedei cum filiis ſuis: adoꝛans et petēs aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt ſedeāt hij duo filii mei: vnus ad dexteram tuam/et alius ad ſiniſtram in regno tuo. Reſpōdens autem ieſus/dixit. Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem quē ego bibiturꝰ ſum? Dicūt ei/poſſumus. Ait illis. Calicem quidē meum bibetis: ſedere autem ad dexteram meam vel ſiniſtram/ non eſt meū dare vobis: ſed quibus paratum eſt a patre meo. Et

audiētes decē / indignati ſunt de
duobus fratribus. Jeſus aūt vo
cauit eos ad ſe: ⁊ ait. Scitis quia
principes gentiū dn̄ant eorum:
et qui maiores ſunt / poteſtatē ex-
ercent in eos. Non ita erit inter
vos. Sed quicūq; voluerit inter
vos maior fieri: ſit veſter mini-
ſter Et qui voluerit inter vos pri
mus eſſe / erit veſter ſeruꝰ. Sicut
filius hois non venit miniſtrari
ſed miniſtrare: ⁊ dare animā ſuā
in redēptionē pro multis. Offer.
Ad te dn̄e leuaui aīam meā deꝰ me
us in te cōfido nō erubeſcā: neq; irri-
deant me inimici mei / eteni vniuerſi
qui te expectāt nō cōfundētur. Sec.
Hoſtias domie queſumus
quas tibi offerimus propi
cius reſpice: et per hec ſancta cō-
mercia vincula peccatorum noſtro
rum abſolue. Per dominum no-
ſtrum. Prefatio. Qui corporali.
Coio. Iuſtus dn̄s / ⁊ iuſticias dile
xit equitatē vidit vultꝰ eius. Cōplē.
Sumptis dn̄e celeſtibus ſa-
cramentis ad redēptionis
eterne q̄ſumus pficiamꝰ augmē-
tum. Per. Sup populū. Oremꝰ
Hūiliate capita veſtra deo. Orō
Deus innocētie reſtitutor
⁊ amator dirige ad te tuo
rum corda ſeruorum vt ſpiritus
tui feruore concepto / ⁊ in fide in-
ueniantur ſtabiles: et in opere ef
ficaces. Per. In vnitate eiuſdem

¶ Fe. v. poſt Reminiſcere. Offi.
Deus in adiutoriū me
um intende: domine
ad adiuuandum me
feſtina: confundan-
tur et reuereātur ini
mici mei / qui querunt animam
meam. ps. Auertantur retrorſum
et erubeſcant: qui cogitant michi ma
la. Gloria patri et filio. Oremus.
Flectamus genua Leua. Colla
Preſta nobis domine que-
ſumus auxiliū gratie tue
vt ieiunijs et orationibus conue
nienter intenti: liberemur ab ho
ſtibus mētis et corporis. Per do-
minum noſtrum ieſum chriſtū.
Lectio hieremie prophete xvij.
Hec dicit dn̄s deus. Male-
dictus homo qui confidit
in homine: et ponit carnem bra-
chium ſuum / ⁊ a domino recedit
cor eius. Erit enim quaſi mirice
in deſerto / et non videbit cum ve
nerit bonum: ſed habitabit in ſic
citate in deſerto: in terra ſalſugi
nis / et inhabitabili. Benedictus
vir qui confidit in domio: et erit
dominꝰ fiducia eius Et erit qua-
ſi lignum quod tranſplantatur
ſuper aquas: quod ad humorem
mittit radices ſuas: et non time-
bit cum venerit eſtus. Et erit fo-
lium eius viride: et in tempore
ſiccitatis non erit ſollicitum: nec
aliquando deſinet facere fructū.
Prauum eſt cor homis et inſcru-
tabile: quis cognoſcet illd ? Ego
dominꝰ ſcrutans cor / et probans
renes: qui do vnicuiq; iuxta viā
ſuam: et iuxta fructum adinuen
tionum ſuarum Dicit dominus
omnipotēs. Gr. Propicius eſto
domine peccatis noſtris / nequando
dicant gētes vbi eſt deus eorum. ỽ.
Adiuua nos deus ſalutaris noſter:
et propter honorē nominis tui dn̄e li
bera nos. Secundū Lucam. xvi.

# Feria. v. poſt Reminiſcere.



In illo tē-
poꝛe. Di-
xit ieſus turbis
iudeoꝛum para
bolam hanc. Ho
mo quidā erat
diues: qui indue
batur purpura
et biſſo: et epula
batur quotidie ſplēdide. Et erat
quidam mendicus nomine laza
rus: qui iacebat ad ianuam eius
vlceribus plenus: cupiens ſatu-
rari de micis q̄ cadebāt de menſa
diuitis: et nemo illi dabat. Sed
et canes veniebant: et lingebant
vlcera eius. Factum eſt autē vt
moꝛeretur mendicus: et poꝛtare
tur ab angelis in ſinum abꝛahe.
Moꝛtuus eſt autē et diues: et ſe-
pultus eſt in inferno. Eleuās au-
tem oculos ſuos cum eſſet in toꝛ
mentis: vidit abꝛaham a longe/
et lazarum in ſinu eius. Et ipſe
clamans dixit. Pater abꝛaham
miſerere mei: et mitte lazarū vt
intingat extremum digiti ſui in
aquam: vt refrigeret linguā me
am: quia crucioꝛ in hac flamma.
Et dixit illi abꝛahā Fili/ recoꝛda
re q̄a recepiſti bona in vita tua.
et lazarus ſimiliter mala. Nunc
autem hic cōſolatur: tu vero cru
ciaris. Et in his omnibus inter
nos et vos chaos magnū firma-
tum eſt: vt hi qui volūt hinc tran
ſire ad vos/ non poſſint: neqꝫ in-
de huc trāſmeare. Et ait. Rogo
ergo te pater/ vt mittas eum in
domum patris mei Habeo enim
quinqꝫ fratres: vt teſtetur illis/
ne et ipſi veniant in hunc locum
toꝛmentoꝛū. Et ait illi abꝛaham
Habent moyſen ⁊ pꝛophetas: au
diant illos. At ille dixit. Non pa
ter abꝛaham: ſed ſi quis ex moꝛ-
tuis ierit ad eos/ penitētiā agent
Ait autē illi. Si moyſen et pꝛo-
phetas non audiunt: neqꝫ ſi quis
ex moꝛtuis reſurrexerit/ credent
Offer. Pꝛecatus eſt moyſes in con-
ſpectu domini dei ſui/ et dixit: pꝛeca-
tus eſt moyſes in conſpectu domini
dei ſui/ et dixit: quare domine iraſce-
ris in populo tuo/ parce ire animi tui
memento abꝛaham/ iſaac/ et iacob:
quibus iuraſti dare terram fluentē
lac et mel: et placatus factus eſt do-
minus de malignitate/ quam dixit
facere populo ſuo. Secreta.

PReſenti ſacrificio nomini
tuo nos domie ieiunia di-
cata ſanctificent: vt quod obſer-
uantia noſtra pꝛofitetur exteri-
us/ interius operetur effectu.
Per dn̄m noſtrū ieſum Pꝛefatio
Qui coꝛpoꝛali ieiu. Coio. Qui
māducat carnem meam et bibit ſan
guinem meum: in me manet/ et ego
in eum dicit dominus. Complēda.

GRatia tua nos queſumus
domine non derelinquat:
que ⁊ ſacre nos deditos faciat ſer
uituti: et tuam nobis opem ſem
per acquirat. Per dn̄m noſtrū.
Super populum. Oꝛemus. Hu-
miliate capita veſtra deo. Oro.

ADeſto queſumus domine
famulis tuis/ et perpetu-
am benignitatē largire poſcen-
tibus: vt his qui te auctoꝛe et gu-
bernatoꝛe gloꝛiantur: et congre
gata reſtaures/ et reſtaurata cō-
ſerues. Per dn̄m noſtrū ieſum.

¶ Feria ſexta poſt Reminiſcere Ad miſſam Introitus.

EGo autem cum iuſticia apparebo in conſpectu tuo: ſatiaboꝛ dum manifeſtabitur gloꝛia tua. ps. Exaudi domine iuſticiam meam: intende depꝛecationem meam. Gloꝛia patri et filio / et ſpiritui ſancto. Oꝛemus. Flectamus genua Leua. Colla

DA queſumus omnipotēs deus: vt ſacro nos purificante ieiunio: ſinceris mentibus ad ſancta vētura facias ꝑuenire Per. Lectio libꝛi geneſis. xxxvij

IN diebꝰ illis. Dixit ioſeph fratribꝰ ſuis. Audite ſomnium meum / quod vidi. Putabā nos ligare manipulos in agro: et quaſi conſurgere manipulum meum ⁊ ſtare / veſtroſqꝫ manipulos circunſtātes / adoꝛare manipulum meum. Reſponderūt fratres eius. Nunqd rex noſter eris aut ſubijciemur ditioni tue? Hec ergo cauſa ſomnioꝛum atqꝫ ſermonum / inuidie ⁊ odij fomitem miniſtrauit. Aliud quoqꝫ vidit ſomniū / quod narrās fratribus ait. Vidi per ſomnium quaſi ſolem / et lunam / et ſtellas vndecim adoꝛare me. Quod cū patri ſuo et fratribus retuliſſet: increpauit eum pater ſuus ⁊ dixit. Quid ſibi vult hoc ſomnium quod vidiſti? Num ego et mater tua / et fratres tui / adoꝛabimus te ſuper terram? Inuidebāt igitur ei fratres ſui: pater vero rem tacitus conſiderabat. Cunqꝫ fratres illius in paſcēdis gregibus patris moꝛarentur in ſichem: dixit ad eum iſrael. Fratres tui paſcunt oues in ſichimis: veni / mittam te ad eos. Quo reſpondente pꝛeſto ſum / ait. Vade / et vide ſi cuncta pꝛoſpera ſint ergā fratres tuos / et pecoꝛa: et renuncia michi quid agatur. Miſſus de valle hebꝛon / venit in ſichem. Inuenitqꝫ eum vir errantem in agro: et interrogauit quid quereret. At ille reſpondit. Fratres meos quero: indica michi vbi paſcant greges. Dixitqꝫ ei vir. Receſſerunt de loco iſto Audiui autem eos dicentes: eamus in dothaim. Perrexit itaqꝫ ioſeph poſt fratres ſuos. et inuenit eos in dothaim. Qui cum vidiſſent eum pꝛocul: anteq̄ꝫ accederet ad eos / cogitauerunt illum occidere: et mutuo loquebātur. Ecce ſōniatoꝛ venit Venite occidamꝰ eū: et mittamꝰ in ciſternam veterem: dicemuſqꝫ fera peſſima devoꝛauit eum. Et tunc apparebit quid illi pꝛoſint ſomnia ſua. Audiens autem hec ruben: nitebatur liberare eū de manibus eoꝛum: et dicebat. Nō interficiamus animam eius / nec effūdamus ſanguinem: ſed pꝛoijcite eum in ciſternam veterem que eſt in ſolitudine: manuſqꝫ veſtras ſeruate innoxias. Hoc autem dicebat: volens eripere eum de manibus eoꝛum: ⁊ reddere patri ſuo. Gr. AD dominū dum tribularer clamaui: et exaudiuit me V. Domine libera animā meam: a labiis iniquis: ⁊ a lingua doloſa. Tr.

DOmine non ſecundum peccata noſtra facias nobis: ne-

q̃ ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣ Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordie tue/quia pauperes facti ſum⁹ nimis. ℣ Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter gloriam nominis tui domine libera nos: et propicius eſto peccatis noſtris: propter nomen tuũ. Sc̃dm Matheum. xxi.



In illo tẽpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis et turbis iudeorũ/parabolam hanc. Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam: et ſepem circundedit ei/ et fodit in ea torcular ⁊ edificauit turrim/et locauit eam agricolis: et peregre profectus eſt. Cum autẽ tempus fructuũ appropinquaſſet: miſit ſeruos ſuos ad agricolas: vt acciperent fructus eius. Et agricole apprehenſis ſeruis eius/alium ceciderunt/alium occiderunt/alium vero lapidauerunt Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus: et fecerunt illis ſimiliter. Nouiſſime autem/ miſit ad eos filium ſuum dicens verebũtur filium meum. Agricole autem videntes filium/dixerunt intra ſe. Hic eſt heres/ venite occidamus eum: ⁊ habebimus hereditatem eius. Et apprehenſum eum/eiecerunt extra vineã: et occiderunt. Cum ergo venerit dominus vinee: quid faciet agricolis illis? Aiũt illi. Malos/male perdet: et vineam ſuam locabit alijs agricolis: qui reddãt ei fructum temporibus ſuis. Dicit illis ieſus. Nunq̃ legiſtis in ſcripturis. Lapidem quem reprobauerunt edificantes: hic factus eſt in caput anguli. A dño factum iſtud: et eſt mirabile in oculis noſtris. Ideo dico vobis: quia auferetur a vobis regnum dei/et dabitur genti facienti fructus eius Et qui ceciderit ſuper lapidẽ iſtũ cõfringetur. Super quem vero ceciderit/conteret eum. Et cum audiſſent principes ſacerdotum et phariſei parabolas ei⁹/cognouerunt q̃ de ipſis diceret. Et querentes eum tenere/timuerũt turbas: quoniam ſicut prophetam: eum habebant. Offr. Domine in auxiliũ meum reſpice: confundantur et reuereãtur/qui querũt animã meam: vt auferant eam. Secreta.

Hec in nobis ſacrificia de⁹: et actione permaneant/et operatione firmẽtur. Per dñm. Prefatio. Qui corporali ieiunio Coio. Tu domine ſeruabis nos: ⁊ cuſtodies nos a generatione hac in eternum. Complenda.

Fac nos dñe queſumus accepto pignore ſalutis eterne/ad vitam ſic tendere congruenter eternam: vt ad eam peruenire poſſimus. Per. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Da queſumus domine populo tuo ſalutem mentis et corporis: vt bonis operib⁹ inherendo/tue ſemper virtutis mereatur protectione defendi. Per

dominũ. ¶ Sabbato poſt Remi
niſcere. Ad miſſam. Introitus.

LEx domini irreph=
hẽſibilis conuer=
tens animas: te=
ſtimonium dei fi=
dele / ſapientiam
preſtans paruu=
lis. Ps. Celi enarrant gloriam dei: ⁊
opera manuum eius annunciat fir=
mamentum. Gloria patri. Orem⁹.
Flectamus genua Leua. Colla

DA queſumus domine no=
ſtris effectum ieiunijs ſa=
lutarem: vt caſtigatio carnis aſ=
ſumpta: ad noſtrarum vegeta=
tionem tranſeat animarũ. Per
dominũ noſtrum ieſum chriſtũ.

Lectio libri Geneſis. xxvij.

IN diebus illis. Dixit rebec
ca filio ſuo iacob. Audiui
patrem tuum loquẽtẽ cum eſau
fratre tuo: et dicentem ei. Affer
michi de venatione tua: et fac ci=
bos vt comedam / ⁊ benedicam ti
bi coram domino anteq̃ moriar
Nunc ergo fili mi / acquieſce con
ſilijs meis: et pergens ad gregẽ:
affer mihi duos hedos optimos
vt faciam ex eis eſcas patri tuo:
quibus libenter veſcitur. Quas
cum intuleris / et comederit: be=
nedicat tibi priuſq̃ moriat᷑. Cui
ille reſpondit. Noſti ꝙ eſau fra=
ter me⁹ homo piloſus ſit: et ego
lenis. Si attrectauerit me pater
meus / et ſenſerit: timeo ne putet
me ſibi voluiſſe illudere: et indu
cat ſuper me maledictionem pro
benedictione. Ad quem mater.
In me / ſit ait iſta maledictio fili
mi: tantum audi vocem meam:
et pergens affer que dixi. Abijt ⁊
attulit: deditqꝫ matri Parauit il
la cibos / ſicut nouerat velle pa=
trem illius: et veſtibus eſau val=
de bonis quas apud ſe habebat
domi / induit eũ. Pelliculaſqꝫ he=
dorum circundedit manibus: et
colli nuda protexit. Deditqꝫ pul=
mentum: et panes quos coxerat
tradidit. Quibus illatis dixit.
Pater mi. At ille reſpondit au=
dio Quis es tu fili mi? Dixitqꝫ ia
cob. Ego ſum eſau primogenit⁹
tuus: feci tibi ſicut precepiſti mi=
chi. Surge / ſede / et comede de ve
natione mea: vt benedicat michi
anima tua. Rurſumqꝫ iſaac ad
filium ſuum. Quomodo inquit
tam cito inuenire potuiſti fili mi
Qui reſpondit: voluntas dei fu=
it / vt cito michi occurreret quod
volebam. Dixitqꝫ iſaac. Accede
huc / vt tangam te fili mi: et pro=
bem vtrũ tu ſis filius meus eſau
an non? Acceſſit ille ad patrem:
et palpato illo / dixit iſaac. Vox
quidem vox iacob eſt: ſed manus
manus ſunt eſau. Et non cogno
uit eum: quia piloſe manus ſimi
litudinem maioris expreſſerant.
Benedicens ergo illi / ait. Tu es
filius meus eſau? Reſpõdit Ego
ſum. At ille. Affer michi inquit
cibos de venatione tua fili mi: vt
bñdicat tibi anima mea. Quos
cum oblatos comediſſet: obtulit
ei etiam vinum. Quo hauſto: di=
xit ad eum. Accede ad me: et da
michi oſculum fili mi. Acceſſit /
et oſculatus eſt eum. Statimqꝫ
vt ſenſit veſtimentorũ eius fra=
grantiam / benedicens illi ait.

# Sabbato poſt Reminiſcere.

Ecce odoꝛ filij mei / ſicut odoꝛ a-
gri pleni: cui benedixit dominus
Det tibi deꝰ de roꝛe celi / et de pin
guedine terre abundãtiam fru-
menti vini et olei / et ſeruiant ti-
bi populi: et adoꝛẽt te tribꝰ. Eſto
dominus fratrum tuoꝛum: ⁊ in-
curuẽtur ante te filij matris tue.
Qui maledixerit tibi / ſit ille ma-
ledictus: et qui benedixerit tibi /
bñdictiõibus repleat. Vix iſaac
ſermonẽ impleuerat / et egreſſo
iacob foꝛas / venit eſau: coctoſqꝫ
de venatione cibos / intulit patri
dicens. Surge pater mi / et come
de de venatione filij tui: vt bene-
dicat mihi anima tua. Dixitqꝫ il
li iſaac. Quis enim es tu? Qui re
ſpondit Ego ſum filius tuus pꝛi
mogenitus eſau. Expauit iſaac
ſtupoꝛe vehementi: et vltra ꝙ cre
di poteſt admirãs ait. Quis igi-
tur ille eſt qui dudum captam ve
nationẽ attulit michi / et comedi
ex omnibus pꝛiuſꝙ tu venires?
Benedixiqꝫ ei: et erit benedictus
Auditis eſau ſermonibꝰ patris:
irrugijt clamoꝛe magno / et con-
ſternatus ait. Benedic etiam et
mihi pater mi Qui ait Venit ger
manus tuus fraudulẽter: et acce
pit benedictionem tuam. At ille
ſubiunxit. Juſte vocatum eſt no
men eius iacob: ſupplãtauit eni
me en altera vice. Pꝛimogenita
mea ante tulit / et nũc ſecũdo ſur-
ripuit benedictionẽ meam. Rur
ſumqꝫ ad patrem Nunquid non
reſeruaſti ait / ⁊ mihi benedictio-
nem? Reſpondit iſaac. Dominũ
tuum illum conſtitui / et omnes
fratres ſuos ſeruituti eius ſub-
iugaui. Frumẽto / ⁊ vino / et oleo
ſtabiliui eum: et tibi poſt hec fili
mi vltra quid faciam? Cui eſau
ait. Num vnam inquit tantum
benedictionem habes pater? Mi
chi quoqꝫ obſecro vt benedicas.
Cumqꝫ eiulatu magno fleret / mo
tus iſaac: dixit ad eum. In pin-
guedine terre: et in roꝛe celi deſu
per: erit benedictio tua Gr. Bo
num eſt confiteri domino: et pſallere
nomini tuo altiſſime. V. Ad annun-
ciandum mane miſericoꝛdiam tuam
et veritatem tuam per noctem.

**Secundum Lucam.** xv.



In illo tẽ
poꝛe. Di-
xit ieſus diſcipu
lis ſuis / parabo
lam hãc. Homo
quidam habuit
duos filios / ⁊ di
xit adoleſcenti-
oꝛ ex illis patri.
Pater: da michi poꝛtionem ſub-
ſtantie / que me contingit. Et di-
uiſit illis ſubſtantiã Et non poſt
multos dies: congregatis omni
bus / adoleſcentioꝛ filius peregre
pꝛofectus eſt in regionem lõgin-
quam et ibi diſſipauit ſubſtanti-
am ſuam viuendo luxurioſe. Et
poſtꝙ omnia conſummaſſet: fa-
cta eſt fames valida in regione il
la: et ipſe cepit egere. Et abijt / et
adheſit vni ciuium regionis il-
lius: et miſit illum in villam ſu-
am / vt paſceret poꝛcos. Et cupie
bat implere ventrem ſuum de ſi-
liquis / quas poꝛci manducabãt
et nemo illi dabat. In ſe autẽ re-
uerſus / dixit. Quanti mercenna

rij in domo patris mei abundãt
panibus: ego autem hic fame pe
reo. Surgam/ et ibo ad patrem
meum: et dicam illi. Pater: pec=
caui in celum et coram te: iam nõ
ſum dignus/ vocari filius tuus.
Fac me ſicut vnum de mercenna
rijs tuis Et ſurgens: venit ad pa
trem ſuum. Cum autem adhuc
longe eſſet/ vidit illum pater ipſi
us: et miſericordia motus eſt. Et
accurrens cecidit ſuper collũ eius
et oſculatus eſt eum. Dixitq; ei fi
lius. Pater peccaui in celum et co
ram te: iam non ſum dignus vo
cari filius tuus. Dixit autem pa=
ter ad ſeruos ſuos. Cito proferte
ſtolam primam/ et induite illum
et date annulũ in manu eius: et
calciamenta in pedes eius. Et ad
ducite vitulum ſaginatum: et oc
cidite/ et manducemus/ et epule=
mur: quia hic filius meus mortu
us erat/ et reuixit: perierat et inuẽ
tus eſt. Et ceperunt epulari. Erat
autem filius eius ſenior in agro.
Et cum veniret et appropinqua=
ret domui audiuit ſymphoniam
et chorum. Et vocauit vnum de
ſeruis: et interrogauit que hec eſ=
ſet. Iſq; dixit illi. Frater tuus ve
nit/ et occidit pater tuus vitulum
ſaginatum: quia ſaluum illum
recepit. Indignatus eſt autem: et
nolebat introire. Pater ergo illi=
us egreſſus: cepit rogare illum.
At ille reſpondẽs: dixit patri ſuo
Ecce tot annis ſeruio tibi/ et nun
q̃ mandatum tuum preteriui: et
nunq̃ dediſti michi hedũ/ vt cum
amicis meis epularer Sed poſtq̃
filius tuus hic qui deuorauit ſub
t.

ſtantiã ſuam cum meretricibus
venit: occidiſti illi vitulum ſagi=
natum. At ipſe dixit illi. Fili/ tu
ſemper mecum es: et omnia mea
tua ſunt. Epulari autem et gau
dere oportebat: quia frater tuus
hic mortuus fuerat/ et reuixit. Pe
rierat: et inuentus eſt. Offr. Il
lumina oculos meos ne vnq̃ obdor
miam in morte: nequando dicat ini=
micus meus/ preualui aduerſus eũ.

HIs ſacrificijs dñe Secreta
concede placatus: vt q̃ pro
prijs oramus abſolui delictis nõ
grauemur externis. Per. Prefa=
tio. Qui corporali ieiunio. Cõio.
Oportet te fili gaudere quia frater
tuus mortuus fuerat/ et reuixit/ pe=
rierat/ et inuentus eſt. Complenda

SAcramenti tui domine di=
uina libatio penetralia no
ſtri cordis infũdat: et ſui nos par
ticipes potẽter efficiat. Per dñm.
Super populũ. Oremus. Humi
liate capita veſtra deo. Oratio.

FAmiliam tuam q̃ſumus
domĩe cõtinua pietate cu=
ſtodi: vt que in ſola ſpe gratie ce=
leſtis innititur: celeſti etiam pro=
tectione muniatur. Per dñm no=
ſtrum ieſum chriſtũ filium tuũ.

¶ Dñica iij. xl. Introitus.



Culi mei ſemper
ad dominũ: quia
ipſe euellet de la=
queo pedes meos
reſpice ĩ me/ et mi
ſerere mei: quoni
am vnicus et pauper ſum ego. Ps
Ad te domĩe leuaui animam meam
deus meus in te confido non erube=
ſcam. Gloria patri. Collecta.

QUeſumus omnipotẽs de-
us: vota humilium reſpi-
ce: atq; ad defenſionem noſtram/
dexteram tue maieſtatis extende
Per dñm. ¶ Ad epheſios. v.

FRatres Eſtote imitatores
dei ſicut filij chariſſimi: et
ambulate in dilectiõe ſicut et chri
ſtus dilexit nos/et tradidit ſemet
ipſum pro nobis: oblationẽ et ho
ſtiam deo/in odorem ſuauitatis
Fornicatio autẽ et omnis immũ
dicia/ aut auaricia: nec nominet
in vobis: ſicut decet ſanctos: aut
turpitudo / aut ſtultiloquiũ / aut
ſcurrilitas: que ad rem non perti
net: ſed magis gratiarum actio.
Hoc autem ſcitote intelligentes:
ꝙ omnis fornicator/ aut immun
dus/ aut auarus: quod eſt idolo-
rum ſeruitus: non habet heredi-
tatẽ in regno chriſti et dei. Nemo
vos ſeducat inanibus v̄bis. Pro
pter hec enim venit ira dei in fili-
os diffidentie. Nolite ergo effici
participes eorũ. Eratis enim ali-
quando tenebre: nunc autem lux
in domino: vt filij lucis ambula-
te. Fructus enim lucis eſt: in om-
ni bonitate/et iuſticia: et veritate
Grad. Exurge domine non preua
leat homo: iudicentur gentes in con
ſpectu tuo. ℣. In conuertendo ini-
micum meũ retrorſum: infirmabun
tur et perient a facie tua. Tractus.

AD te leuaui oculos meos: qui
habitas in celis. ℣. Ecce ſi-
cut oculi ſeruorũ in manibus domĩo
rum ſuorũ. ℣. Et ſicut oculi ancille in
manibus dñe ſue ℣. Ita oculi noſtri
ad dominũ deum noſtrũ: donec miſe
reatur noſtri. ℣ Miſerere nobis dñe
miſerere nobis. Sc̄dm Lucã. xj.



IN illo tp̄e
Erat ieſꝰ
eijciẽs demoni-
um: ⁊ illud erat
mutũ. Et cũ eie
ciſſet demoniũ:
locutus eſt mu-
tus/ ⁊ admirate
ſũt turbe. Qui-
dã aũt ex eis dixerunt In beelze-
bub principe demoniorũ eijcit de
monia. Et alij tentãtes/ſignum
de celo querebant ab eo. Ipſe au-
tem vt vidit cogitationes eorum
dixit eis. Omne regnum in ſeip-
ſum diuiſum deſolabitur: et do-
mus ſupra domum cadet. Si au
tem et ſathanas in ſeipſum diui-
ſus eſt: quomodo ſtabit regnũ ip
ſius quia dicitis in beelzebub eij-
cere me demonia? Si autem ego
in beelzebub eijcio demonia: filij
veſtri in quo eijciunt? Ideo ipſi
iudices veſtri erũt. Porro ſi in di-
gito dei eijcio demonia: profecto
peruenit in vos regnũ dei. Cum
fortis armatus cuſtodit atrium
ſuum: in pace ſũt ea que poſſidet
Si autem fortior eo ſuperueniẽs
vicerit eum: vniuerſa arma eius
auferet in quibus confidebat: et
ſpolia eius diſtribuet. Qui nõ eſt
mecum: aduerſum me eſt. Et qui
non colligit mecum: diſpergit.
Cum immũdus ſpiritus exierit
ab homine: ambulat per loca in-
aquoſa: querens requiem et non
inueniens: dicit. Reuertar in do
mum meam vnde exiui. Et cum
venerit: inuenit ſcopis munda-
tam et ornatam. Tunc vadit et

aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſe-
cum nequiores ſe: et ingreſſi habi
tant ibi. Et fiunt nouiſſima hoīs
illius peiora prioribus. Factū eſt
autē cum hec diceret: extollēs vo-
cem quedam mulier de turba di-
xit illi. Beatus venter qui te por-
tauit: et vbera que ſuxiſti. At ille
dixit. Quinimo. Beati qui audi-
unt verbum dei: et cuſtodiunt il-
lud. Offer. Iuſticie domini recte le
tificātes corda: et dulciora ſuper mel
et fauū: nā et ſeruꝰ tuus cuſtodiet ea
Hec hoſtia q̄ſumus Secre.
dn̄e emūdet noſtra delicta
et ad ſacrificiū celebrandū / ſubdi
torum tibi corpora menteſq; ſan
ctificet. Per. Cōio. Paſſer inuenit
ſibi domum / et turtur nidū vbi repo
nat pullos ſuos / altaria tua dn̄e vir
tutum / rex meus et deus meus: bea-
ti qui habitant in domo tua / in ſecu-
lum ſeculi laudabūt te. Cōplenda.
A Cūctis nos domine reati
bus et periculis propicia-
tus abſolue: quos tanti myſterij
tribuis eſſe participes. Per dn̄m
¶ Feria iij. poſt Oculi. Introitꝰ.
In deo laudabo ver-
bum in dn̄o laudabo
ſermonē in deo ſpera
ui / nō timebo quid fa
ciat michi homo. Ps.
Miſerere mei deus quoniā conculca
uit me homo: tota die impugnās tri
bulauit me. Gloria patri. Oremus
Flectamus genua le. Collecta.
C Ordibus noſtris q̄s domi-
ne gratiam tuā benignus
infunde: vt ſicut ab eſcis carnali
bus abſtinemus: ita ſenſus quo-
q; noſtros / a noxijs retrahamus
exceſſibus. Per dominū noſtrū.
¶ Lectio libri Regum. iiij. v.
In diebus illis. Naaman
princeps militie regis ſyrie
erat vir magnus apud dominū
ſuum: et honoratus. Per illum
enim dedit dominus ſalutē ſyrie
Erat autē vir fortis et diues / ſed
leproſus. Porro de ſyria egreſſi
fuerant latrunculi: et captiuam
duxerant de terra iſrael puellam
paruulam: que erat in obſequio
vxoris naaman. Que ait ad do-
minā ſuam. Utinam fuiſſet do-
minus meus ad prophetam qui
eſt in ſamaria: profecto curaſſet
eum a lepra quam habet. Ingreſ
ſus eſt itaq; naaman ad dominū
ſuum: ⁊ nunciauit ei dicens. Sic
et ſic locuta eſt puella de terra iſ-
rael. Dixitq; ei rex ſyrie. Uade / et
mittam litteras ad regem iſrael.
Qui cum profectus eſſet / et tuliſ-
ſet ſecum decem talenta argenti
et ſex milia aureos: et decem mu
tatoria veſtimentorū / detulit lit-
teras ad regē iſrael in hec verba.
Cum acceperis epiſtolā hanc: ſci-
to q̄ miſerim ad te naamā ſeruū
meū / vt cures eū a lepra ſua. Cū-
q; legiſſet rex iſrael litteras: ſcidit
veſtimenta ſua: et ait. Nunquid
deus ego ſum: vt occidere poſſim
et viuificare quia iſte miſit ad me
vt curem hominem a lepra ſua?
Animaduertite et videte: quod
occaſiones querat aduerſū me.
Quod cum audiſſet helyſeus vir
dei / ſcidiſſe videlicet regem iſrael
veſtimenta ſua: miſit ad eum di
cens. Cur ſcidiſti veſtimēta tua?
Ueniat ad me: ⁊ ſciat prophetam

eſſe in iſrael. Venit ergo naamã
cũ equis ⁊ curribus et ſtetit ad ho
ſtiũ domus heliſei. Miſitq; ad eũ
helizeus nunciũ dicens. Vade/et
lauare ſepties in ioꝛdane / et reci-
piet ſanitatẽ caro tua: atq; mũda
beris. Iratus naaman/recedebat
dicens. Putabam q egrederetur
ad me/et ſtans inuocaret nomen
dñi dei ſui: et tangeret manu ſua
locũ lepꝛe: et curaret me. Nunqd
non melioꝛes ſũt abana/et phar-
phar fluuij damaſci omnibus a-
quis iſrael: vt lauer in eis et mun
der. Cum ergo vertiſſet ſe/et abi
ret indignans: acceſſerunt ad eũ
ſerui ſui/ et locuti ſunt ei. Pater:
et ſi rem grandẽ dixiſſet tibi pꝛo-
pheta certe facere debueras. Quã
to magis quia nunc dixit tibi: la
uare/et mundaberis. Deſcendit
itaq; et lauit in ioꝛdane ſepties:
iuxta ſermonẽ viri dei: et reſtitu-
ta eſt caro ei⁹ ſicut caro pueri par
uuli/et mundatus eſt a lepꝛa. Re
uerſuſq; ad virum dei cum vni-
uerſo comitatu ſuo: venit et ſtetit
coꝛã eo/ et ait. Vere ſcio q non ſit
alius deus in vniuerſa terra: ni-
ſi tantum dominus deus iſrael.
Gꝛad. Deus vitam meam nũcia-
ui tibi/ poſui lacrimas meas in con-
ſpectu tuo. V. Miſerere michi domĩe
quoniam conculcauit me homo tota
die bellans tribulauit me. Tractus

D Omine non ſecundũ pecca-
ta noſtra facias nobis: neq;
ſecundum iniquitates noſtras retri-
buas nobis. V. Domine ne memine
ris iniquitatum noſtrarum antiqua
rum cito anticipent nos miſericoꝛdie
tue: quia pauperes facti ſum⁹ nimis

V⁹ Adiuua nos deus ſalutaris no-
ſter: et pꝛopter gloꝛiam nominis tui
domine libera nos/ et pꝛopicius eſto
peccatis noſtris/ pꝛopter nomen tuũ

¶ Secundũ Lucam. iiij.



I N illo tpe
Dixerũt
pharisei ad ieſũ
Quãta audiui-
mus facta in ca
pharnaũ: fac et
hic i patria tua.
Ait aũt. Amen
dico vobis quia
nemo pꝛopheta acceptus eſt in pa
tria ſua. In veritate dico vobis:
multe vidue erãt in diebus helie
in iſrael: quando clauſũ eſt celũ
annis tribus/et menſibus ſex: cũ
facta eſſet fames magna in om-
ni terra et ad nullã illarũ miſſus
eſt helias: niſi in ſarepta ſidonie/
ad mulierem viduã. Et multi le-
pꝛoſi erãt in iſrael ſub heliſeo pꝛo
pheta: et nemo eoꝛũ mundatus
eſt/niſi naaman ſyrus. Et reple-
ti ſunt omnes in ſynagoga ira/
hec audientes. Et ſurrexerunt: et
eiecerunt illum extra ciuitatẽ: et
duxerunt illum vſq; ad ſupercili
um montis/ ſupꝛa quẽ ciuitas il-
loꝛum erat edificata: vt pꝛecipita
rent eũ. Ipſe autẽ tranſiens: per
mediũ illoꝛũ ibat. Offer. Exaudi
deus oꝛationẽ meam: et ne deſpexe-
ris depꝛecationem meam/intende in
me et exaudi me. Secreta.

M Unus quod tibi domĩe no
ſtre ſeruitutis offerimus:
tu ſalutare nobis ꝑfice ſacramen
tum. Per d. Pꝛefatio. Qui coꝛpo
rali ieiunio. Cõio. Quis dabit ex

ſyon ſalutare iſrael: cũ auerterit do-
minus captiuitatẽ plebis ſue: exulta
bit iacob et letabitur iſrael. Cõplen
PReſta queſumus omnipo
tens et miſericors deus: vt
que ore contingimus: pura men
te capiamus. Per dñm noſtrum
Super populũ. Oremus. Humi
liate capita veſtra deo. Oratio.
SUbueniat nobis dñe miſe
ricordia tua vt ab imminẽ
tibus peccatorũ noſtrorũ piculis/
te mereamur protegente ſaluari
Per ¶ Fer. iii. poſt Oculi. Intro
EGo clamaui / qm̃ ex-
audiſti me deus incli
na aurẽ tuã / et exau-
di verba mea: cuſtodi
me dñe vt pupillam
oculi ſub vmbra alarũ tuarũ pro
tege me. ps. Exaudi dñe iuſticiam
meam: intende deprecationẽ meam
Gloria patri et filio. Oremus. Fle
ctamus genua leuate. Collecta.
EXaudi nos omnipotens et
miſericors deus: ⁊ continẽ
tie ſalutaris propicius nobis do-
na concede. Per dominũ noſtrũ.
¶ Lectio libri regũ. iiij. quarto.
IN diebus illis Mulier que
dam clamabat ad heliſeuz
prophetam dicẽs. Seruus tuus
vir meus mortuus eſt: et tu noſti
quia ſeruus tuus fuit timens de-
um. Et ecce creditor venit vt tol-
lat duos filios meos / ad ſeruien-
dũ ſibi. Cui dixit heliſeus. Quid
vis vt faciã tibi? Dic michi: quid
habes i domo tua. At illa reſpon
dit. Non habeo ancilla tua quic-
ꝙ̃ in domo mea: niſi parum olei
quo vngar. Cui ait. Uade / et pete

mutuo ab omnibus vicinis tuis
vaſa vacua non pauca: et ingre-
dere et claude hoſtiũ tuum Cum
intriſecus fueris tu ⁊ filij tui: mit
te inde in omnia vaſa hec: et cum
plena fuerint / tolles. Iuit itaꝙ
mulier: et clauſit hoſtium ſuper
ſe / et ſuper filios ſuos. Illi offere-
bant vaſa: et illa infundebat. Cũ
ꝙ plena fuiſſent vaſa: dixit ad fi-
lium ſuũ. Affer michi adhuc vas
At ille reſpõdit. Non habeo. Ste
titꝙ oleum. Uenit autẽ illa / et in
dicauit homini dei. Et ille. Uade
inquit / vende oleum: et redde cre
ditori tuo. Tu autẽ et filij tui: vi-
uite de reliquo. Grad. Ab occul-
tis meis mũda me dñe: et ab alienis
parce ſeruo tuo. ỽ. Si mei non fue-
rint domiati / tunc immaculatus ero
et emundabor a delicto maximo.
¶ Secundũ Matheum. xviij.



IN illo tẽ-
pore. Re-
ſpiciẽs ieſus in
diſcipulos ſuos
dixit ſymoni pe
tro. Si peccaue-
rit in te frater tu
us: vade et corri
pe eum inter te ⁊
ipſum ſolũ. Si te audierit: lucra
tus eris fratrem tuum. Si autẽ
te non audierit: adhibe tecum ad
huc vnũ vel duos: vt in ore duo-
rum vel trium teſtium / ſtet om-
ne verbum. Quod ſi non audie-
rit eos: dic eccleſie Si autem eccle
ſiam nõ audierit / ſit tibi ſicut eth
nicus et publicanus. Amen di-
co vobis: quecunꝙ alligaueritis
ſuper terrã: erunt ligata et in ce-

lo. Et quecūqȝ ſolueritis ſuper ter
ram: erūt ſoluta et in celo. Iterū
dico vobis / ꝙa ſi duo ex vobis cō=
ſenſerint ſuper terrā: de omni re
quācunqȝ petierint: fiet illis a pa=
tre meo / qui eſt in celis. Ubi enim
ſunt duo vel tres cōgregati in no
mine meo: ibi ſum in medio eoꝛū
Tunc accedens petrus ad eū / di=
xit Dn̄e: quotiens peccabit in me
frater meus / ⁊ dimittam ei? Uſqȝ
ſepties? Dixit illi ieſus. Non dico
tibi vſqȝ ſepties ſed vſqȝ ſeptuagi
es ſepties. Offe. Dextera domi=
ni fecit virtutem: dextera domini ex
altauit me: non moꝛiar ſed viuam /
et narrabo opera domini. Secreta.
Per hec veniat q̄ſumus dō=
mine ſacramēta noſtre re=
dēptionis effectus: qui nos et ab
humanis retrahat ſemper exceſ=
ſibus: et ad ſalutaria cuncta per=
ducat. Per. Prefatio. Qui coꝛpo
rali ieiunio. Cōio Domine quis
habitabit in tabernaculo tuo: aut
quis requieſcet in monte ſancto tuo
qui ingreditur ſine macula / et opera
tur iuſticiam. Complenda.
Sacris domine miſterijs ex
piati: et veniam conſequa
mur et gratiam. Per dominū.
Super populū. Oꝛemus. Humi
liate capita veſtra deo. Collecta.
Tua nos domine pꝛotectio
ne defēde: et ab omni ſem
per iniquitate cuſtodi. Per dn̄m.
¶ Feria iiij. poſt Oculi. Introi.
Ego autem in dn̄o ſpe
raui / exultabo et leta
boꝛ in tua miſericoꝛ=
dia quia reſpexiſti hu
militatem meam. Ps
In te domine ſperaui non confūdar
in eternum: in iuſticia tua libera me
Gloꝛia patri et filio. Oꝛemus. Fle
ctamus genua leuate. Collecta.
Preſta nobis queſum⁹ do=
mine: vt ſalutaribus ieiu=
nijs eruditi: a noxijs quoqȝ vicijs
abſtinentes / pꝛopiciationē tuam
facilius impetremus. Per dn̄m.
¶ Lectio libꝛi Exodi. xx.
Hec dicit dominus deus Ho
noꝛa patrē tuum et matrē
tuam: vt ſis longeuus ſuper ter=
ram / quam dn̄s deus tuus dabit
tibi. Non occides: non mechabe=
ris: nō furtum facies: non loqua
ris cōtra pꝛoximū tuū falſum te=
ſtimonium. Non cōcupiſces do=
mum pꝛoximi tui: nec deſidera=
bis vxoꝛem eius: non ſeruum / nō
ancillā / non bouem non aſinum
nec omnia que illius ſunt. Cun=
ctus autē populus audiebat vo=
ces / et lāpades / et ſonitū buccine:
montemqȝ fumantē: et perterriti
ac pauoꝛe cōcuſſi ſteterunt pꝛocul
dicētes moyſi. Loquere tu nobis
et audiemus. Non loquatur no=
bis dn̄s: ne foꝛte moꝛiamur Et a=
it moyſes ad populū Nolite time
re. Ut eni pꝛobaret vos venit de=
us ⁊ vt terroꝛ illius eſſet in vobis
et non peccaretis. Stetitqȝ popu=
lus de longe moyſes autem acceſ
ſit ad caliginem in qua erat deus
Dixitqȝ pꝛeterea dn̄s ad moyſen.
Hec dices filijs iſrael. Uos vidi=
ſtis / ꝙ de celo locutus ſim vobis.
Non facietis deos argēteos: nec
deos aureos facietis vobis. Al=
tare de terra facietis michi: et of=
feretis ſuper illud holocauſta / et

pacifica veſtra/oues veſtras ⁊ bo
ues/ in omni loco: in quo memo=
ria fuerit nominis mei. Grad.
Miſerere michi domine quoniã in=
firmus ſum: ſana me dñe. ℣. Cõtur
bata ſunt omnia oſſa mea: et anima
mea turbata eſt valde. Tractus.
DOmine non ſecundũ pecca=
ta noſtra facias nobis: neqꝫ
ſecundũ iniquitates noſtras retribu
as nobis. ℣. Domine ne memineris
iniquitatum noſtrarum antiquarũ:
cito anticipent nos miſericordie tue/
quia pauperes facti ſumus nimis. ℣
Adiuua nos deus ſalutaris noſter:
et propter gloriã nominis tui domi=
ne libera nos/et propicius eſto pecca
tis noſtris/ propter nomen tuum.
¶ Secundũ Matheum. xv.



IN illo tẽ=
pore. Ac=
ceſſerũt ad ieſũ/
ab hieroſolimis
ſcribe ⁊ phariſei
dicentes Quare
diſcipl'i tui trãſ=
grediuntur tra
ditiones ſenior
Non enim lauant manus ſuas/
cum panem manducãt. Ipſe au
tem reſpondens: ait illis. Quare
et vos tranſgredimini mandatũ
dei/ propter traditionẽ veſtram.
Nam deus dixit. Honora patrẽ
tuum: et matrẽ tuam. Et qui ma
ledixerit patri vel matri: morte
moriatur. Vos autẽ dicitis. Qui
cunqꝫ dixerit patri vel matri: mu
nus quodcũqꝫ eſt ex me tibi prode
rit/et non honorificauit patrẽ ſu=
um et matrem ſuam: et irritũ fe=
ciſtis mandatũ dei propter tradi

t.

tionem veſtram. Hypocrite/bene
prophetauit de vobis iſayas/ di=
cẽs. Populus hic labijs me hono
rat: cor autẽ eorum longe eſt a me
Sine cauſa autẽ colunt me: docẽ
tes doctrinas et mandata homi=
nũ. Et conuocatis ad ſe turbis di
xit eis. Audite ⁊ itelligite. Nõ qđ
intrat in os coinquinat hominẽ:
ſed quod procedit ex ore: hoc coin
quinat hominẽ. Tunc accedẽtes
diſcipuli eius dixerunt ei. Scis/
quia phariſei audito hoc verbo:
ſcandalizati ſunt. At ille reſpon=
dens ait. Omnis plantatio quã
non plãtauit pater meus celeſtis
eradicabitur Sinite illos: ceci ſũt
et duces cecorum Cecus autem ſi
ceco ducatum preſtet: ambo in fo
ueam cadunt. Reſpondens autẽ
petrus dixit ei. Ediſſere nobis pa
rabolam iſtam. At ille dixit. Ad=
huc ⁊ vos ſine intellectu eſtis. Nõ
intelligitis: quia omne quod in
os intrat/in ventrem vadit: et in
ſeceſſum emittitur. Que autem
procedunt de ore/ de corde exeunt
et ea coinquinant hominem. De
corde enim exeunt/ cogitationes
male: homicidia/ adulteria/ for=
nicationes/ furta / falſa teſtimo=
nia: blaſphemie. Hec ſunt que co
inquinant hominem. Non lotis
autem manibus manducare: nõ
coinquinat hominẽ. Offer. Do=
mine fac mecum miſericordiã tuam:
propter nomen tuum / quia ſuauis
eſt miſericordia tua. Secreta.
SUſcipe queſumus domine
preces populi tui cum obla
tionibus hoſtiarum: et tua my=
ſteria celebrantes: ab omnibus

nos defende periculis. Per. Pre-
fatio. Qui corporali. Cōio. No-
tas michi feciſti vias vite adimple-
bis me leticia cum vultu tuo domine

SAnctificet nos q̄s Cōplen.
domine qua paſti ſumus
menſa celeſtis: et a cunctis errori-
bus expiatos: ſupernis promiſſi-
onibus reddat acceptos. Per do.
Super populū. Oremus. Humi
liate capita veſtra deo. Oratio.

COncede q̄ſumus omnipo-
tens deus: vt qui protectio
nis tue gratiam querimus/ libe-
rati a malis omnibus: ſecura ti-
bi mente ſeruiamus. Per dn̄m.

¶ Feria v. poſt Oculi. Introit⁹.

SAlus popli ego ſum/
dicit domin⁹: de qua-
cūq₃ tribulatione cla-
mauerit ad me exau-
diam eos: et ero illoꝝ
dominus in perpetuū. ps. Atten-
dite popule meus legē meam: incli-
nate aurem veſtrā in verba oris mei
Gloria pr̄i. Oremus. Flectamus
genua leuate. Collecta.

DA q̄s domine rex eterne cū
ctorū: vt ſacro nos purifi-
cante ieiunio: ſinceris quoq₃ men
tibus ad tua ſancta ventura faci
as peruenire. Per dn̄m noſtrum

¶ Lectio hieremie prophete. vij.

IN diebus illis. Factus eſt
ſermo domini ad me dicēs
Sta in porta domus dn̄i: et pre-
dica ibi verbum iſtud/ et dic. Au-
dite verbum dn̄i omnis iuda qui
ingredimini per portas has: vt
adoretis dn̄m. Hec dicit dn̄s exer-
cituum deus iſrael. Bonas facite
vias veſtras/ et ſtudia veſtra: et
habitabo vobiſcū in loco iſto. No
lite confidere in verbis mendacij
dicentes. Templū domini/ tem-
plum domini/ templū domini eſt
Quoniam ſi benedixeritis vias
veſtras/ et ſtudia veſtra: ſi feceri-
tis iudicium inter virum et proxi
mum eius: aduene/ et pupillo/ et
vidue non feceritis calumniam:
nec ſanguinem innocentem effu
deritis in loco hoc/ et poſt deos a-
lienos nō ambulaueritis in ma-
lum vobiſmetipſis: habitabo vo
biſcum in loco iſto in terra quam
dedi patribus veſtris a ſeculo/ et
vſq₃ in ſeculum. Dicit dn̄s: omni
potens. Grad. Oculi omniū in te
ſperant dn̄e: et tu das illis eſcā in tē-
pore oportuno. ℣. Aperis tu manū
tuā: et imples omne animal benedi-
ctione. ¶ Secundū Lucam. iiij.



IN illo tē-
pore Sur
gens ieſus de ſy
nagoga: introi-
uit in domū ſy-
monis. Socrus
autem ſimonis
tenebatur ma-
gnis febribus:
et rogauerunt illū pro ea. Et ſtās
ſuper illam imperauit febri: et di
miſit illam. Et continuo ſurgens
miniſtrabat illis. Cum autē ſol
occidiſſet: omnes qui habebant
infirmos varijs lāguoribus/ du-
cebant illos ad eum At ille ſingu
lis manus imponēs: curabat eos
Exibant autem demonia a mul-
tis clamantia ꝛ dicentia: quia tu
es filius dei. Et increpans non ſi
nebat ea loqui q̄a ſciebant ipſum

eſſe chriſtum. Facta autem die: e-
greſſus ibat in deſertū locum: et
turbe requirebant eum: et vene-
runt vſqꝫ ad ipſum: et detinebāt
illum / ne diſcederet ab eis. Qui-
bus ille ait. Quia et alijs ciuitati
bus oportet me euangelizare: re-
gnum dei. Offr. Si ambulauero
in medio tribulatiōis viuificabis me
domīe: et ſuper iram inimicorū meo-
rum extendes manum tuam / et ſal-
uum me fecit dextera tua. Secreta

Deus de cuius grē rore de-
ſcēdit: vt ad myſteria tua
purgatis ſēſibus accedamus: pre
ſta queſumus: vt in eorum tradi
tione ſolenniter honoranda / com
petens deferamus obſequiū Per
dñm. Prefatio. Qui corporali ie-
iunio. Cōio. Tu mādaſti manda
ta tua cuſtodiri nimis: vtinā dirigā
tur vie mee / ad cuſtodiendas iuſtifi-
cationes tuas. Complenda.

Sacramenti tui domine ve
neranda perceptio: et my-
ſtico nos mundet effectu: et perpe
tua nos virtute defendat. Per do
minū noſtrū ieſū chriſtū filiū tu-
um. Qui te. Super populū. Ore
mus. Hūiliate capita veſtra deo.

Defende dñe familiam tu-
am toto tibi corde proſtra
tam: et ab hoſtium tuere formidi
ne: nec bona tua difficulter inue-
niat: pro qua et ſancti tui et ange
lice ſupplicāt poteſtates. Per do.

¶ Feria vj. poſt Oculi. Introit⁹

Fac mecū dñe ſignum
in bono: vt videant q̇
me oderunt et confū-
dātur: quoniā tu do-
mine adiuuiſti me / et
conſolatus es me. Ps. Inclina dñe
aurem tuā ⁊ exaudi me qm̄ inops et
pauper ſum ego. Gloria Oremus.
Flectamus genua leuate. Colla

Ieiunia noſtra q̄ſumus do
mine benigno fauore pro-
ſequere: vt ſicut ab alimētis abſti
nemus in corpore: ita a vicijs ie-
iunemus in mente. Per dominū

¶ Lectio libri Numeri. xx.

In diebus illis. Conuene-
runt filij iſrael ad moyſen
et aaron: et verſi in ſeditionē / di-
xerunt. Da nobis aquam / vt bi-
bamus. Ingreſſuſqꝫ moyſes et
aaron / dimiſſa multitudine in ta
bernaculum federis: corruerunt
proni in terram: clamaueruntqꝫ
ad dominū atqꝫ dixerunt. Domi
ne deus / audi clamorē populi hu
ius: ⁊ aperi eis theſaurum tuum
fontem aque viue: vt ſatiati / ceſ-
ſet murmuratio eorum. Et appa
ruit gloria domini ſuper eos. Lo
cutuſqꝫ eſt dominus ad moyſen /
dicens. Tolle virgam et congre-
ga populū tu et aaron frater tu-
us: et loquimini ad petram corā
eis: et illa dabit aquas. Cūqꝫ edu
xeris aquam de petra: bibet om-
nis multitudo / et iumenta eius.
Tulit igitur moiſes virgam que
erat in cōſpectu domini / ſicut pre
ceperat ei: congregata multitudi
ne ante petram: dixitqꝫ eis. Au-
dite rebelles ⁊ increduli. Num de
petra hac: vobis aquam poteri-
mus eijcere? Cūqꝫ eleuaſſet moy
ſes manum / percutiēs virga bis
ſilicem: egreſſe ſunt aque largiſſi
me / ita vt populus biberet et iu-
mēta. Dixitqꝫ dominus ad moy

ſen et aaron. Quia non credidi=
ſtis michi/ vt ſāctificaretis me co=
ram filijs iſrael: nō introducetis
hos populos in terram quam da
bo eis. Hec eſt aqua contradictio=
nis: vbi iurgati ſūt filij iſrael cō=
tra dn̄m: et ſāctificatus eſt in eis.
Grad. In deo ſperauit coꝛ meum
et adiutus ſum: ⁊ refloꝛuit caro mea
et ex volūtate mea confiteboꝛ illi. V.
Ad te domie clamaui: deus meus ne
ſileas/ ne diſcedas a me. Tractus.
DOmine non ſecundū pecca=
ta noſtra facias nobis: neqꝫ
ſecundum iniquitates noſtras retri=
buas nobis. V. Domine ne memine
ris iniquitatum noſtrarum antiqua
rum cito anticipent nos miſericoꝛdie
tue: quia pauperes facti ſumꝰ nimis
V. Adiuua nos deus ſalutaris no=
ſter: et pꝛopter gloꝛiam nominis tui
domine libera nos/ et pꝛopicius eſto
peccatis noſtris/ pꝛopter nomen tuū
¶ Secundū Johannem. iiij.



IN illo tē=
poꝛe. Ve=
nit ieſus in ciui=
tatem ſamarie q̄
dicitur ſychar:
iuxta pꝛediū qḋ
dedit iacob/ filio
ſuo ioſeph. Erat
autem ibi fōs ia
cob Jeſus autem fatigatus ex iti
nere: ſedebat ſic ſupꝛa fontē. Ho=
ra autem erat quaſi ſexta. Venit
mulier de ſamaria haurire aquā
Dicit ei ieſus. Da michi bibere.
Diſcipuli enim eius abierant in
ciuitatem: vt cibos emerent. Di=
cit ergo ei mulier illa ſamarita=
na Quomodo tu iudeus cum ſis
bibere a me poſcis: que ſum muli
er ſamaritana. Non enim coutū
tur iudei ſamaritanis. Reſpōdit
ieſus et dixit ei. Si ſcires donum
dei/ et quis eſt qui dicit tibi/ da mi
chi bibere: tu foꝛſitan petiſſes ab
eo/ et dediſſet tibi aquam viuam
Dicit ei mulier. Dn̄e/ neqꝫ in quo
haurias habes: et puteus altus
eſt. Unde ergo habes aquam vi=
uam? Nunquid tu maioꝛ es pa=
tre noſtro iacob/ qui dedit nobis
puteum: et ipſe ex eo bibit/ et filij
eius/ et pecoꝛa eius? Reſpondit ie
ſus: ⁊ dixit ei. Omnis qui bibit ex
aqua hac/ ſitiet iterū. Qui autem
biberit ex aqua/ quam ego dabo
ei: non ſitiet in eternū. Sed aqua
quam ego dabo ei: fiet in eo fons
aque ſalientis in vitam eternam
Dicit ad eum mulier. Domine/
da michi hanc aquam: vt non ſi=
tiam/ neqꝫ veniam huc haurire.
Dicit ei ieſus. Vade voca virum
tuū: et veni huc. Reſpondit ei mu
lier: et dixit. Non habeo virum.
Dicit ei ieſus. Bene dixiſti: quia
non habeo virum. Quinqꝫ enim
viros habuiſti: et nunc quem ha=
bes/ non eſt tuus vir. Hoc vere di=
xiſti. Dicit ei mulier. Domine/ vi
deo quia pꝛopheta es tu. Patres
noſtri in monte hoc adoꝛauerūt.
Et vos dicitis: quia hieroſolimis
eſt locus/ vbi adoꝛare opoꝛtet. Di
cit ei ieſus. Mulier crede michi/
quia veniet hoꝛa. quando neqꝫ in
monte hoc/ neqꝫ in hieroſolimis/
adoꝛabitis patrem. Vos adoꝛa=
tis quod neſcitis: nos adoꝛamus
quod ſcimus/ quia ſalus ex iude=
is eſt Sed venit hoꝛa et nunc eſt:

quando veri adoratores / adorabunt patrem in ſpiritu et veritate. Nam ⁊ pater tales querit: qui adorent eum. Spiritus eſt deus: et eos qui adorant eum in ſpiritu et veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio / quia meſſias venit: qui dicitur chriſtus. Cum ergo venerit / ille nobis annūciabit omnia. Dicit ei ieſus. Ego ſum / qui loquor tecum. Et cōtinuo venerunt diſcipuli eius et mirabantur: quia cū muliere loquebatur. Nemo tamen dixit quid queris / aut quid loqueris cum ea. Reliquit ergo hidriam ſuam mulier: et abijt in ciuitatem: et dicit illis hominibus. Venite et videte hominē: qui dixit michi omnia quecunqꝫ feci. Nunquid ipſe eſt chriſtus? Exierunt ergo de ciuitate: ⁊ veniebāt ad eum. Interea rogabant eum diſcipuli eius: dicentes Rabbi / manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare / quem vos neſcitis. Dicebāt ergo diſcipuli adinuicem. Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis ieſus. Meus cibus eſt: vt faciam volūtatem eius qui miſit me: vt perficiam opus eius Nōne vos dicitis: ꝙ adhuc quattuor menſes ſunt / et meſſis venit Ecce dico vobis: leuate oculos veſtros / et videte regiones: que albe ſunt iam ad meſſem. Et qui metit / mercedem accipit: et congregat fructum in vitam eternam: vt et qui ſeminat ſimul gaudeat et qui metit. In hoc enim eſt verbum verum: quia alius eſt qui ſeminat: et alius eſt qui metit. Ego miſi vos metere quod vos non laboraſtis Alij laborauerūt et vos in labores eorum introiſtis. Ex ciuitate autē illa multi crediderūt in eum ſamaritanorum / propter verbum mulieris / teſtimonium perhibentis: quia dixit michi omnia quecūqꝫ feci. Cū veniſſent ergo ad illum ſamaritani: rogauerunt eum vt ibi maneret. Et māſit ibi duos dies Et multo plures crediderūt / propter ſermonē eius Et mulieri dicebāt: quia iam nō propter tuam loquelā credimus. Ipſi enim audiuimus / ⁊ ſcimus quia hic eſt vere ſaluator mundi.

Offer. Intēde voci orationis mee: rex meus et deus meus: quoniā ad te orabo domine. Secreta.

Reſpice domine ꝓpicius ad munera que ſacramus: vt et tibi grata ſint / et nobis ſalutaria ſemper exiſtant. Per. Prefa. Qui corporali. Cōio. Qui biberit aquam quam ego dabo ei / dicit dn̄s ſamaritane: fiet in eo fons aque ſalientis in vitam eternā. Complēda.

Huius nos dn̄e perceptio ſacramenti mundet a crimine: et ad celeſtia regna perducat. Per. Super populū. Oremus. Humiliate capita veſtra deo.

Preſta q̃s omnipotens deus: vt qui in tua protectiōe cōfidimus: cūcta nobis aduerſātia te adiuuante vincamus. Per

¶ Sabbato poſt Oculi. Introi.

Verba mea aurib⁹ percipe domīe / intellige clamorē meū: intēde voci oratiōis mee Ps. Quoniā ad te orabo do

mine: mane exaudies vocem meam
Gloria patri et filio. Oremus. Fle
ctamus genua leuate. Collecta.
PReſta q̄s omnipotēs deus
vt qui ſe affligēdo carnem
ab alimentis abſtinent: ſectando
iuſticiam a culpa ieiunent. Per.
¶ Lectio danielis prophete. xiij.
IN diebus illis. Erat vir in
babylone: et nomē eius io-
achim. Et accepit vxorem nomi-
ne ſuſannam filiam helchie: pul
chram nimis/ et timentem domi
nū. Parētes enim illius cū eſſent
iuſti: erudierūt filiam ſuam ſecū
dum legem moyſi. Erat autē ioa
chim diues valde: et erat ei pome
rium vicinū domui ſue: et ad ip-
ſum confluebant iudei: eo q̄ eſſet
honorabilior omniū. Et conſtitu
ti ſunt duo ſenes iudices in anno
illo: de quibus locutus eſt domi-
nus. quia egreſſa eſt iniquitas de
babylone a ſenioribus iudicibus
qui videbantur regere populum
Iſti frequētabāt domū ioachim
et veniebant ad eos oēs qui habe
bant iudicia Cum autē populus
reuertiſſet per meridiē: ingredie-
batur ſuſanna: et deambulabat
in pomerio viri ſui. Et videbant
eam ſenes quotidie ingrediētem
et deambulantē: et exarſerunt in
concupiſcentiā eius. Et euerterūt
ſenſum ſuū: et declinauerunt ocu
los ſuos: vt non viderent celū/ ne
q̄ recordarentur iudiciorū iuſto-
rum. Factū eſt autem cum obſer
uarēt diem aptū: ingreſſa eſt ali-
quando ſicut heri et nudiuſterti-
us/ cum duabus ſolis puellis: vo
luitq̄ lauari in pomerio. Eſtus
quippe erat. Et non erat ibi quiſ-
q̄: preter duos ſenes abſconditos
contemplantes eam. Dixit ergo
puellis. Afferte michi oleū et ſmi
gmata: et oſtia pomerij claudite
vt lauer. Cum autē egreſſe eſſent
puelle: ſurrexerunt duo ſenes/ et
accurrerunt ad eam et dixerunt.
Ecce oſtia pomerij clauſa ſunt: et
nemo nos videt/ et in cōcupiſcen-
tia tui ſumus. Quāobrem aſſen-
tire nobis: et commiſcere nobiſcū
Quod ſi nolueris/ dicemus teſti-
monium cōtra te: q̄ fuerit tecum
iuuenis: et ob hāc cauſam emiſe
ris puellas a te. Ingemuit ſuſā-
na et ait Anguſtie michi ſunt vn
diq̄ Si enim hoc egero/ mors mi
chi eſt. Si autem non egero: non
effugiam manus veſtras. Sed
melius michi eſt abſq̄ opere inci-
dere in manus veſtras: q̄ pecca-
re in conſpectu domini. Et exla-
mauit voce magna ſuſanna: ex-
clamauerunt autem et ſenes ad-
uerſus eam. Cum autem audiſ-
ſent clamorē in pomerio famuli
domus: irruerunt per poſticum/
vt viderent quidnam hoc eſſet.
Poſtq̄ autē ſenes locuti ſunt eru
buerūt ſerui vehemēter: q̄a nūq̄
dictus fuerat ſermo huiuſcemo-
di de ſuſāna. Et facta eſt dies cra-
ſtina. Cumq̄ veniſſet populus ad
virum eius ioachim: venerunt et
duo presbyteri pleni iniqua cogi-
tatione aduerſum ſuſannam/ vt
interficerent eam. Et dixerūt co-
ram populo Mittite ad ſuſannā
filiam helchie/ vxorem ioachim.
Et ſtatim miſerūt. Et venit cum
parentibus et filijs: et vniuerſis

cognatis ſuis. Flebāt igitur ſui: et omnes qui nouerant eam. Cōſurgentes autē duo preſbyteri in medio populi: poſuerūt manus ſuas ſuper caput eius. Que flens ſuſperit ad celum. Erat autē cor eius/ fiduciā habens in domino. Et dixerunt preſbyteri. Cum deambularemus in pomerio ſoli: ingreſſa eſt hec cum duabus puellis: et clauſit hoſtia pomerij / et dimiſit a ſe puellas Venitqꝫ ad eam adoleſcens qui erat abſconditus: et concubuit cum ea. Porro nos cum eſſemus in angulo pomerij: videntes iniquitatē/ cucurrimus ad eos: et vidimus eos pariter cōmiſceri. Et illum quidem non quiuimus cōprehendere: qa fortior nobis erat Et aperto oſtio exiliuit. Hanc autē cum apprehēdiſſemus: interrogauimus quiſnam eſſet adoleſcens/ et noluit indicare nobis. Huius rei teſtes ſumus Credidit eis multitudo quaſi ſenioribus populi et iudicibus et condēnauerunt eam ad mortē Exclamauit autem voce magna ſuſāna: et dixit. Deus eterne qui abſconditorū es cognitor: qui noſti omnia anteqꝫ fiant: tu ſcis quoniā falſum contra me tulerunt teſtimoniū. Et ecce morior: cum nichil horum fecerim/ que iſti maliciose compoſuerūt aduerſum me Exaudiuit autem dn̄s vocē eius Cumqꝫ duceretur ad mortē: ſuſcitauit deus ſpiritū pueri iunioris cui nomē daniel. Et exclamauit voce magna. Mundus ego ſum a ſanguine huius. Et conuerſus omnis ppl̄s ad eum: dixit. Quis eſt iſte ſermo quem tu locutus es Qui cum ſtaret in medio eorum/ ait. Sic fatui filij iſrael non iudicantes: neqꝫ quod verū eſt cognoſcentes/ condēnaſtis filiam iſrael Reuertimini ad iudiciū: quia falſum teſtimoniū locuti ſūt aduerſus eam. Reuerſus eſt ergo populus cum feſtinatione / et dixit ad eos daniel Separate eos ab inuicem procul: et diiudicabo eos. Cū ergo diuiſi eſſent alter ab altero: vocauit vnū de eis: et dixit ad eū. Inueterate dierum malorū: nūc venerunt peccata tua que operaberis prius / iudicans iudicia iniuſta: innocentes opprimens / et dimittens noxios/ dicente domīo innocentem et iuſtum non interficies. Nunc ergo ſi vidiſti eam: dic ſub qua arbore videris eos colloquentes ſibi? Qui ait. Sub cyno. Dixit autē daniel. Recte mentitus es in caput tuum. Ecce enī angelus domini accepta ſententia ab eo / ſcindet te medium. Et amoto eo/ iuſſit venire alium: et dixit ei. Semen chanaan et non iuda/ ſpecies decepit te: et concupiſcentia ſubuertit cor tuū. Sic faciebatis filiabus iſrael: et ille timentes loquebantur vobis: ſed non filia iuda ſuſtinuit iniquitatem veſtram. Nunc ergo dic mihi ſub qua arbore cōprehenderis eos loquētes ſibi? Qui ait. Sub prino. Dixit autē ei daniel. Recte mentitus es/ et tu in caput tuum Manet enim angelus dn̄i gladium habens: vt ſecet te mediū: et interficiat vos. Exclamauit itaqꝫ omnis cetus voce magna: et be-

nedixerunt deum: qui ſaluat ſpe
rantes in ſe. Et conſurrexerũt ad
uerſus duos preſbyteros: conui=
cerat enim eos daniel ex ore ſuo /
falſum dixiſſe teſtimoniũ. Fece=
runtq; eis ſicut male egerant ad=
uerſus proximũ: et interfecerunt
eos. Et ſaluatus eſt ſanguis in=
noxius: in die illa. Grad. Si am
bulem in medio vmbre mortis: non
timebo mala quoniam tu mecum es
domine. ℣. Uirga tua et baculus
tuus: ipſa me conſolata ſunt.

¶ Secundũ Johannem. viij.



In illo tpe Perrexit
ieſus in mõtem
oliueti: et dilucu
lo iterum venit
in templum. Et
omnis populus
venit ad eum: et
ſedens docebat
eos. Adducunt autẽ ſcribe et pha
riſei mulierẽ in adulterio depre=
henſam: et ſtatuerunt eam in me
dio / et dixerunt ei. Magiſter / hec
mulier modo deprehẽſa eſt in ad
ulterio. In lege autem: moyſes
mandauit nobis / huiuſmodi la=
pidare. Tu ergo quid dicis? Hoc
autem dicebãt temptantes eum:
vt poſſẽt accuſare eum. Jeſus au
tem inclinans ſe deorſum: digito
ſcribebat in terram. Cum autem
perſeuerarent interrogantes eũ:
erexit ſe / et dixit eis. Qui ſine pec=
cato eſt veſtrum / primus in illam
lapidem mittat. Et iterum ſe in=
clinans: ſcribebat in terram. Au
diẽtes autem hec: vnus poſt vnũ
exibant incipientes a ſenioribus.
Et remanſit ſolus ieſus: et muli=
er in medio ſtans. Erigens autẽ
ſe ieſus dixit ei. Mulier: vbi ſunt
qui te accuſabant? Nemo te con=
demnauit? Que dixit. Nemo do=
mine. Dixit autem ei ieſus. Nec
ego te cõdemnabo. Uade / et iam
amplius noli peccare. Offer. Gre
ſus meos dirige domine ſeundũ elo=
quium tuum vt non dominetur mei
omnis iniuſticia domine. Secreta.

Concede q̃ſumus omnipo=
tens deus: vt huius ſacrifi
cij munus oblatum: fragilitatẽ
noſtrã ab omni malo purget ſẽ
per et muniat. Per dominũ. Pre
fatio. Qui corporali ieiunio. Cõio
Nemo te condemnauit mulier: ne=
mo domine: nec ego te condemnabo
iam amplius noli peccare. Cõplẽda

Queſumus omnipotẽs de=
us: vt inter eius membra
numeremur: cuius corpori com=
municauimus et ſanguini. Qui
tecum. Super populũ. Oremus
Hũiliate capita veſtra deo. Colla

Pretende domie fidelibus
tuis dexteram celeſtis au=
xilij: vt te toto corde perquirant /
et que digne poſtulant conſequi
mereantur. Per dominũ noſtrũ.

¶ Dñica iiij. xl. Introitus.

Letare hieruſalẽ /
et conuentũ facite
omnes qui diligi
tis eam: gaudete
cum leticia / qui in
triſticia fuiſtis: vt
exultetis et ſatiemini ab vberib⁹
conſolationis veſtre. Ps. Letatus
ſum in his que dicta ſunt mihi: in do
mum domini ibimus. Gloria patri

CONcede q̄ſumus) Collecta omnipotēs deus: vt qui ex merito noſtre actiōis affligimur tue gratie cōſolatione reſpirem⁹. Per do. ¶ Ad galathas. iiij.

FRatres. Scriptū eſt quoniam abraham duos filios habuit: vnū de ancilla / et vnū de libera. Sed qui de ancilla ſecūdum carnem natus eſt. Qui autē de libera / per repromiſſionē que ſunt per allegoriā dicta Hec enim ſunt duo teſtamenta. Unum quidem in monte ſyna: in ſeruitutē generans: que eſt agar. Syna enim mons eſt in arabia / qui coniunctus eſt ei que nunc eſt hieruſalem: et ſeruit cum filijs ſuis. Illa autem que ſurſum eſt hieruſalem libera eſt / que eſt mater nr̄a. Scriptū eſt enim. Letare ſterilis que nō paris: erūpe et clama que non parturis: q̄a multi filij deſerte magis q̄ eius que habet virū. Nos autem fratres ſecundū iſaac promiſſionis filij ſumus Sed quomodo tunc is qui ſecundum carnem natus fuerat: perſequebatur eum qui ſecundū ſpiritum Ita et nunc. Sed quid dicit ſcriptura? Eijce ancillam et filiū eius Non enim erit heres filius ancille: cum filio libere. Itaq̧ fratres: non ſumus ancille filij: ſed libere. Qua libertate: chriſtus nos liberauit. Grad. Letatus ſum in his que dicta ſunt michi: in domum domini ibimus. ℣ Fiat pax in virtute tua: et habundantia in turribus tuis.

Tractus.

QUi confidunt in domino / ſicut mons ſyon non commouebitur in eternū / qui habitat in hieruſalem. ℣. Mōtes in circuitu eius et dominus in circuitu populi ſui / ex hoc nunc et vſq̧ in ſeculum.

¶ Secundū Johannem. vj.



IN illo tēpore. Abiit ieſus trās mare galilee: quod eſt tyberiadis. Et ſeq̄batur eū multitudo magna: quia videbant ſigna que faciebat ſuper his qui infirmabātur. Subijt ergo in montem ieſus: et ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. Erat autem proximum paſcha: dies feſtus iudeorum. Cum ſubleuaſſet ergo oculos ieſus: et vidiſſet / quia mľtitudo maxima venit ad eum: dixit ad philippū. Unde ememus panes vt manducent hij? Hoc autem dicebat temptans eū Ipſe enim ſciebat: quid eſſet facturus. Reſpondit ei philippus. Ducentorū denariorum panes non ſufficiunt eis: vt vnuſquiſq̧ modicum q̄d accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis eius: andreas frater ſymonis petri. Eſt puer vnus hic / qui habet quinq̧ panes ordeaceos: et duos piſces. Sed hec quid ſunt inter tantos? Dixit ergo ieſus. Facite homīes diſcumbere. Erat autem fenum multum in loco. Diſcubuerūt ergo viri: numero quaſi quinq̧ milia. Accepit ergo ieſus panes: et cum gratias egiſſet / diſtribuit diſcumbētibus. Similiter et ex piſcibus: quantū volebāt. Ut autē

impleti ſunt: dixit diſcipulis ſu-
is. Colligite que ſuperauerũt fra
gmenta: ne pereant. Collegerũt
ergo: et impleuerunt duodecim
cophinos fragmentorũ / ex quin-
qꝫ panibus ordeaceis / et duobus
piſcibus: qui ſuperfuerũt his qui
manducauerant. Illi ergo homi
nes cum vidiſſent quod fecerat ſi
gnum / dicebant. Quia hic eſt ve-
re propheta: qui venturus eſt in
mundum. Offr. Laudate domi
num quia benignus eſt / pſallite no-
mini eius quoniam ſuauis eſt: om-
nia quecunqꝫ voluit / fecit in celo et in
terra. Secreta.

SAcrificiis preſentibus do-
mine q̃ſumus intende pla
catus: vt et deuotioni noſtre pro-
ficiant et ſaluti. Per. Cõio. Hie-
ruſalem que edificatur vt ciuitas: cu
ius participatio eius in idipſum. il-
luc enim aſcenderunt tribus tribus
domini: ad confitendum nomini tuo
domine. Complenda.

DA nobis miſericors deus:
vt ſãcta tua quibus inceſ-
ſanter explemur: ſinceris tracte-
mus obſequiis: et fideli ſẽper mẽ
te ſumamus. Per dñm noſtrum

Feria ij. poſt Letare. Introi.

DEus in nomĩe tuo ſal
uũ me fac / et in virtu-
te tua iudica me deus
exaudi orationẽ meã
ps. Quoniam alieni in
ſurrexerũt in me: et fortes queſierunt
animam meam. Oremus. Flecta-
mus genua leuate. Collecta.

PReſta q̃s omnipotẽs deus
vt obſeruatiões ſacras an
nua deuotione recolentes: et cor-
pore tibi placeamus et mẽte. Per

Lectio libri Regum. iij. tertio

IN diebus illis. Venerunt
due mlĩeres meretrices ad
regem ſalomonem: ſteterũtqꝫ co-
ram eo. Quarũ vna ait. Obſecro
mi domine: ego et mulier hec ha-
bitabamus in domo vna: et pepe
ri apud eam in cubiculo. Tertia
vero die poſtq̃ ego peperi peperit
et hec. Et eramus ſimul / nulluſ-
qꝫ alius in domo nobiſcum: exce-
ptis nobis duabus. Mortuus eſt
autem filius mulieris huius no-
cte: dormiens quippe oppreſſit eũ
Et conſurgẽs in tempeſte noctis
ſilentio: tulit filium meum de la-
tere meo ancille tue dormientis:
et collocauit in ſinu ſuo. Suum
autem filium qui erat mortuus:
poſuit in ſinu meo. Cumqꝫ ſurre-
xiſſem mane vt darẽ lac filio meo
apparuit mortuus. Quem dili-
gentius intuens clara luce: depre
hendi nõ eſſe meum quem genue
ram. Reſponditqꝫ altera mulier.
Non eſt ita: ſed filius tuus mor-
tuus eſt / meus antem viuit. Ecõ
trario illa dicebat. Mentiris. Fi
lius quippe meus viuit: et filius
tuus mortuus eſt. Atqꝫ in hunc
modum contendebant coram re
ge. Tunc rex ait. Hec dicit filius
meus viuit / et filius tuus mortu
us eſt: et iſta reſpõdit non: ſed fili
us tuus mortuus eſt / meus autẽ
viuit. Dixit ergo rex. Afferte mi
chi gladium. Cumqꝫ attuliſſent
gladium coram rege / ait. Diuidi
te inquit infantem viuum in du
as partes: et date dimidiam par-
tem vni / et dimidiã partem alte-

xi. Dixit autem mulier cuius fili
us erat viuus ad regem (Cōmo=
ta ſunt quippe viſcera eius ſup fi
lio ſuo) Obſecro dñe: date illi in=
fantem viuū / et nolite interfice=
re eum. Econtrario illa dicebāt.
Nec michi nec tibi ſit: ſed diuida
tur. Reſpondit rex / et ait. Date
huic infantē viuum / et non occi=
datur. Hec eſt enī mater eius. Au
diuit itaqꝫ omnis iſrael iudiciū
quod iudicaſſet rex: ⁊ timuerunt
regē: videntes ſapientiā dei eſſe
in eo: ad faciendū iudicium. Gr.
Eſto mihi in deum ꝓtectoꝛē: ⁊ in
locum refugii: vt ſaluum me facias.
℣. Deus in te ſperaui: domie non cō
fundar in eternum. Tractus.
Domie nō ſecūdū peccata no=
ſtra facias nobis: neqꝫ ſecun
dū iniquitates noſtras retribuas no
bis. ℣. Dñe ne memineris iniquita=
tum noſtrarū antiquarū: cito antici
pent nos mīe tue / quia pauperes fa=
cti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos de
us ſalutaris noſter: ⁊ ꝓpter gloꝛiā
nōis tui dñe libera nos / et ꝓpicius
eſto peccatis noſtris ꝓpter nomen
tuum. Secūdum Johannem. ij.



In illo tpe
Prope e=
rat paſca iudeo
rum: et aſcēdit
ieſus hieroſoly
mā. Et inuenit
in templo ven=
dentes boues / ⁊
oues / ⁊ colūbas
et nūmularios ſedentes. Et cum
feciſſet quaſi flagellū de funicu=
lis: omnes eiecit de tēplo. Oues
quoqꝫ et boues / et nūmularioꝛū
effudit es: et menſas ſubuertit.
Et his qui colūbas vendebāt / di=
xit. Auferte iſta hinc: et nolite fa
cere domū patris mei / domū ne=
gociatiōis. Recoꝛdati vero ſunt
diſcipuli eius: quia ſcriptū eſt / ze
lus domus tue comedit me. Re=
ſponderūt ergo iudei et dixerūt
ei Quod ſignum oſtendis nobis
quia hec facis? Reſpōdit ieſus et
dixit eis. Soluite templū hoc: et
in tribus diebus excitabo illud.
Dixerunt ergo iudei. Quadꝛa=
ginta et ſex annis edificatum eſt
templum hoc: ⁊ tu in tribus die=
bus excitabis illud? Ille autē di=
cebat de templo coꝛpoꝛis ſui. Cū
ergo reſurrexiſſet a moꝛtuis: re=
coꝛdati ſunt diſcipuli eius / quia
hoc dicebat. Et crediderunt ſcri=
ꝑture / et ſermoni quem dixit ie=
ſus. Cum autem eſſet hieroſoly=
mis in paſcha in die feſto / multi
crediderūt in nomine eius: vidē=
tes ſigna eius que faciebat. Ipſe
autē ieſus non credebat ſemetip
ſum eis: eo ꝙ ipſe noſſet oēs. Et
quia opus ei non erat / vt quis te
ſtimoniū ꝑhiberet de hoīe. Ipſe
enī ſciebat quid eſſet ī hoīe. Offr.
Iubilate deo omnis terra: iubilate
deo omnis terra: ſeruite dño ī leticia
intrate in cōſpectu eius in exultatiōe
quia dominus ipſe eſt deus Secre.
Oblatum tibi dñe ſacrifici=
um / viuificet nos ſemper ⁊
muniat. Per dñm. Pꝛefa. Qui
coꝛpoꝛali ieiunio. Coīo. Ab oc=
cultis meis munda me domine: ⁊ ab
alienis parce ſeruo tuo. Cōplenda.
Sumptis dñe ſalutaribus
ſacramentis: ad redēptio=

nis eterne queſumus ꝓficiamus
augmentum. Per dominũ. Su-
per populũ. Oremus. Humilia-
te capita veſtra deo. Oratio.
Deprecationē noſtrā que-
ſumus domine benignus
exaudi: et quibus ſupplicādi pre-
ſtas affectum: tribue defenſiōis
auxilium. Per. ¶ Feria.iij.poſt
Letare. Ad miſſam. Introitus.
Exaudi deus orationē
meam / et ne deſpexe-
ris deprecationē me-
am: intende in me / et
exaudi me. Ps. Contri
ſtatus ſum in exercitatiōe mea: et cō-
turbatus ſum a voce inimici / et a tri
bulatione peccatoris. Collecta.
Sacre nobis queſumus do
mine obſeruationis ieiu-
nia: et pie cōuerſationis augmē-
tum: et tue propiciationis conti-
nuum preſtent auxiliũ. Per do.
Lectio libri Exodi. xxxij.
In diebus illis. Locut⁹ eſt
dominus ad moyſen dicēs
Deſcende de monte: quia pecca-
uit populus tuus: quem eduxiſti
de terra egypti. Receſſerunt cito
de via quam oſtendiſti eis. Fece-
runtq́ ſibi vitulum conflatilem /
et adorauerunt: atq́ immolātes
ei hoſtias dixerūt. Iſti ſūt dij tui
iſrael: qui te eduxerunt de terra
egypti. Rurſūq́ ait dñs ad moy
ſen. Cerno ꝙ populus iſte dure
ceruicis ſit: dimitte me vt iraſca
tur furor meus contra eos: et de
leam eos / faciāq́ te in gentē ma-
gnam. Moyſes aūt orabat dñm
deū ſuum dicēs. Cur dñe iraſcit
furor tuus contra populū tuum
quem eduxiſti de terra egypti / in
fortitudine magna: et manu ro-
buſta? Ne queſo dicant egyptij:
callide eduxit eos / vt interficeret
in montibus / et deleret e terra.
Quieſcat ira tua: et eſto placabi
lis ſuper nequitia populi tui. Re
cordare abraham / et iſaac / et iſra
el / ſeruorum tuorum: quibus iu-
raſti per temetipſū dicens. Mul
tiplicabo ſemen veſtrū ſicut ſtel-
las celi: et vniuerſam terrā hanc
de qua locutus ſum dabo ſemini
veſtro: et poſſidebitis eam ſemꝑ.
Placatuſq́ eſt dñs ne faceret ma
lum quod locutus fuerat aduer-
ſus populum ſuum. Et miſertus
eſt populo ſuo: dñs deus noſter.
Gr. Exurge dñe fer opem nobis:
et libera nos propter nomen tuū. V.
Deus aurib⁹ noſtris audiuim⁹: pa-
tres noſtri ānūciauerūt nobis: opus
quod operat⁹ es in diebus eorū: et in
dieb⁹ antiquis. Scdm iohēm. vij.



In illo tē-
pore. Iam
die feſto mediā-
te: aſcēdit ieſus
in templū / et do
cebat. Et mira-
bantur iudei di
centes. Quomo
do hic litteras
ſcit: cum non didiſcerit? Reſpon
dit eis ieſus: et dixit. Mea doctri
na non eſt mea: ſed eius qui mi-
ſit me. Si quis voluerit volun-
tatem eius facere: cognoſcet de
doctrina / vtrum ex deo ſit: an e-
go a meipſo loquar. Qui a ſemet
ipſo loquitur: gloriam propri-
am querit. Qui autem querit glo

riam eius qui miſit illum: hic ve
rax eſt/et iniuſticia in illo nõ eſt.
Nonne moyſes dedit vobis legẽ
Et nemo ex vobis facit legem.
Quid me queritis iterficere? Re=
ſpõdit turba/et dixit. Demoniũ
habes. Quis te querit interfice=
re? Reſpondit ieſus: et dixit eis.
Unum opus feci/et omnes mira
mini. Propterea moyſes dedit
vobis circuncisionem. non quia
ex moyſe eſt / ſed ex patribus. Et
in ſabbato circunciditis hominẽ
Si circũciſionem accipit homo
in ſabbato / vt non ſoluatur lex
moyſi: michi indignamini: quia
totum hominem ſaluum feci in
ſabbato. Nolite iudicare ſecũdũ
faciem: ſed iuſtum iudicium iu=
dicate. Dicebãt ergo quidam ex
hieroſolimis. Nonne hic eſt quẽ
querũt iudei interficere? Ecce pa
lam loquitur et nichil ei dicunt.
Nunquid vere cognouerũt prin
cipes: quia hic eſt chriſtus? Sed
hũc ſcimus vnde ſit. Chriſtus au
tem cum venerit: nemo ſcit vnde
ſit. Clamabat ergo docens in tẽ=
plo ieſus/et dicens. Et me ſcitis/
et vnde ſim ſcitis: et a meipſo nõ
veni: ſed eſt verus qui miſit me/
quem vos neſcitis. Ego aũt ſcio
eum. Et ſi dixero neſcio eum: ſi=
milis ero vobis mẽdax Sed ſcio
eum: quia ab ipſo ſum: ⁊ ipſe me
miſit. Querebant ergo eum ap=
prehendere: et nemo miſit in illũ
manus: quia nondum venerat
hora eius. De turba autem: mul
ti crediderũt in eum. Offr. Ex=
pectans expectaui dñm / et reſpexit
me/⁊ exaudiuit deprecationem meã

et immiſit in os meum canticum no=
uum hymnũ deo noſtro. Secreta.
HEc hoſtia domine queſu=
mus emundet noſtra deli=
cta: et ad ſacrificiũ celebrandum
ſubditorũ tibi corpora menteſq;
ſanctificet. Per dominũ. Prefa=
tio. Qui corporali ieiunio. Coĩo
Letabitur in ſalutari tuo: et in no=
mine dñi dei noſtri magnificabimur
HUius nos domĩe Cõplen.
perceptio ſacramẽti mun=
det a crimine: ⁊ ad celeſtia regna
perducat. Per dominũ. Super
populũ. Oremus. Humiliate ca=
pita veſtra deo. Collecta.
MIſerere dñe populo tuo:
et continuis tribulationi
bus laborantem propicius reſpi
rare concede. Per dominum no
ſtrum ieſum. ¶ Feria.iiij. poſt
Letare. Ad miſſam. Introitus.
CUm ſanctificatus fue=
ro in vobis: cõgrega
bo vos de vniuerſis
terris/⁊ effundam ſu
per vos aquam mun
dam: et mundabimini ab omni=
bus inquinamẽtis veſtris/ et da=
bo vobis ſpiritum nouũ. Ps. Be
nedicam dominum in omni tempo=
re: ſemper laus eius in ore meo. Glo
ria patri. Sine Dñs vobiſcũ Ore
mus Flectamus genua. Colla.
DEus qui et iuſtis premia
meritorum: et peccatori=
bus per ieiunium veniam prebes
miſerere ſupplicibus/parce pec=
cantibus: vt reatus noſtri con=
feſſio/indulgentiam valeat per=
cipere delictorum. Per dominũ
noſtrum ieſum chriſtum filium.

Lectio ezechielis pphete. xxxvi.
HEc dicit dñs deus. Sancti
ficabo nomen meum ma-
gnum: vt ſciant gentes quia ego
dñs/ cum ſanctificat⁹ fuero in vo
bis coꝛam eis. Tollam quippe
vos de gentibus: et congregabo
vos de vniuerſis terris: et addu-
cam vos in terram veſtram. Et
effundã ſuper vos aquam mun-
dam: et mũdabimini ab omnib⁹
inquinamẽtis veſtris: et ab vni-
uerſis idolis veſtris/ mundabo
vos. Et dabo vobis coꝛ nouum:
et ſpiritũ nouum ponam in me-
dio veſtri. Et auferã coꝛ lapideũ
de carne veſtra: ⁊ dabo vobis coꝛ
carneũ: et ſpiritũ meum ponam
in medio veſtri. Et faciã vt in pꝛe
ceptis meis ambuletis: et iudi-
cia mea cuſtodiatis ⁊ operemini
Et habitabitis in terra quã ego
dedi patrib⁹ veſtris: et eritis mi-
chi in populum: et ego ero vobis
in deum. Dicit dñs omnipotẽs.
Gr. Venite filii audite me: timoꝛẽ
domini docebo vos. V. Accedite ad
eum et illuminamini: et facies veſtre
non confundẽtur. Dñs vobiſcum
Oꝛemus. Flectamus ge. Colla.
PReſta queſumus omnipo
tens deus/ vt quos ieiunia
votiua caſtigant: ipſa quoqꝫ de-
uotio ſancta letificet: vt terrenis
affectibus mitigatis: facilius ce-
leſtia capiamus Per dominum.
¶ Lectio Iſaie pꝛophete. i.
HEc dicit dñs deus. Laua-
mini/ mũdi eſtote: auferte
malum cogitationũ veſtrarũ ab
oculis meis. Quieſcite agere per
uerſe/ diſcite benefacere. Queri-
te iudiciũ/ ſubuenite oppꝛeſſo: iu
dicate pupillo/ defendite viduã:
et venite et arguite me dicit dñs.
Si fuerint peccata veſtra vt coc
cinum: quaſi nix dealbabuntur.
Et ſi fuerĩt rubꝛa quaſi vermicu
lus velut lana alba erunt. Si vo
lueritis et audieritis me: bona
terre comedetis. Dicit dominus
oĩpotens. Gr. Beata gens cuius
eſt dñs deus eoꝛum: populus quem
elegit dñs in hereditatẽ ſibi. V. Ver
bo domini celi firmati ſunt: et ſpiritu
oꝛis eius oĩs virtus eoꝛum. Tract⁹
DOmĩe nõ ſecũdũ peccata no-
ſtra facias nobis: neqꝫ ſecun
dũ iniquitates noſtras retribuas no
bis. V. Dñe ne memineris iniquita-
tum noſtrarũ antiquarũ: cito antici-
pent nos mĩe tue/ quia pauperes fa-
cti ſumus nimis. V. Adiuua nos de
us ſalutaris noſter: ⁊ pꝛopter gloꝛiã
noĩs tui dñe libera nos/ et pꝛopicius
eſto peccatis noſtris/ pꝛopter nomen
tuum. Secundum Iohannẽ. ix.



IN illo tẽ
poꝛe. Pꝛe
teriens ieſus vi-
dit hominem ce
cum a natiuita-
te Et interroga
uerunt eum di-
ſcipli eius. Rab
bi: quis pecca-
uit. hic aut parẽtes eius: vt cecus
naſceref? Reſpondit ieſus. Neqꝫ
hic peccauit/ neqꝫ parentes eius:
ſed vt manifeſtẽtur opera dei in
illo. Me opoꝛtet operari opera
eius qui miſit me: donec dies eſt.
Venit nox: quando nemo poteſt
operari. Quamdiu ſum in mun

do: lux ſum mundi. Hec cum di=
xiſſet/ expuit in terrã: et fecit lu=
tum ex ſputo et liniuit lutum ſu=
per oculos eius: et dixit ei. Uade
et laua in natatoꝛia ſyloe: quod
interpꝛetatur miſſus Abijt ergo
et lauit: et venit videns. Itaqꝫ vi
cini et qui viderãt eũ pꝛius quia
mendicus erat: dicebant. Non=
ne hic eſt qui ſedebat/ et mendica
bat? Alij dicebãt/ quia hic eſt: alij
autem nequaq̃: ſed ſimilis eius
eſt. Ille vero dicebat/ quia ego ſũ
Dicebant ergo ei. Quomõ aper=
ti ſunt tibi oculi? Reſpondit. Il=
le homo qui dicitur ieſus: lutum
fecit/ et vnxit oculos meos/ et di=
xit michi. Uade ad natatoꝛia ſy=
loe et laua. Et abij/ et laui/ et vi=
deo. Et dixerunt ei. Ubi eſt ille?
Ait. Neſcio. Adducunt eum ad
phariſeos qui cecus fuerat. Erat
autem ſabbatum quãdo lutum
fecit ieſus: et aperuit oculos eius
Iterum ergo interrogabãt eum
phariſei quomodo vidiſſet. Ille
autem dixit eis. Lutum poſuit
michi ſuper oculos: et laui/ et vi=
deo. Dicebant ergo ex phariſeis
quidam. Non eſt hic homo a deo
qui ſabbatum non cuſtodit. Alij
dicebant. Quomodo poteſt ho=
mo peccatoꝛ hec ſigna facere? Et
ſciſma erat inter eos. Dicunt er=
go ceco iterum Tu quid dicis de
illo/ qui aperuit oculos tuos? Il
le autem dixit: quia pꝛopheta eſt
Non crediderũt ergo iudei de il=
lo quia cecus fuiſſet ⁊ vidiſſet: do
nec vocauerũt parentes eius qui
viderat/ et interrogauerunt eos
dicentes. Hic eſt filius veſter quẽ
vos dicitis quia cecus natus eſt.
Quomodo ergo nunc videt? Re
ſponderunt eis parentes eius/ et
dixerunt. Scimus quia hic eſt fi
lius noſter: et quia cecus natus
eſt. Quomodo autem nunc vide=
at neſcimus: aut quis eius ape=
ruit oculos/ nos neſcimus. Ipſũ
interrogate: etatem habet/ ipſe
de ſe loquatur. Hec dixerunt pa=
rentes eius: quia timebant iude=
os. Iam enim conſpirauerãt iu=
dei: vt ſi quis eum confiteret̃ eſſe
chꝛiſtum/ extra ſynagogã fieret.
Pꝛopterea parẽtes eius dixerũt:
quia etatem habet/ ipſum inter=
rogate. Uocauerunt ergo rurſũ
hominem qui fuerat cecus: et di=
xerunt ei. Da gloꝛiam deo. Nos
ſcimus quia hic homo peccatoꝛ
eſt. Dixit ergo eis ille. Si pecca=
toꝛ eſt/ neſcio. Unum ſcio: quia
cũ cecus eſſem/ modo video. Di=
xerunt ergo illi. Quid fecit tibi?
Quomodo aperuit tibi oculos?
Reſpondit eis. Dixi vobis iam/
et audiſtis: quid iterum vultis
audire? Nunquid et vos vultis
diſcipli eius fieri? Maledixerũt
ergo ei/ et dixerunt. Tu diſcipu=
lus illius ſis: nos autem moyſi
diſcipuli ſumus. Nos ſcimus/
quia moyſi locutus eſt deus Hũc
autem neſcimus vnde ſit. Reſpõ
dit ille homo/ et dixit eis. In hoc
enim mirabile eſt/ quia vos neſci
tis vnde ſit: et aperuit meos ocu
los. Scimus autem quia pecca=
toꝛes deus non audit: ſed ſi quis
dei cultoꝛ eſt/ et volũtatẽ eiꝰ facit
hũc exaudit. A ſeculo non eſt au=
ditũ: q̃a apuit quis oc̃los ceci na=

ti. Niſi eſſet hic a deo: non pote-
rat facere quicꝙ̃. Reſponderũt/
et dixerunt ei. In peccatis natus
es totus: et tu doces nos. Et eiece
rũt eũ foꝛas. Audiuit ieſus quia
eiecerunt eum foꝛas: et cum inue
niſſet eum / dixit ei. Tu credis in
filium dei? Reſpondit ille / et di-
xit. Quis eſt domine: vt credam
in eum? Et dixit ei ieſus. Et vidi-
ſti eum: et qui loquitur tecum / ip
ſe eſt. At ille ait. Credo domine.
Et pꝛocidens: adoꝛauit eũ. Offꝛ.
Benedicite gẽtes dominũ deum no
ſtrũ: et obedite voci laudis eius: qui
poſuit animã meam ad vitã / et non
dedit cõmoueri pedes meos: bñdictꝰ
dñs qui nõ amouit depꝛecationẽ me
am / et miam ſuam a me. Secreta.
Supplices te domine roga-
mus: vt his ſacrificijs pec-
cata noſtra mundent: quia tunc
veram nobis tribuis / et mentis
et coꝛpoꝛis ſanitatem. Per dñm.
Pꝛefatio. Qui coꝛpoꝛali ieiunio
Coio. Lutum fecit ex ſputo dñs:
et liniuit oculos meos: et abij et laui /
et vidi / et credidi deo. Cõplenda.
Sacramẽta que ſumpſimꝰ
queſumus domĩe deus no
ſter / et ſpiritalibus nos repleant
alimentis: et coꝛpoꝛalibus tuean
tur auxilijs. Per dñm noſtrum?
Super populum. Oꝛemus. Hu-
miliate capita veſtra deo. Orõ.
Pateãt aures miſericoꝛdie
tue domine pꝛecibus ſup-
plicantiũ: et vt petentibus deſi-
derata concedas / fac eos que tibi
ſunt placita poſtulare. Per dñm
noſtrum ieſum. ¶ Feria .v. poſt
Letare. Ad miſſam. Introitus.

Letetur coꝛ querentiũ
dñm / querite dñm et
cõfirmamini: queri-
te faciẽ eius ſemper.
Ps. Cõfitemini dño / et
inuocate nomẽ eius: annũciate inter
gentes opera eius. Gloꝛia pa. Oꝛe-
mus Flectamꝰ genua leua. Col.
Preſta queſumus oĩpotẽs
deus: vt quos ieiunia vo-
tiua caſtigant: ipſa quoꝗ deuo-
tio ſancta letificet: vt terrenis af
fectibus mitigatis: facilius cele-
ſtia capiamus. Per dñm noſtrũ
Lectio libꝛi Regum. iiij. iiij.
In diebus illis. Venit mu-
lier ſunamitis ad helyſeũ
pꝛophetã in mõtẽ carmeli. Cũꝗ
vidiſſet eam vir dei de cõtra: ait
ad giezi puerũ ſuũ. Ecce ſunami
tis illa. Vade ergo in occurſum
eius: et dic ei. Recte ne agitur cir
ca te: et circa virũ tuũ: et circa fi-
lium tuũ? Que reſpondit. Recte
Cunꝗ veniſſet ad virũ dei in mõ
tem: appꝛehendit pedes eius. Et
acceſſit giezi: vt amoueret eam.
Et ait homo dei. Dimitte illam:
anima enim eius in amaritudie
eſt: et dñs celauit a me / et nõ indi-
cauit michi. Que dixit illi. Nun-
quid petiui filiũ a domino meo?
Nunquid nõ dixi tibi ne illudas
me? Et ille ait ad giezi. Accinge
lũbos tuos: et tolle baculũ meũ
in manu tua / et vade. Si occur-
rerit tibi homo: non ſalutes eũ.
Et ſi ſalutauerit te quiſpiã: non
reſpõdeas illi. Et pones baculũ
meũ: ſuper faciem pueri. Poꝛro
mater pueri ait. Viuit dñs et vi-
uit anima tua: non dimittam te.

Surrexit ergo et ſecutus eſt eam
Giezi autē precesſerat ante eos/
et poſuerat baculū ſuper faciem
pueri: et nō erat vox neqꝫ ſenſus.
Reuerſuſqꝫ eſt giezi in occurſum
eius: et nūciauit ei dicens. Non
ſurrexit puer. Ingreſſus eſt ergo
heliſeus domū: et ecce puer mor-
tuus iacebat in lectulo eius. In-
greſſuſqꝫ clauſit oſtium ſuper ſe
et ſuper puerū: et orauit ad dn̄m.
Et aſcēdit et incubuit ſuper pue-
rum/ poſuitqꝫ os ſuum ſuper os
eius: ⁊ oculos ſuos ſuper oculos
eius: et manus ſuas ſuper manꝰ
eius. Et incuruauit ſe ſup eum:
et calefacta eſt caro pueri. At ille
reuerſus: deābulabat in domo
ſemel huc/ atqꝫ illuc. Et aſcendit
et incubuit ſuper eum: et oſcita-
uit puer ſepties/ aperuitqꝫ ocu-
los. Et ille vocauit giezi: et dixit
ei. Voca ſunamitē hanc. Que vo
cata: ingreſſa eſt ad eum. Qui ait
Tolle filiū tuū. Venit illa et cor-
ruit ad pedes eiꝰ: et adorauit ſup
terrā. Tulitqꝫ filiū ſuū: et egreſ-
ſa eſt. Et heliſeus: reuerſus eſt in
galgala. Gr. R. eſpice dn̄e in teſta
mētū tuū: et aīas pauperū tuorū ne
obliuiſcaris in finē. V. Exurge dn̄e ⁊
iudica cauſā tuā mēor eſto opprobrii
ſeruorū tuorū. Scd̄m iohannē. v.



In illo tē-
pore. Di-
xit ieſus turbis
iudeorum. Pa-
ter meꝰ vſqꝫ mo
do operatur: et
ego operor. Pro
pterea ergo ma
gis q̄rebant eū
iudei interficere: quia nō ſolum
ſoluebat ſabbatum: ſed et patrē
ſuum dicebat deum/ equalem ſe
faciens deo. Reſpondit itaqꝫ ie-
ſus: ⁊ dixit eis. Amen amen dico
vobis: non poteſt filius a ſe face-
re quicq̄: niſi quod viderit patrē
facientem. Quecūqꝫ enim ille fe-
cerit: hec et filius ſimiliter facit.
Pater enim diligit filium: et om
nia demonſtrat ei que ipſe facit.
Et maiora his demonſtrabit ei
opera: vt et vos miremini. Si-
cut enim pater ſuſcitat mortuos
et viuificat: ſic ⁊ filius quos vult
viuificat. Neqꝫ enim pater iudi-
cat quemq̄: ſed omne iudiciū de-
dit filio: vt omnes honorificēt fi-
lium: ſicut honorificant patrem.
Qui non honorificat filium: nō
honorificat patrem qui miſit il-
lum. Amen amen dico vobis: q̄a
qui verbum meum audit/ et cre-
dit ei qui miſit me: habet vitam
eternam. Et in iudicium non ve
nit: ſed trāſiet a morte in vitam.
Amen amen dico vobis: quia ve
nit hora et nunc eſt/ quādo mor-
tui audient vocem filij dei: ⁊ qui
audierint viuēt. Sicut enim pa-
ter habet vitam in ſemetipſo: ſic
dedit et filio vitam habere in ſe-
metipſo. Et poteſtatē dedit ei iu-
diciū facere: quia filius hoīs eſt.
Nolite mirari hoc: q̄a venit ho-
ra in qua oēs qui in monumētis
ſunt/ audiēt vocem eius. Et pre-
dent qui bona fecerunt/ in reſur-
rectionē vite: qui vero mala ege-
rūt/ ī reſurrectionē iudicij. Offr.
Dn̄e in auxiliū meū reſpice: cōfun-
dātur et reuereant̄ qui querūt aīam

meam: vt auferant eam. Secreta.

Purifica nos miſericors deus / vt eccleſie tue preces / que tibi grate ſunt pia munera deferentes: fiant expiatis mentibus gratiores. Per dominū. Prefatio. Qui corporali ieiu. Coio.

Domine memorabor iuſticie tue ſolius: deꝰ docuiſti me a iuuētute mea: et vſqꝫ in ſenectam et ſenium / deus ne derelinquas me. Complenda.

Celeſtia dona capientibus queſumus domie / non ad iudiciū puenire patiaris: quod fidelibus tuis / ad remediū prouidiſti. Per. Super populū. Oremus. Humiliate capita veſtrā deo.

Populi tui deus inſtitutor et rector / peccata quibꝰ impugnatur expelle: vt et ſemper tibi placitus: et tuo munimine ſit ſecurus. Per dominū noſtrū ieſum chriſtū. ¶ Feria. vi. poſt Letare. Ad miſſam. Introitus.

Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper: domine adiutor meus et redēptor meus. ps Celi enarrāt gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Gloria patri et filio et ſpiritui ſācto. Oremus. Flectamus genua Leua. Colla.

Deus qui ineffabilibꝰ mūdum renouas ſacramentis: preſta queſumus: vt eccleſia tua et eternis proficiat inſtitutis ⁊ temporalibus non deſtituatur auxilijs. Per dominū noſtrū ieſum. Lectio libri Regū. iij. xvij.

In diebus illis. Egrotauit filiꝰ mulieris matriſfamilias: et erat languor fortiſſimus ita vt non remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad heliam Quid michi et tibi vir dei? Ingreſſus es ad me / vt rememorarētur iniquitates mee: et interficeres filium meum. Et ait ad eam helias Da michi filium tuum. Tulitqꝫ eum de ſinu illius: et portauit in cenaculum vbi ipſe manebat: et poſuit ſuper lectulū ſuum / et clamauit ad dn̄m / et dixit. Domine deus meus: etiam ne viduā apud quam ego vtcunqꝫ ſuſtentor afflixiſti: vt interficeres filium eius? Et expandit ſe atqꝫ menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus: clamauitqꝫ ad dn̄m / et ait. Domine deus meus: reuertatur oro anima pueri huius in viſcera eius. Et exaudiuit dominus vocem helye: et reuerſa eſt anima pueri intra eum / et reuixit. Tulitqꝫ helias puerum / ⁊ depoſuit eum de cenaculo in inferiorem domum: et tradidit matri ſue: et ait illi. En viuit filius tuus. Dixitqꝫ mulier ad helyam. Nunc in iſto cognoui quoniā vir dei es tu: et verbū dn̄i in ore tuo verū eſt. Gr. Bonū eſt cōfidere in dn̄o: ꝙ confidere in homine. ℣. Bonū eſt ſperare in dn̄o ꝙ ſperare in principibus. Tractus

Domine non ſecundum peccata noſtra facias nobis: neqꝫ ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipēt nos miſericordie tue: quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter gloriam nomi-

nis tui dñe libera nos/⁊ propiciꝰ eſto peccatis noſtris/ propter nomen tuū

Secundum Johannem. xi.



In illo tpe Erat quidam languens lazarꝰ a bethania: de caſtello marie et marthe ſororū eius. Maria aūt erat que vnxit dominum vnguento/et exterſit pedes eius capillis ſuis cuius frater lazarus infirmabatur. Miſerunt ergo ſorores eius ad eum/ dicentes. Domine: ecce quem amas infirmatur. Audiens autem ieſus: dixit eis. Infirmitas hec nō eſt ad mortem: ſed pro gloria dei: vt glorificetur filius dei per eam Diligebat autem ieſus marthā/ et ſororem eius mariam: et lazarum. Ut ergo audiuit/quia infirmabatur: tunc quidem māſit in eodem loco duobus diebus. Deinde poſt hec dicit diſcipulis ſuis Eamus in iudeā iterum. Dicunt ei diſcipuli. Rabbi: nunc querebant te iudei lapidare: et iterum vadis illuc? Reſpōdit ieſus. Nōne duodecī ſūt hore diei? Si quis ambulauerit in die/ nō offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte offendit: quia lux non eſt in eo. Hec ait: et poſt hec dicit eis. Lazarus amicus noſter dormit: ſed vado vt a ſomno excitem eum. Dixerūt ergo diſcipuli eius. Domine/ſi dormit: ſaluus erit. Dixerat autem ieſus de morte eius illi autē putauerunt/quia de dormitatione ſomni diceret. Tunc ergo dixit eis ieſꝰ manifeſte. Lazarus mortuus eſt: ⁊ gaudeo propter vos vt credatis: quoniā nō eram ibi. Sed eamus ad eū. Dixit ergo thomas qui dicitur didimus: ad condiſcipulos. Eamus et nos: vt moriamur cum eo. Uenit itaqꝫ ieſus: et inuenit eū quatuor dies iam in monumento habentē. Erat autē bethania iuxta hieroſolymā quaſi ſtadijs quindecim. Multi autem ex iudeis venerant ad martham et mariam/ vt conſolarent̄ eas de fratre ſuo Martha vero vt audiuit quia ieſus venit: occurrit illi Maria autē domi ſedebat. Dixit ergo martha ad ieſum. Domine: ſi fuiſſes hic: frater meus non fuiſſet mortuus. Sed et nunc ſcio: quia quecunqꝫ popoſceris a deo / dabit tibi deus. Dicit illi ieſus. Reſurget frater tuus. Dicit ei martha Scio: quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die. Dicit ei ieſus. Ego ſum reſurrectio et vita. Qui credit in me: etiā ſi mortuus fuerit viuet. Et omnis qui viuit et credit in me: non morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utiqꝫ domine. Ego credidi: quia tu es chriſtus filius dei viui qui in hunc mundum veniſti. Et cum hec dixiſſet: abijt/et vocauit mariam ſororem ſuam ſilentio/ dicens. Magiſter adeſt: et vocat te. Illa vt audiuit/ ſurrexit cito: et venit ad eum. Nondum enim venerat ieſꝰ in caſtellū: ſed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat

ei martha. Iudei igitur qui erāt
cum ea in domo ⁊ conſolabātur
eam: cum vidiſſēt mariam/ quia
cito ſurrexit et exijt: ſecuti ſunt
eam dicentes: quia vadit ad mo=
numentum vt ploꝛet ibi. Maria
ergo cum veniſſet vbi erat ieſus
videns eum cecidit ad pedes eius
et dixit ei. Domine/ ſi fuiſſes hic:
non eſſet moꝛtuus frater meus.
Jeſus ergo vt vidit eam ploꝛan=
tem/ et iudeos qui venerant cum
ea ploꝛantes: infremuit ſpiritu/
et turbauit ſeipſum: et dixit. Ubi
poſuiſtis eum? Dicunt ei. Domi
ne/ veni et vide. Et lacrimat⁹ eſt
ieſus. Dixerunt ergo iudei. Ecce
quomodo amabat eum. Quidā
autem ex ipſis dixerūt. Non po=
terat hic qui aperuit oculos ceci
nati: facere vt et hic non moꝛere=
tur. Jeſus ergo rurſum fremēs
in ſemetipſo: venit ad monumē=
tum. Erat autem ſpelunca: et la=
pis ſuperpoſitus erat ei. Ait ie=
ſus. Tollite lapidē. Dicit ei mar
tha ſoroꝛ eius qui moꝛtuus fue=
rat. Dn̄e/ iam fetet/ quatriduan⁹
enim eſt. Dicit ei ieſus. Nōne di=
xi tibi: quoniam ſi credideris/ vi
debis gloꝛiam dei? Tulerunt er=
go lapidem. Jeſus autē eleuatis
ſurſum oculis/ dixit. Pater gra=
tias ago tibi: quoniā audiſti me.
Ego autē ſciebam quia ſemper
me audis/ ſed pꝛopter populum
qui circūſtat dixi: vt credāt quia
tu me miſiſti. Hec cū dixiſſet: vo
ce magna clamauit. Lazare ve=
ni foꝛas. Et ſtatī pꝛodijt qui fue=
rat moꝛtuus: ligatus manus et
pedes inſtitis: et facies illius ſu=
dario erat ligata. Dicit eis ieſus
Soluite eū: et ſinite abire. Mul=
ti ergo ex iudeis qui venerāt ad
mariam et martham: et viderāt
que fecit ieſus: crediderunt in eū
Offr. Populum humilē ſaluū fa=
cies domine: et oculos ſuperboꝛum
humiliabis: quoniā quis deus pꝛe=
ter te domine. Secreta.
Munera nos queſumus do
mine oblata purificent: ⁊
te nobis iugiter faciant eſſe pla=
catum. Per dn̄m. Pꝛefatio. Qui
coꝛpoꝛali ieiu. Coio. Videns do
minus flentes ſoꝛoꝛes lazari ad mo=
numētum/ lachꝛimatus eſt coꝛam iu
deis et clamabat/ lazare veni foꝛas:
et pꝛodiit ligatis manibus et pedib⁹
qui fuerat quatriduanus moꝛtuus.
Et nos queſu= Cōplēda.
mus domine perceptio ſa
cramenti: et a pꝛopꝛijs reatibus
indeſinenter expediat: et ab om=
nibus tueaꝛ aduerſis. Per. Sup
populū. Oꝛem⁹ Humiliate capita.
Da queſumus omnipotēs
deus: vt qui infirmitatis
noſtre conſcij de tua virtute con
fidimus: ſub tua ſemper pietate
gaudeamus. Per dn̄m. ¶ Sab=
bato poſt Letare. Introitus.
Sitiētes venite ad
aquas dicit domi=
nus: et qui non ha
betis pꝛecium/ ve=
nite bibite cum le=
ticia. Ps. Attendite
popule meus legem meam: inclina=
te aurem veſtram in verba oꝛis mei
Oꝛem⁹. Flectamus genua. Coꝛ.
Fiat dn̄e queſum⁹ per gra
tiam tuam fructuoſus no

ſtre deuotiõis effectus: quia tũc
nobis pꝛoderũt ſuſcepta ieiunia
ſi tue ſint placita pietati Per do.
Lectio Iſaie pꝛophete. xlix.
Hec dicit dñs deus. In tem
poꝛe placito exaudiui te: ⁊
in die ſalutis auxiliatus ſum tui
Et ſeruaui te / et dedi te in fedus
populi: vt ſuſcitares terrã / ⁊ poſ
ſideres hereditates diſſipatas.
Ut diceres his qui vincti ſũt / exi=
te: et his qui in tenebꝛis / reuela=
mini. Super vias paſcẽtur: et in
omnibus planis paſcua eoꝛum.
Non eſurient / neqꝫ ſitient: et non
percutiet eos eſtus ⁊ ſol: quia mi
ſeratoꝛ eoꝛum reget eos: et ad fõ=
tes aquarum potabit eos. Et po
nam omnes montes meos in vi=
am: et ſemite mee exaltabuntur.
Ecce iſti de longe venient: et ecce
illi ab aquilone et mari: et iſti de
terra auſtrali. Laudate celi et ex
ulta terra: iubilate montes lau=
dem: quia cõſolatus eſt dominꝰ
populum ſuum: et pauperũ ſuo
rum miſerebitur. Et dixit ſyon.
Dereliquit me dominus: et dñs
oblitus eſt mei. Nunquid obliui
ſci poteſt mulier infantem ſuum
vt non miſereatur filio vteri ſui
Et ſi illa oblita fuerit / ego tamẽ
nõ obliuiſcar tui. Dicit dñs: om
nipotens. Gꝛ. Tibi domine dere
lictus eſt pauper / pupillo tu eris ad=
iutoꝛ. ℣. Ut quid domĩe receſſiſti lon
ge: deſpicis in opoꝛtunitatibꝰ in tri=
bulatione: dum ſuperbit impius in=
cendit pauper. Scḋm iohãnẽ. viij
In illo tempoꝛe Dicebat ie
ſus turbis iudeoꝛum. Ego
ſum lux mũdi. Qui ſequitur me
non ambulat in tenebꝛis: ſed ha=
bebit lumen vite Dixerunt ergo
ei pharisei. Tu de teipſo teſtimo
niũ perhibes: teſtimoniũ tuũ nõ
eſt verum. Reſpõdit ieſus: et di=
xit eis. Et ſi ego teſtimoniũ per=
hibeo de meipſo: verum eſt teſti=
moniũ meum: quia ſcio vnde ve
ni / et quo vado. Uos autem neſci
tis vnde venio / aut quo vado.
Uos ſecũdum carnem iudicatis
ego non iudico quemq̃. Et ſi iu=
dico ego: iudiciũ meum verum
eſt / quia ſolus non ſum: ſed ego ⁊
qui miſit me pater. Et in lege ve=
ſtra ſcriptum eſt: quia duoꝛũ ho=
minũ teſtimoniũ verũ eſt. Ego
ſum qui teſtimoniũ perhibeo de
meipſo: et teſtimoniũ ꝑhibet de
me / qui miſit me pater. Dicebãt
ergo ei. Ubi eſt pater tuus? Re=
ſpondit ieſus Neqꝫ me ſcitis / ne=
qꝫ patrem meum. Si me ſciretis
foꝛſitan et patrem meũ ſciretis.
Hec verba locutus eſt ieſus in ga
zophilatio: docens in templo Et
nemo appꝛehẽdit eum: quia nõ=
dum venerat hoꝛa eius Offerto.
Factus eſt dominus firmamentũ
meum: et refugium meum: et libera
toꝛ meus ſperabo in eum. Secreta
Oblationibꝰ queſumus do=
mine placare ſuſceptis: et
ad te noſtras etiam rebelles com
pelle pꝛopicius voluntates. Per
dñm. Pꝛefatio. Qui coꝛpoꝛali ie=
iunio. Coĩo. Dominus regit me
et nichil michi deerit: in loco paſcue
ibi me collocauit / ſuper aquam refe=
ctionis educauit me. Complenda.
Tua nos queſumus domi
ne ſancta purificẽt: ⁊ ope

ratione ſua perficiant eſſe placa
tos. Per. Sup populū Oꝛem⁹.
Huiliate capita veſtra deo. Col.
Deus qui ſperātibus in te
miſereri potius eligis ꝙ
iraſci: da nobis digne flere mala
ꝗ fecimus: vt tue cōſolatiōis gra
tiam inuenire valeam⁹. Per do.

¶ Dñica in paſſione. Introitus

Iudica me de⁹ ⁊ di
ſcerne cauſā meā/
de gente non ſan-
cta ab homine ini
quo et doloſo eri-
pe me: quia tu es
deus meus et foꝛtitudo mea. Ps.
Emitte lucem tuam et veritatem tu
am: ipſa me deduxerunt et adduxe-
runt in montem ſanctum tuum/ ⁊ in
tabernacula tua. Iudica. Non di-
citur Gloꝛia patri. vſq₃ ad vigiliā
paſce/ niſi de ſctis cantet. Colla.
Queſumus oīpotens deus
familiā tuā ꝓpicius re-
ſpice: vt te largiente regatur in
coꝛpoꝛe: et te ſeruante/ cuſtodia-
tur in mēte. Per. ¶ Nota ꝙ vſq₃
ad octa. paſce ab hac dñica: tan-
tum vna collecta dicit quotidie.

Ad hebꝛeos. ix.

Fratres. Chꝛiſtus aſſiſtēs
pontifex futuroꝛum bo-
noꝛum: peramplius et perfecti-
us tabernaculum non manufa-
ctum: ideſt non huius creationis
neq₃ per ſanguinem hircoꝛū aut
vituloꝛum: ſed per pꝛopꝛiū ſan-
guinem introiuit ſemel in ſācta
eterna redemptiōe inuenta. Si
enim ſanguis hircoꝛum aut tau
roꝛum: et cinis vitule aſperſus/
inquinatos ſanctificat ad emun
dationem carnis: quāto magis
ſanguis chꝛiſti/ qui per ſpiritum
ſanctū ſemetipſū obtulit imma-
culatū deo: emūdauit cōſcientiā
veſtrā ab operib⁹ moꝛtuis/ ad ſer
uiendū deo viuēti. Et ideo noui
teſtamēti mediatoꝛ eſt: vt moꝛte
ipſius intercedēte: in redēptionē
earū ꝑuaricationū que erāt ſub
pꝛioꝛi teſtamēto/ repꝛomiſſionē
accipiāt/ qui vocati ſūt eterne he
reditatis. In chꝛiſto ieſu: dño no
ſtro. Gr. Eripe me dñe de inimicis
meis/ doce me facere volūtatē tuam
℣. Liberatoꝛ me⁹ dñe de gētib⁹ ira-
cūdis. ab īſurgētib⁹ in me exaltabis
me: a viro īiquo eripies me. Tract⁹
Sepe expugnauerunt me a iu
uentute mea. ℣. Dicat nunc
iſrael: ſepe expugnauerūt me a iuuē
tute mea. ℣. Etenim non potuerūt
michi. ſupꝛa doꝛſum meum fabꝛica-
uerunt peccatoꝛes. ℣. Pꝛolongaue-
runt iniquitatem ſibi: dominus iu-
ſtus concidet ceruices peccatoꝛum.

Secundum Johannem. viij.



In illo tpe
Dicebat
ieſus turbis iu-
deoꝛū/ et pꝛīcipi
bus ſacerdotū.
Quis ex vob₃ ar
guet me de pec-
cato. Si verita-
tem dico: quare
vos non creditis michi. Qui ex
deo eſt/ verba dei audit. ꝓpterea
vos nō auditis/ quia ex deo non
eſtis. Reſpōderūt igitur iudei/ et
dixerūt ei Nōne bene dicim⁹ nos
quia ſamaritanus es tu: et demo
niū habes. Reſpōdit ieſus. Ego

demoniū nō habeo: ſed honorifico patrē meū: et vos ihonoraſtis me. Ego autē non quero gloriā meam: eſt qui querat et iudicet. Amen amen dico vobis: ſi quis ſermonē meū ſeruauerit: mortē non videbit in eternū. Dixerunt ergo iudei. Nunc cognouimus/ quia demoniū habes. Abraham mortuus eſt et pphete: et tu dicis ſi quis ſermonē meū ſeruauerit: non guſtabit mortē in eternum. Nunquid tu maior es patre noſtro abraham/ qui mortuus eſt: et pphete mortui ſunt? Quē teipſum facis? Reſpondit ieſus. Si ego glorifico meipſū gloria mea nihil eſt. Eſt pater meus qui glorificat me: quē vos dicitis/ quia deus noſter eſt: et non cognouiſtis eum. Ego autē noui eum Et ſi dixero/ quia non ſcio eum: ero ſimilis vobis mendax. Sed ſcio eum: ⁊ ſermonē eius ſeruo Abraham pater veſter/ exultauit vt videret diem meū/ vidit et gauiſus eſt. Dixerunt ergo iudei ad eum Quinquaginta annos nondum habes: et abraham vidiſti? Dixit eis ieſus. Amen amē dico vobis: anteꝙ̄ abraham fieret ego ſum. Tulerunt ergo lapides: vt iacerent in eum. Jeſus autem abſcōdit ſe: et exiuit de templo. Offr.

Confitebor tibi domine in toto corde meo/ retribue ſeruo tuo viuam/ et cuſtodiā ſermones tuos: viuifica me ſecundū verbū tuū dñe. Secreta.

Hec munera dñe queſumꝰ et vincula noſtre prauitatis abſoluant: et tue nobis miſericordie dona cōcilient Per. Prefatio de ſancta Cruce/ dicet quotidie vſq; ad vigiliā paſche. Coio

Hoc corpus quod pro vobis tradetur hic calix noui teſtamēti eſt ī meo ſanguine dicit dominus: hoc facite quotienſcūq; ſumitis in meam commemorationem. Complenda.

Adeſto nobis domine deus noſter: ⁊ quos tuis miſterijs recreaſti: perpetuis defende preſidijs. Per dñm noſtrum.

¶ Feria. iij. poſt Judica. Introi.

Miſerere michi domine quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. Ps. Conculcauerūt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduerſum me. Miſerere. Nō dicit Gloria patri. Oremus Flectamus ge. Colla.

Sanctifica queſumꝰ domine noſtra ieiunia: et cūctarum nobis propicius indulgentiam largire culparū. Per dñm.

Lectio Jone prophete. iij.

In diebus illis. Factum eſt verbū dñi ad ionā pphetā ſecūdo dicens. Surge et vade in niniuē ciuitatē magnā: et predica in ea predicationē quā ego loquor ad te. Et ſurrexit ionas: et abijt in niniuē iuxta verbū dñi. Et niniue erat ciuitas magna/ itinere dierū trium. Et cepit ionas introire ciuitatē itinere diei vnius: et clamauit/ et dixit. Adhuc quadraginta dies: et niniue ſubuertet. Et crediderūt viri niniute dño: et predicauerūt ieiuniū: et veſtiti ſūt ſaccis/ a maiore vſq; ad minorē. Et puenit verbū

ad regē niniue. Et ſurrexit de ſo=
lio ſuo: ⁊ abiecit veſtimētū ſuū a
ſe: et indut⁹ eſt ſacco / ⁊ ſedit in ci=
nere: et clamauit / et dixit. In ni=
niue ex oꝛe regis et pꝛincipū eius
dicēs. Hoies / et iumēta / et boues /
et pecoꝛa nō guſtēt quicq̄ nec pa=
ſcātur: ⁊ aquā non bibāt. Et ope
riantur ſaccis hoies: et iumenta
clament ad dn̄m in foꝛtitudine:
et conuertatur vir a via ſua ma=
la: et ab iniquitate que eſt in ma=
nibus eoꝛū. Quis ſcit ſi cōuerta=
tur et ignoſcat deus: et reuerta=
tur a furoꝛe ire ſue: et non peribi
mus? Et vidit deus opera eoꝛū /
quia conuerſi ſunt de via ſua ma
la: et miſert⁹ eſt populo ſuo: dn̄s
de⁹ noſter. Gr. Deus exaudi oꝛa
tionē meā: aurib⁹ percipe verba oꝛis
mei. ℣. Deus in noie tuo ſaluū me
fac: et in virtute tua iudica me. Tr.
Domie nō ſecūdū peccata no=
ſtra facias nobis: neq̄ ſecun
dū iniquitates noſtras retribuas no
bis. ℣. Dn̄e ne memineris iniquita=
tum noſtrarū antiquarū: cito antici=
pent nos mie tue / quia pauperes fa=
cti ſum⁹ nimis ℣. Adiuua nos deus
ſalutaris noſter: et pꝛopter gloꝛiam
nois tui dn̄e libera nos / et pꝛopicius
eſto peccatis noſtris / pꝛopter nomen
tuum. Secundū Johannem. vij



In illo tē=
poꝛe. Mi=
ſerūt pꝛincipes
et phariſei mini
ſtros / vt appꝛe=
henderēt ieſum
Dixit ergo eis
ieſ⁹. Adhuc mo
dicum tempus
vobiſcum ſum: et vado ad eum
qui miſit me. Queretis me: ⁊ nō
inuenietis. Et vbi ſum ego: vos
non poteſtis venire. Dixerūt er=
go iudei ad ſemetipſos. Quo hic
iturus eſt quia non inueniemus
eum? Nunquid in diſperſionem
gentium iturus eſt: et docturus
gētes? Quis eſt hic ſermo quem
dixit: queretis me et non inuenie
tis: et vbi ſum ego vos non pote
ſtis venire? In nouiſſimo autem
die magno feſtiuitatis: ſtabat ie
ſus et clamabat dicens. Si quis
ſitit / veniat ad me et bibat. Qui
credit in me ſicut dicit ſcriptura
flumia de vētre eius fluent aque
viue. Hoc autem dixit de ſpiritu
quem accepturi erant: credentes
in eum. Offr. Domine conuerte=
re et eripe animam meam: ſaluū me
fac pꝛopter miam tuam. Secreta.
Concede nobis domine de=
us noſter: vt hec hoſtia ſa=
lutaris / et noſtroꝛum fiat purga
tio delictoꝛum: ⁊ tue pꝛopiciatio
maieſtatis. Per. Pꝛefatio. Qui
ſalutem. Coio. Dominus virtu
tum ipſe eſt rex gloꝛie Complenda.
Sacramenti tui queſumus
domine participatio ſalu
taris: et purificationē nobis pꝛe
beat et medelam. Per dominum
Super populum. Oꝛemus Hu=
miliate capita veſtra deo. Colla
Da queſumus domine po=
pulo tuo ſalutem mentis
et coꝛpoꝛis: vt bonis operibus
inherēdo: tua ſemper mereatur
pꝛotectiōe defendi. Per dominū
noſtrum ieſum ¶ Feria. iij. poſt
dn̄icam in paſſione. Introitus.

Expecta dñm viriliter age: et cõfortetur cor tuum/ et ſuſtine dominũ. Ps. Dominus illuminatio mea: et ſalus mea quem timebo. Non dicit Gloria patri. Oremus. Flectamꝰ genua Leuate. Collecta.

Noſtra tibi queſumus domine ſint accepta ieiunia que nos et expiãdo gratia tua dignos efficiant: et ad remedia perducant eterna. Per dominũ noſtrum ieſum chriſtum filiũ tuũ.

Lectio Danielis prophete. xiiij.

In diebus illis. Congregati ſunt babilonij ad regem et dixerunt ei. Trade nobis danielem: qui bel deſtruxit/ ⁊ draconem interfecit. Alioquin interficiemus te: et domũ tuã. Vidit ergo rex ꝙ irruerẽt in eum vehemẽter: et neceſſitate compulſus/ tradidit eis danielẽ. Qui miſerunt eum in lacum leonum: ⁊ erat ibi ſex diebus. Porro in lacu erant leones ſeptẽ: et dabãtur eis quotidie duo corpora ⁊ due oues. Et tunc non ſunt data eis: vt deuorarent danielẽ. Erat autem abacuc propheta in iudea: et ipſe coxerat pulmentum: et intriuerat panes in alueolo: et ibat in campum vt ferret meſſoribꝰ. Dixitqꝫ angelus dñi ad abacuc. Fer prãdium quod habes in babylonem danieli: qui eſt in lacu leonũ. Et dixit abacuc. Dñe: babylonẽ nõ vidi: et lacũ neſcio. Et apprehendit eũ angelus dñi in vertice eius et portauit eũ capillo capitis ſui poſuitqꝫ eum in babylonẽ ſuper lacum in impetu ſpiritus ſui. Et clamauit abacuc dicens. Daniel ſerue dei: tolle prandiũ quod miſit tibi deus. Et ait daniel. Recordatus enim es mei dñe deus meus: et non dereliquiſti diligentes te. Surgenſqꝫ daniel comedit. Porro angelus domini reſtituit abacuc confeſtim in locum ſuũ. Venit ergo rex die ſeptima: vt lugeret danielem. Et venit ad lacũ et introſpexit: ⁊ ecce daniel ſedẽs in medio leonum. Et exclamauit rex voce magna dicens. Magnꝰ es domine deus danielis. Et extraxit eum de lacu. Illos autem qui perditiõis eius cauſa fuerãt/ intromiſit in lacum: et deuorati ſunt in momẽto coram eo Tunc rex ait. Paueãt oẽs habitãtes in vniuerſa terra deũ danielis: q̇a ipſe eſt liberator ⁊ ſaluator: faciens ſigna et mirabilia in celo et in terra. Qui liberauit danielẽ: de lacu leonũ. Gr. Diſcerne cauſam meam dñe: ab hoĩe iniquo et doloſo eripe me. V. Emitte lucẽ tuã et veritatẽ tuam: ipſa me deduxerunt et adduxerunt in montem ſanctum tuum. Secũdum Johãnem. vij.



In illo tẽpore. Ambulabat ieſus in galileam. Non enim volebat in iudeam ambulare: quia querebant eum iudei ĩterficere. Erat autem in proximo dies feſtus iudeorum ſcenophegia. Dixerunt

autē ad eum fratres eius. Tranſi hinc/et vade in iudeam: vt et diſcipuli tui videāt opera tua que tu facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit: et querit ipſe in palam eſſe. Si hec facis: manifeſta teipſum mundo. Neqꝫ enim fratres eius: credebant in eum. Dicit ergo eis ieſus. Tēpus meum nōdum aduenit/tempus autem veſtrum ſemper eſt paratū. Non poteſt mundus odiſſe vos/ me autem odit: quia ego teſtimonium perhibeo de illo: quia opera eius mala ſunt. Uos aſcendite ad diem feſtum hunc. Ego autem non aſcendam ad diem feſtū iſtum: quia meum tempus nondum impletū eſt. Hec cū dixiſſet: ipſe manſit in galilea. Ut autem aſcenderūt fratres eius: tunc et ipſe aſcendit ad diem feſtum/ nō manifeſte: ſed quaſi in occulto. Iudei ergo querebāt eum in die feſto: et dicebant. Ubi eſt ille? Et murmur multus erat in turba de eo. Quidā enim dicebāt/ quia bonus eſt: alij autē dicebant non ſed ſeducit turbas. Nemo tamē palam loquebaſ de illo: ꝓpter metum iudeoꝝum. Offr. Sperent in te omnes qui nouerūt nomen tuum domine: quoniam non derelinquis querētes te: pſallite domio qui habitat in ſyon/ quoniā non eſt oblitus oꝛationē pauperum. Secreta.

Hoſtias tibi dn̄e deferimus immolandas: que tēpoꝛalem cōſolationē nobis impēdāt: vt ꝓmiſſa certius/ non deſperemus eterna. Per. Pꝛefa. Qui ſalutē. Coio. Redime me deus iſrael: ex oībus anguſtijs meis. Cōple.

Da queſumus omnipotēs deus: vt que diuina ſunt iugiter exequētes: donis mereamur celeſtibus ꝓpiquare. Per Super populū Oꝛemus. Humiliate capita veſtra deo. Collecta

Da nobis q̄ſumus dn̄e perſeuerantem in tua voluntate famulatū: vt in diebus noſtris/ et merito et numero populus tibi ſeruiens/ augeatur. Per

¶ Feria. iiij. poſt do. in paſſione

Liberatoꝛ meus de gētibus iracundis: ab inſurgentibus in me exaltabis me/ a viro iniquo eripies me domine. ps. Diligam te domine virtus mea: dominꝰ firmamētū meū et refugium meum. Non dicit Gloria patri. Liberatoꝛ. Oꝛemꝰ Flectamus genua Leuate. Colla.

Sanctificato hoc ieiunio deus tuoꝝū coꝛda fideliū miſeratoꝛ illuſtra: et quibus deuotionis pꝛeſtas affectū: pꝛebe ſupplicātibus piū benignus auditū Per. Lectio libꝛi Leuitici. xix.

In diebus illis. Locutꝰ eſt dominꝰ ad moyſen dicens Loquere ad vniuerſum cetū filioꝝū iſrael/ et dices ad eos. Ego dominus deus veſter. Non facietis furtum/ non mentiemini/ nec decipiet vnuſquiſqꝫ pꝛoximum ſuū. Non periurabis in nomine meo: nec pollues nomen dei tui. Ego dn̄s. Non facies calumniā pꝛoximo tuo: nec vi oppꝛimes eū Non moꝛabiſ opus mercēnarij tui apud te vſqꝫ mane. Nō male-

dices ſurdo nec coram ceco pones offēdiculū: ſed timebis dn̄m deū tuum/ q̄a ego ſum dn̄s. Non faci es qd̄ iniquū eſt nec iniuſte iudica bis. Nō cōſideres perſonā paupe ris nec honores vultū potētis Ju ſte iudica primo tuo. Nō eris cri minator/ nec ſuſurro in populis. Nō ſtabis cōtra ſanguinē primi tui. Ego dn̄s. Nō oderis fratrem tuū i corde tuo: ſed publice argue eū/ ne habeas ſuper illo peccatū. Non queras vltionē/ nec memor eris iniurie ciuiū tuorū. Diliges amicū tuū ſicut teipſū. Ego dn̄s. Leges meas cuſtodite Ego enim ſū: dn̄s deus veſter. Gr. Exalta bo te dn̄e qm̄ ſuſcepiſti me: nec dele ctaſti inimicos meos ſuper me. ℣. Dn̄e deus meus clamaui ad te/ et ſanaſti me dn̄e abſtraxiſti ab iferis aīam me am ſaluaſti me a deſcēdentib⁹ in lacū

Domine nō ſcd̄m pecca- Tr. ta noſtra facias nobis: neq; ſcd̄m iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Dn̄e ne memineris iniqui tatū noſtrarū antiquarū: cito antici pent nos miſericordie tue/ quia pau peres facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter gloriā nominis tui dn̄e libera nos et propicius eſto pctīs noſtris/ propter nomen tuū. Scd̄m Johannē. x.



In illo tē pore. Facta ſunt encenia in hieroſolimis et hyems erat. Et ambulabat ieſus in templo in porticu ſalo monis. Circun dederunt ergo eum iudei/ et dice bant ei. Quouſq; animā noſtrā tollis? Si tu es chriſtus/ dic no bis palam? Reſpondit eis ieſus. Loquor vobis: et non creditis. Opera que ego facio in nomie pa tris mei: hec teſtimonium perhi bent de me? Sed vos non credi tis: quia non eſtis de ouibus me is. Oues mee vocem meam audi unt: et ego cognoſco eas/ et ſequū tur me Et ego vitam eternam do eis: et non peribunt in eternum: et non rapiet eas quiſq; de manu mea. Pater meus quod dedit mi chi/ maius omnibus eſt: et nemo poteſt rapere de manu patr/ mei. Ego et pater vnum ſumus. Su ſtulerunt ergo lapides iudei: vt lapidarent eum Reſpondit eis ie ſus. Multa opera bona oſtendi vobis ex patre meo propter quod eorū opus me lapidatis? Reſpon derunt ei iudei. De bono opere non lapidamus te: ſed de blaſpe mia. Et quia tu homo cum ſis: fa cis teipſum deum Reſpondit eis ieſus Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra: quia ego dixi dii eſtis? Si illos dixit deos ad quos ſermo dei factus eſt: et non poteſt ſolui ſcri ptura/ quem pater ſanctificauit/ et miſit in mundum: vos dicitis quia blaſphemas: quia dixi fili us dei ſum? Si non facio opera patris mei: nolite credere michi. Si autem facio: et ſi michi non vultis credere/ operibus credite. Ut cognoſcatis et credatis: quia pater in me eſt: et ego in patre. Offr. Eripe me de inimicus meis deus meus: et ab inſurgentibus in

me libera me domine. Secreta.
A Nnue nobis miſericors
deus: vt hoſtias placatio
nis et laudis ſincero / tibi defera-
mus obſequio. Per do. Prefatio.
Qui ſalutē. Cōio. Lauabo inter
inocentes manus meas: et circuibo
altare tuum domine: vt audiam vo
cem laudis tue / et enarrem vniuer-
ſa mirabilia tua. Complenda.
C Eleſtis doni benedictione
percepta: ſupplices te deus
omnipotens deprecamur: vt hoc
idem nobis et ſacramenti cauſa
ſit: et ſalutis. Per do. Super po-
pulū. Oremus. Humiliate capi-
ta veſtra deo. Oratio.
A Deſto ſupplicationibus
noſtris omnipotēs deus:
et quibus fiduciam ſperande pie
tatis indulges cōſuete miſericor-
die tribue benignus effectū. Per.
¶ Feria v. poſt Judica. Introi.
O Mnia que feciſti no-
bis domie in vero iu-
dicio feciſti: quia pec-
cauimus tibi / et man
datis tuis non obedi
uimus: ſed da gloriā nomini tuo
et fac nobiſcū ſecundū multitudi
nē miſericordie tue. ps. Magnus
dominus et laudabilis nimis / in ci-
uitate dei noſtri in mōte ſancto eius.
Non dicitur Gloria patri. Om-
nia que feciſti. Oremus. Flecta-
mus genua leuate. Collecta.
P Reſta queſumus omnipo
tens deus: vt dignitas con
ditionis humane per immoderā
tiam ſauciata: medicinalis par-
ſimonie ſtudio reformetur. Per
dominū noſtrum ieſum chriſtū.

¶ Lectio Danielis prophete. iij.
I N diebus illis. Orauit da-
niel dominū dicens Domi
ne deus ne deſpicias populum tu
um propter nomen tuū: et ne diſ
ſipes teſtamentū tuum / neqꝫ au-
feras miſericordiam tuam a no-
bis / propter abraham dilectū tu-
um et iſaac ſeruum tuum: et iſra
el ſanctū tuū quibus locutus es:
pollicens ꝙ multiplicares ſemen
eorum ſicut ſtellas celi: et ſicut are
nā que eſt in littore maris. Quia
dn̄e imminuti ſumus pluſqꝫ om-
nes gentes: ſumuſqꝫ humiles in
vniuerſa terra / hodie propter pec
cata noſtra. Et non eſt in tempo
re hoc princeps / et ꝓpheta / et dux /
neqꝫ holocauſtū / neqꝫ ſacrificium
neqꝫ oblatio / neqꝫ incenſum / neqꝫ
locus primiciarū coram te: vt poſ
ſimus inuenire miſericordiā tuā
ſed in animo cōtrito et ſpiritu hu
militatis ſuſcipiamur. Sicut in
holocauſto arietum et taurorum
et ſicut in milibus agnorum pin-
guium ſic fiat ſacrificiū noſtrum
in conſpectu tuo hodie vt placeat
tibi: quoniā non eſt confuſio con-
fidentibus in te. Et nunc ſequi-
mur te in toto corde et timemus
te: et querimus faciē tuam. Ne cō
fundas nos: ſed fac nobiſcū iux-
ta manſuetudinē tuam: et ſecun
dū multitudinē miſericordie tue
Et erue nos in mirabilibus tuis
et da gloriā nomini tuo dn̄e Et cō
fundantur omnes qui oſtendūt
ſeruis tuis mala. Confundātur
in oīpotentia ſua: et robur eorū
cōteratur. Et ſciant qꝛ tu es dn̄s
deus ſolus / et glorioſus ſuper om

nem terram: domine deus noſter
Grad. Tollite hoſtias et introite in atria eius: adorate dominū in aula ſancta eius. ℣. Reuelabit dn̄s cōdenſa: et in templo eius omnes dicēt gloriam. ¶ Scd̄m Lucam. vij.



In illo tēpore. Rogabat ieſū quidam phariſeus vt manducaret cum illo. Et ingreſſus domū phariſei/ diſcubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit ꝙ accubuit in domo phariſei: attulit alabaſtrum vnguenti: et ſtans retro ſecus pedes eius: lacrimis cepit rigare pedes eius: et capillis capitis ſui tergebat: et oſculabatur pedes eius: et vnguento vngebat. Uidens autem phariſeus qui vocauerat eū: ait intra ſe dicens. Hic ſi eſſet propheta: ſciret vtiqꝫ que et qualis eſt mulier que tangit eum/ quia peccatrix eſt. Et reſpondēs ieſus: dixit ad illum. Symon: habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magiſter dic. Duo debitores erant cuidam feneratori vnus debebat denarios quingētos: et alius quinquaginta Non habentibus illis vnde redderent: donauit vtriſqꝫ. Quis ergo eum plus diligit? Reſpondens ſymon: dixit. Eſtimo/ quia is cui plus donauit. At ille dixit. Recte iudicaſti. Et conuerſus ad mulierem/ dixit ſymoni. Uides hanc mulierem? Intraui in domū tuam: aquam pedibus meis nō dediſti. Hec autem lacrimis rigauit pedes meos: et capillis ſuis terſit. Oſculū michi non dediſti: hec autem ex quo intrauit: nō ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti: hec autem vnguento vnxit pedes meos Propter quod dico tibi remittuntur ei peccata multa/ ꝗa dilexit multum. Cui autem minus dimittit᷑/ minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittūtur tibi peccata. Et ceperūt qui ſimul accūbebant dicere intra ſe. Quis eſt hic qui etiam peccata dimittit Dixit autem ad mulierē? Fides tua te ſaluum fecit/ vade in pace.

Offr. Super flumina babylonis illic ſedimus et fleuimus dum recordaremur tui ſyon. Secreta.

Domine deus noſter qui in his potius creaturis quas ad fragilitatis noſtre ſubſidium condidiſti: tuo quoqꝫ nomini munera iuſſiſti dicanda conſtitui/ tribue queſumus: vt et vite nobis preſentis auxilium et eternitatis efficiant ſacramentum. Per dominū noſtrum ieſum chriſtum.

Prefatio. Qui ſalutē. Cōio. Memento verbi tui ſeruo tuo domine/ in quo michi ſpem dediſti: hec me cōſolata eſt in hūilitate mea. Complē.

Quod ore ſūpſimus domine pura mente capiamus et de munere temporali fiat nobis remedium ſempiternū. Per dn̄m noſtrum ieſum chriſtum.

Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Orō.

Eſto q̄ſumus domine propicius plebi tue: vt que tibi

non placent reſpuens: tuorū potius repleatur delectatiōibus mādatorum. Per eundem dominū noſtrū ieſum chriſtum filiū tuū.

¶ Feria vi. poſt Judica. Introi.

MIſerere michi domine quoniam tribulor: libera me et eripe me de manibus inimicorum meorum: et a perſequentibus me: domine non cōfundar quoniam inuocaui te. Ps In te domine ſperaui non confūdar in eternum: in iuſticia tua libera me. Non dicitur Gloria patri. Miſerere michi. Oremus. Flectamus genua leuate. Collecta.

COrdibus noſtris quęſumus domine gratiam tuam benignus infunde: vt peccata noſtra caſtigatione voluntaria cohibētes: temporaliter potius maceremur / quam ſupplicijs deputemur eternis. Per dominū noſtrum.

Lectio hieremie prophete. xvij.

IN diebus illis. Dixit hieremias. Domine: omnes qui te derelinquūt confundētur. Recedentes a te / in terra ſcribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium dominum Sana me domie / et ſanabor: ſaluum me fac / et ſaluus ero: quoniam laus mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad me. Ubi eſt verbum domini? Ueniat. Et ego nō ſum turbatus te paſtorem ſequens: et diem hominis non deſideraui / tu ſcis. Quod egreſſum eſt de labijs meis: rectum in conſpectu tuo fuit. Nō ſis mihi tu formidini: ſpes mea in die afflictionis. Confundantur qui me perſequuntur: et non confundar ego. Paueant illi et non paueam ego. Induc ſuper eos diem afflictiōis: et duplici cōtritione contere eos: domine deus noſter. Grad. Pacifice loquebātur mihi inimici mei: et in ira moleſti erant michi. V. Uidiſti dn̄e deus meus: ne ſileas / ne diſcedas a me. Tr.

DOmine non ſecundū peccata noſtra facias nobis: neque ſecundū iniquitates noſtras retribuas nobis. V. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarū: cito anticipent nos miſericordie tue / quia pauperes facti ſumus nimis. V. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter gloriā nominis tui domine libera nos / et propicius eſto peccatis noſtris / propter nomen tuum.

¶ Secundū Johannem. xj.



IN illo tēpore. Collegerunt pontifices et phariſei cōſilium aduerſus ieſum: et dicebāt. Quid facimus: quia hic homo multa ſigna facit. Si dimittemus eū ſic: omnes credent in eum. Et venient romani: et tollēt noſtrū locum et gentem. Unus autē ex ipſis cayphas nomine: cum eſſet pontifex anni illius dixit eis. Vos neſcitis quicquam nec cogitatis: quia expedit vobis / vt vnus moriatur homo pro populo et non tota gens pereat. Hoc autem a ſemetipſo non dixit: ſed cum eſſet pōtifex anni illius prophetauit: quia ieſus mori-

turus erat pro gente. Et non tan
tum pro gēte: ſed vt filios dei qui
erāt diſperſi cōgregarent in vnū
Ab illo ergo die: cogitauerunt vt
interficerēt eū Jeſus autem iam
non in palam ambulabat apud
iudeos: ſed abijt in regionem iux
ta deſertum in ciuitatem que dici
tur effrem. Et ibi demorabatur:
cum diſcipulis ſuis. Offer. Bene
dictus es domine / doce me iuſtificati
ones tuas: et non tradas calumniā
tibus me ſuperbis / et reſpondebo ex
probrantibus michi verbū. Secre.
PReſta nobis miſericors de
us vt digne tuis ſeruire al
taribus ſemper mereamur: et eo-
rum perpetua participatione ſal
uari. Per dominū. Prefatio. Qui
ſalutem. Cōio. Ne tradideris me
domine in animas perſequentiū me
quia inſurrexerūt in me teſtes iniqui
et mētita eſt iniquitas ſibi. Compl'
SUmpti ſacrificij dn̄e perpe
tua nos tuitio non derelin
quat: et noxia ſemper a nobis cū-
cta depellat. Per dominū. Sup
populum. Oremus. Humiliate
capita veſtra deo. Collecta.
COncede queſumus omni-
potens deus: vt qui prote-
ctionis tue gratiam querimus:
liberati a malis omnibus ſecura
tibi mente ſeruiamus. Per domi
num noſtrum ieſum chriſtum fi
lium tuum. Qui tecum viuit. &c.
Sabbato poſt Judica. Intro.
JUdica me deus et di-
ſcerne cauſam meam /
de gente non ſancta
ab homine iniquo et
doloſo eripe me quia
tu es deus meus et fortitudo mea
ps. Emitte lucem tuam et veritatem
tuam: ipſa me deduxerunt et addu-
xerūt in montem ſanctū tuum. Ju-
dica me deus. Non dicitur Glo-
ria pa. Oremus. Flectamus ge-
nua leuate. Collecta.
PRoficiat queſumus domi
ne plebs tibi dicata pie de
uotionis affectu: vt ſacris actio-
nibus erudita / quanto maieſtati
tue fit gratior: tanto donis potio
ribus augeatur. Per dominū no
ſtrum ieſum chriſtum filium tu-
um. Qui tecum viuit et regnat
in vnitate. &c. Lectio hieremie
prophete. xviij.
IN diebus illis Dixerūt im
pij iudei ad inuicem. Veni
te cogitemus contra iuſtum cogi
tationes. Non enim peribit lex a
ſacerdote / neq; conſilium a ſapi-
ente: nec ſermo a propheta. Veni
te et percutiamus eum lingua: et
non attēdamus ad vniuerſos ſer
mones eius. Attende domine ad
me: et audi vocem aduerſario-
rum meorum. Nunquid redde-
tur pro bono malū: quia foderūt
foueam anime mee. Recordare
ꝙ ſteterim in conſpectu tuo: vt lo
querer pro eis bonum et auerterē
indignationē tuam ab eis. Prop
terea da filios eorū in famem: et
deduc eos in manus gladij. Fiāt
vxores eorum abſq; liberis et vi-
due: et viri earum interficiantur
morte. Juuenes eorū confodian-
tur gladio in prelio: audiatur cla
mor de domibus eorū. Adduces
enim ſuper eos latronē repente:
quia foderunt foueā vt caperent

me: et laqueos abſconderunt pedibus meis. Tu autem domine ſcis omne cõſilium eoꝛum aduerſum me in moꝛtem. Ne pꝛopicieris iniquitati eoꝛum/ et peccatum eoꝛum a facie tua non deleatur. Fiant coꝛruẽtes in cõſpectu tuo/ in tempoꝛe furoꝛis tui: domĩe deus meus. Grad. Eripe me domine de inimicis meis: doce me facere voluntatẽ tuam. ℣. Liberatoꝛ meus domine de gentibus iracũdis: ab inſurgentibus in me exaltabis me a viro iniquo eripies me.

¶ Secundũ Johannem. xvij.



In illo tẽpoꝛe Subleuatis ieſus oculis in celum: dixit. Pater venit hoꝛa: clarifica filium tuum: vt filius tuꝰ clarificet te. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis: vt omne qđ dediſti ei: det eis vitam eternam. Hec eſt autem vita eterna: vt cognoſcant te ſolum verum deum: et quem miſiſti ieſum chꝛiſtum. Ego te clarificaui ſuper terram: opus conſummaui quod dediſti michi vt faciam. Et nũc clarifica me tu pater apđ temetipſum: claritate quam habui pꝛiuſq̃ mundus fieret apud te. Manifeſtaui nomen tuum hominibꝰ quos dediſti michi de mũdo. Tui erant/ et michi eos dediſti et ſermonẽ tuum ſeruauerunt Nunc cognouerunt quia omnia que dediſti michi abs te ſũt: quia verba que dediſti michi/ dedi eis: Et ipſi acceperunt et cognouerũt vere quia a te exiui: et crediderũt quia tu me miſiſti Ego pꝛo eis rogo/ non pꝛo mundo rogo: ſed pꝛo hijs quos dediſti michi: quia tui ſunt. Et mea omnia tua ſunt/ et tua mea ſunt: ⁊ clarificatus ſum in eis. Et iam non ſum in mũdo/ et hij in mundo ſunt: et ego ad te venio. Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi/ vt ſint vnum ſicut et nos. Cum eſſẽ cum eis: ego ſeruabam eos in nomĩe tuo. Quos dediſti michi ego cuſtodiui: et nemo ex his periit niſi filius perditionis: vt ſcriptura impleatur. Nunc autem ad te venio. Et hec loquoꝛ in mundo: vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonẽ tuum/ et mundus odio eos habuit: quia non ſunt de mũdo/ ſicut et ego non ſum de mundo Non rogo vt tollas eos de mũdo: ſed vt ſerues eos a malo. De mundo non ſunt/ ſicut et ego nõ ſum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundum: ita et ego miſi eos in mundũ. Et pꝛo eis ego ſanctifico meipſũ: vt ſint et ipſi ſanctificati in veritate. Non pꝛo his autẽ rogo tantũ: ſed et pꝛo eis qui credituri ſunt per verbũ eoꝛũ in me: vt oẽs vnum ſint ſicut tu pater in me/ et ego in te: vt et ipſi in nobis vnum ſint: vt mundus credat q̄a tu me miſiſti. Et ego claritatem quam dediſti michi/ dedi eis vt ſint vnũ ſicut ⁊ nos vnum ſumus. Ego in eis et tu in me: vt ſint conſũmati

in vnũ: et cognoſcat mundus/ q̃a tu me miſiſti: et dilexiſti eos ſicut et me dilexiſti. Pater: quos dediſti michi/ volo vt vbi ego ſum et illi ſint mecũ: vt videant claritatẽ meã quã dediſti michi: quia dilexiſti me ante conſtitutionẽ mundi. Pater iuſte mundus te non cognouit: ego autem te cognoui. Et hi cognouerũt/ quia tu me miſiſti. Et notum feci eis nomen tuum/ et notum faciam: vt dilectio qua dilexiſti me in ipſis ſit/ et ego in ipſis. Offer. Confitebor tibi domine in toto corde meo: retribue ſeruo tuo viuam/ et cuſtodiam ſermones tuos/ viuifica me ſecundum verbum tuum domine. Secreta.

A Cunctis nos domine queſumus reatibus et periculis propiciatus abſolue: quos tãti myſterii tribuis eſſe conſortes. Per dominũ. Prefatio. Qui ſalutẽ. Cõio. Hoc corpus quod pro vobis tradetur/ hic calix noui teſtamenti eſt in meo sãguine dicit dominus: hoc facite quotienſcunq̃ ſumitis in meam commemorationem.

Diuini muneris largitate ſatiati queſumus domine deus noſter: vt huius ſemper participatione viuamus. Per dominũ. Cõplenda. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Collecta

Tueatur queſumus domine dextera tua populũ tuum deprecantem: et purificatum dignanter erudiat: vt conſolatione preſenti/ ad futura bona proficiat Per dominũ noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecũ.

t.

¶ Benedictiones palmarũ/ quere in fine ſanctoralis.

¶ In die palmarũ. Introitus.

Domine ne longe facias auxiliũ tuum a me ad defenſionem meam aſpice: libera me de ore leonis: et a cornibus vnicornium humilitatem meam. Ps. Deus deus meus reſpice in me quare me dereliquiſti. Domine. Non dicitur Gloria patri.

Omnipotens ſempiterne deus: qui hũano generi ad imitandũ humilitatis exemplũ: ſaluatorem noſtrum carnem ſumere/ et crucem ſubire feciſti: concede propicius: vt et patiẽtie ipſius habere documẽta: et reſurrectionis cõſortia mereamur Per eundem dominũ noſtrum. Collecta

¶ Ad philippenſes. ii.

Fratres. Hoc ſentite in vobis: quod et in chriſto ieſu Qui cum in forma dei eſſet: non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe equalem deo: ſed ſemetipſum exinaniuit/ formam ſerui accipiens. In ſimilitudinẽ hominum factus/ et habitu inuentus vt homo: humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq̃ ad mortẽ: mortem autem crucis. Propter quod et deus exaltauit illum: et donauit illi nomen/ quod eſt ſuper omne nomẽ/ vt in nomine ieſu omne genu flectatur: celeſtium/ terreſtrium/ et infernorum. Et omnis lingua cõfiteatur quia dominus ieſus chriſtus in gloria eſt dei patris. Grad

Tenuiſti manũ dexteram meam: et

in volũtate tua deduxiſti me: et cum
gloria aſſumpſiſti me. ℣. Quam bo
nus iſrael deus rectis corde: mei au=
tem pene moti ſunt pedes/ pene effu
ſi ſũt greſſus mei: quia zelaui in pec=
catoribus/ pacẽ pctõrũ videns. Tr.
DEus deus meus reſpice ĩ me
quare me dereliquiſti. ℟.
Longe a ſalute mea: verba delicto=
rum meorũ. ℣. Deus meus clama=
bo per diem nec exaudies: et nocte/ et
non ad inſipientiam michi. ℟. Tu
autem in ſancto habitas laus iſrael.
℣. In te ſperauerunt patres noſtri:
ſperauerunt et liberaſti eos. ℟. Ad
te clamauerunt et ſalui facti ſunt: in
te ſperauerunt/ et non ſunt confuſi.
℟. Ego autem ſum vermis et non
homo: obprobrium hominum et ab=
iectio plebis ℣. Omnes qui videbãt
me aſpernabantur me: locuti ſunt la
biis: et mouerunt caput. ℣. Spera=
uit in domino eripiat eum: ſaluum
faciat eum: quoniam vult eum. ℟.
Ipſi vero conſiderauerunt et inſpe=
xerunt me: diuiſerunt ſibi veſtimen
ta mea: et ſuper veſtem meam miſe=
runt ſortem. ℣. Libera me de ore leo
nis: et a cornibus vnicorniorum: hu
militatem meam. ℟. Qui timetis
dominum laudate eum: vniuerſum
ſemen iacob/ magnificate eum. ℟.
Annunciabitur domino generatio
ventura/ et annunciabunt celi iuſtici
am eius. ℟. Populo qui naſcetur/
quem fecit dominus.
¶ Nota q̃ quando paſſio ſequẽs
in cantu dicitur: triplici voce de=
bet cantari: vt littere rubee hic in
ſerte clare indicant: ſcilicet a alta
voce m media/ ac b baſſa et ſic in
aliis paſſionibus.



Dñs vobiſcũ. Paſſio dñi noſtri
ieſu chriſti. Scdm matheũ. xxvi.
IN illo tẽpore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. b. Scitis/ q̃a
poſt biduum paſcha fiet: et filius
hominis tradetur vt crucifigat.
m. Tunc congregati ſunt princi
pes ſacerdotum et ſeniores popu
li in atrium principis ſacerdotũ/
qui dicebatur cayphas: et conſili
um fecerunt vt ieſum dolo tene=
rent et occiderent. Dicebant autẽ
a. Nõ in die feſto. m. Ne forte tu=
multus fieret in populo. Cũ au=
tem eſſet ieſus in bethania in do=
mo ſimonis leproſi: acceſſit ad eũ
mulier habens alabaſtrũ vnguẽ
ti precioſi/ et effudit ſuper caput
ipſius recumbentis. Videntes au
tem diſcipuli: indignati ſunt/ di=
cẽtes. a Ut quid perditio hec? Po
tuit enim iſtud venũdari multo:
et dari pauperibus. m. Sciẽs au
tem ieſus/ ait illis. b. Quid mole

ſti eſtis huic mulieri. Opus enim
bonum operata eſt in me. Nam
ſemper pauperes habetis vobiſ=
cum: me autē non ſemper habe=
bitis. Mittens enim hec/ vnguē=
tum hoc in corpus meum: ad ſe=
peliendū me fecit. Amen dico vo
bis: vbicunq; predicatum fuerit
hoc euangeliū in toto mundo/ di
cetur et ꝙ hec fecit in memoriam
eius. m. Tunc abijt vnus de duo
decim qui dicebatur iudas ſcari=
oth ad principes ſacerdotum/ et
ait illis a. Quid vultis mihi dare
et ego vobis eum tradam. m. At
illi conſtituerunt ei triginta argē
teos. Et exinde querebat oportu=
nitatem. vt eum traderet. Prima
autem die azimorum: acceſſerūt
diſcipuli ad ieſum dicētes. a. Ubi
vis paremus tibi comedere pa=
ſcha? m At ieſus dixit. b Ite in ci
uitatē ad quendā: et dicite ei. Ma
giſter dicit. Tempus meum pro=
pe eſt: apd̄ te facio paſcha cum di
ſcipulis meis. m. Et fecerunt di=
ſcipuli ſicut conſtituit illis ieſus:
et parauerūt paſcha. Ueſpere au
tem facto: diſcumbebat cum duo
decim diſcipulis ſuis. Et edenti=
bus illis dixit. b. Amē dico vobis
quia vnus veſtrum/ me traditu=
rus eſt. m. Et cōtriſtati valde cepe
runt ſinguli dicere. a. Nunquid
ego ſum domīe? m. At ipſe reſpō
dens ait. b. Qui intingit mecum
manum in parapſide: hic me tra
det. Filius quidem hominis va=
dit: ſicut ſcriptū eſt de illo. Ue au=
tem homini illi: per quem filius
hominis tradetur. Bonum erat
ei: ſi natus non fuiſſet homo ille.

m. Reſpondēs autem iudas qui
tradidit eum/ dixit. a. Nunquid
ego ſum rabbi? m. Ait illi. b. Tu
dixiſti. m. Cenātibus autem eis:
accepit ieſus panem: et benedixit
ac fregit: deditq; diſcipulis ſuis/
et ait. b. Accipite et comedite: hoc
eſt corpus meum. m. Et accipiēs
calicem: gratias egit ⁊ dedit illis
dicēs. b. Bibite ex hoc omnes Hic
eſt enim ſāguis meus noui teſta=
menti: qui pro multis effūdetur
in remiſſionē peccatorū. Dico au
tem vobis: nō bibam amodo de
hoc genimine vitis: vſq; in diem
illum/ cum illud bibam vobiſcū
nouum in regno patris mei. m.
Et hymno dicto/ exierūt in mon=
tem oliueti. Tūc dixit illis ieſus.
b. Omnes vos ſcandalū patiemi
ni in me in iſta nocte. Scriptū eſt
enim. Percutiam paſtorem: et di
ſpergentur oues gregis. Poſtq̄
autem reſurrexero: precedā vos
in galileam. m. Reſpondens au=
tem petrus/ ait illi. a. Et ſi om̄es
ſcandalizati fuerint in te: ego nū=
q̄ ſcandalizabor. m. Ait illi ieſus
b. Amen dico tibi: quia in hac no
cte anteq̄ gallus cantet ter me ne
gabis. m. Ait illi petrus. a. Etiā
ſi oportuerit me mori tecum: non
te negabo. m. Similiter et omēs
diſcipuli dixerunt. Tunc venit ie
ſus cum illis in villā que dicitur
gethſemani et dixit diſcipulis ſu
is. b. Sedete hic: donec vadam il
luc et orem. m. Et aſſumpto pe=
tro et duobus filijs zebedei: cepit
cōtriſtari et meſtus eſſe. Tunc ait
illis. b. Triſtis eſt anima mea vſ
q; ad mortem. Suſtinete hic: et

vigilate mecũ. m. Et progreſſus puſillum: procidit in faciem ſuã orans et dicẽs. b Pater mi: ſi poſſibile eſt/ tranſeat a me calix iſte. Veruntamen non ſicut ego volo ſed ſicut tu. m. Et venit ad diſcipulos ſuos: et inuenit eos dormientes. Et dixit petro. b. Sic: non potuiſtis vna hora vigilare mecum? Vigilate et orate: vt non intretis in temptationẽ. Spiritus quidem promptus eſt: caro autẽ infirma. m. Iterum ſecundo abiit: et orauit/ dicens. b. Pater mi: ſi non poteſt hic calix tranſire: niſi bibam illum/ fiat volũtas tua m. Et venit iterum: et iuenit eos dormiẽtes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis: iterum abijt et orauit tertio eũdem ſermonem dicẽs. Tunc venit ad diſcipulos ſuos: et dicit illis. b. Dormite iam et requieſcite. Ecce appropiquabit hora: et filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite: eamus. Ecce appropinquabit qui me tradet. m. Adhuc ipſo loquente: ecce iudas vnus de duodecim venit: et cum eo turba multa: cũ gladijs et fuſtibus miſſi a principibus ſacerdotum et ſenioribus populi. Qui autem tradidit eum: dedit illis ſignum dicens. a. Quẽcũqꝫ oſculatus fuero: ipſe eſt tenete eum. m. Et confeſtim accedens ad ieſum/ dixit. a. Aue rabbi. m. Et oſculatus eſt eum. Dixitqꝫ illi ieſus. b. Amice: ad quid veniſti? m. Tunc acceſſerunt et manus iniecerunt in ieſum: et tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cum ieſu extendens manum exemit gladium ſuum: et percutiens ſeruum principis ſacerdotũ/ amputauit auriculã eius. Tunc ait illi ieſus b. Conuerte gladium tuum in locum ſuum. Omnes enim qui acceperint gladiũ: gladio peribunt An putas quia nõ poſſum rogare patrem meum et exhibebit michi modo pluſꝗ̃ duodecim legiones angelorum. Quomodo ergo implebuntur ſcripture? Quia ſic oportet fieri. m. In illa hora dixit ieſus turbis. b. Tãꝗ̃ ad latronẽ exiſtis cũ gladijs et fuſtibus comprehendere me. Quotidie apud vos ſedebam/ docens in templo: et non me tenuiſtis. m. Hoc autẽ totum factum eſt: vt implerẽtur ſcripture prophetarũ. Tunc diſcipuli omnes: relicto eo/ fugerunt. At illi tenentes ieſum/ duxerunt ad caypham principem ſacerdotum: vbi ſcribe et ſeniores conuenerant. Petrus autem ſequebatur eũ a longe vſqꝫ in atriũ principis ſacerdotum. Et ingreſſus intro/ ſedebat cum miniſtris vt videret finem. Principes autem ſacerdotum et omne conſiliũ querebant falſum teſtimoniũ contra ieſum vt eũ morti traderent. Et non inuenerunt cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime autem venerunt duo falſi teſtes: et dixerunt. a. Hic dixit. Poſſum deſtruere templum dei: ⁊ poſt triduum reedificare illud. m. Et ſurgens princeps ſacerdotũ/ ait illi. a. Nichil reſpondes ad ea que iſti aduerſum te teſtificantur. m. Ieſus autem tacebat. Et princeps

ſacerdotum: ait illi. a. Adiuro te
per deum viuum: vt dicas nobis
ſi tu es chriſtus filius dei. m. Di-
cit illi ieſus. b. Tu dixiſti. Uerun
tamen dico vobis: amodo vide-
bitis filium hominis ſedentem a
dextris virtutis dei / et venientē
in nubibus celi. m. Tūc princeps
ſacerdotum / ſcidit veſtimēta ſua
dicens. a. Blaſphemauit. Quid
adhuc egemus teſtibus. Ecce nūc
audiſtis blaſphemiam Quid vo
bis videtur? m. At illi reſponden
tes / dixerunt. a. Reus eſt mortis.
m. Tunc expuerunt in faciē eius
et colaphis eū ceciderūt Alij autē
palmas in faciem eius dederunt
dicētes. a. Prophetiza nobis chri
ſte: quis eſt qui te percuſſit? m. Pe
trus vero ſedebat foris in atrio: &
acceſſit ad eum vna ancilla dicēs
a Et tu cum ieſu galileo eras. m.
At ille negauit coram omnibus /
dicēs. a. Neſcio quid dicis. m. Ex-
eunte autem illo ianuam: vidit
eum alia ancilla / et ait his qui e-
rāt ibi. a. Et hic erat cum ieſu na-
zareno. m Et iterum negauit cū
iuramento: quia non noui homi
nem. Et poſt puſillum acceſſerūt
qui ſtabant: et dixerunt petro. a.
Uere et tu ex illis es. Nā et loque-
la tua manifeſtū te facit. m. Tūc
cepit deteſtari et iurare: quia non
nouiſſet hominem. Et continuo
gallus cātauit. Et recordatus eſt
petrus verbi ieſu quod dixerat:
priuſq̄ gallus cātet / ter me nega-
bis Et egreſſus foras: fleuit ama
re. Mane autem facto: conſilium
inierunt omnes principes ſacer-
dotum et ſeniores populi aduer-
ſus ieſum vt eum morti traderēt
Et vinctum adduxerunt eum: et
tradiderunt pontio pylato preſi-
di. Tūc videns iudas qui eū tra-
didit q̄ dānatus eſſet: penitentia
ductus retulit triginta argēteos
pricipibus ſacerdotū et ſenioribꝰ
populi dicens. a. Peccaui: tradēs
ſanguinē iuſtum. m. At illi dixe-
rūt. a. Quid ad nos? Tu videris
m. Et proiectis argenteis in tēplo
receſſit: et abiens laqueo ſe ſuſpē-
dit. Principes autem ſacerdotū:
acceptis argenteis: dixerunt. a.
Non licet eos mittere in corbanā
quia preciū ſanguinis eſt. m. Cō-
ſilio autem inito emerunt ex illis
agrum figuli: in ſepulturam pe-
regrinorum. Propter hoc voca-
tus eſt ager ille achel demach hoc
eſt ager ſanguinis: vſq; in hodier
num diem. Tunc impletum eſt /
quod dictum eſt per hieremiā pro
phetam dicentem. Et acceperunt
triginta argenteos: precium ap-
preciati / quem appreciauerunt a
filijs iſrael: et dederunt eos in a-
grum figuli: ſicut conſtituit mi-
chi dominus. Jeſus autem ſtetit
ante preſidem. Et interrogauit
eum preſes / dicens. a. Tu es rex
iudeorum? m. Dicit illi ieſus. b.
Tu dicis. m. Et cum accuſaretur
a principibus ſacerdotū et ſenio-
ribus: nichil reſpondit. Tunc di
xit illi pylatus. a. Nō audis quā-
ta aduerſū te dicunt teſtimonia?
m. Et non reſpondit ei ad vllum
verbum: ita vt miraretur preſes
vehementer. Per diem autem ſo
lennem: cōſueuerat preſes dimit
tere populo vnum vinctum quē

voluiſſent. Habebat autem tunc
vnum vinctum inſignem: qui di
cebatur barrabas. Congregatis
ergo illis dixit pylatus. a. Quem
vultis dimittam vobis. barrabā
an ieſum qui dicitur chriſtus. m.
Sciebat enim / ꝙ per inuidiā tra
didiſſent eum. Sedente autem il
lo pro tribunali: miſit ad illum
vxor eius / dicens. a. Nichil tibi et
iuſto illi. Multa enim paſſa ſum
hodie per viſum propter eum. m
Principes autem ſacerdotum et
ſeniores perſuaſerūt populis / vt
peterent barrabam: ieſum vero
perderent. Reſpondens autē pre
ſes: ait illis. a. Quem vultis vo-
bis de duobus dimitti? m. At illi
dixerunt. a. Barrabam. m. Di-
cit illis pilatus. a. Quid igitur fa
ciam de ieſu qui dicitur chriſtus?
m. Dicunt omnes. a. Crucifiga-
tur. m. Ait illis preſes. a. Quid e-
nim mali fecit? m. At illi magis
clamabant / dicentes. a. Crucifi-
gatur. m. Videns autem pylatus
quia nichil proficeret: ſed magis
tumultus fieret: accepta aqua la
uit manus ſuas coram poplo / di
cens. a. Innocēs ego ſū a ſāguie
iuſti huius: vos videritis. m. Et re
ſpondens vniuerſus populus di
xit. a. Sanguis eius ſuper nos ⁊
ſuper filios noſtros. m. Tunc di-
miſit illis barrabam: ieſum au-
tem flagellatum tradidit eis: vt
crucifigeretur. Tunc milites pre
ſidis ſuſcipientes ieſum in preto
rio: congregauerūt ad eum vni-
uerſam cohortem. Et exuētes eū /
clamidem coccineam circundede
runt ei. Et plectentes coronam de
ſpinis poſuerūt ſuper caput eius
et arundinem in dextera eius. Et
genu flexo ante eum: illudebāt ei
dicentes. a. Aue rex iudeorū. m.
Et expuentes in eum: acceperunt
arundinē / et percutiebant caput
eius. Et poſtꝙ illuſerunt ei: exue-
runt eum clamide / et induerunt
eum veſtimentis eius: et duxerūt
eum vt crucifigerent. Exeuntes
autem inuenerunt hominē cyre-
neum nomine ſymonē: hunc an-
gariauerūt vt tolleret crucē eius.
Et venerunt in locum qui dicitur
golgotha quod eſt caluarie locus
Et dederūt ei vinum bibere: cum
felle mixtum. Et cum guſtaſſet:
noluit bibere. Poſtꝙ autē crucifi
xerunt eum: diuiſerunt veſtimē-
ta eius: ſortem mittentes. Vt ad-
impleretur quod dictū eſt per pro
phetam: dicentē. Diuiſerunt ſibi
veſtimenta mea: et ſuper veſtem
meam miſerunt ſortem. Et ſedē-
tes: ſeruabant eum. Et impoſue-
runt ſuper caput eius cauſam ip
ſius ſcriptam: hic eſt ieſus rex iu-
deorum Tunc crucifixi ſunt cum
eo duo latrones: vnus a dextris:
et vnus a ſiniſtris. Pretereuntes
autem blaſphemabant eum: mo
uentes capita ſua / et dicentes. a.
Vach qui deſtruit templum dei:
et in triduo illud reedificat. Sal-
ua temetipſum. Si filius dei es:
deſcende de cruce. m. Similiter ⁊
principes ſacerdotum illudentes
cum ſcribis et ſenioribus dicebāt
a. Alios ſaluos fecit: ſeipſum nō
poteſt ſaluum facere. Si rex iſra
el eſt: deſcendat nunc de cruce: et
credimus ei. Confidit in deo: li-

beret eum nunc ſi vult. Dixit eñi
quia filius dei ſum. m. Idipſum
autem et latrones qui crucifixi e-
rant cum eo: impꝛoperabant ei.
A ſexta autem hoꝛa tenebꝛe facte
ſunt ſuper vniuerſã terram vſqȝ
ad hoꝛam nonam. Et circa hoꝛã
nonam: clamauit ieſus voce ma
gna/ dicẽs. b. Heloy/ heloy/ lama
zabathani. m. Hoc eſt. a. Deꝰ me
us. Deus meus: vt quid dereliqȝ
ſti me. m. Quidã autem illic ſtan
tes et audientes/ dicebant. a. He-
lyam vocat iſte. m. Et continuo
currens vnus ex eis: acceptã ſpõ-
giam/ impleuit aceto: et impoſu-
it arundini et dabat ei bibere. Ce
teri vero dicebant. a. Sine: videa
mus/ an veniat helyas liberans
eum. m. Ieſus autem iterum cla
mans voce magna: emiſit ſpiri-
tum. ¶ Hic flexis genibus/ lega-
tur Pater noſter. m. Et ecce velũ
templi ſciſſum eſt in duas partes
a ſummo vſqȝ deoꝛſum. Et terra
mota eſt: et petre ſciſſe ſunt: et mo
numẽta aperta ſunt: ⁊ multa coꝛ
poꝛa ſanctoꝛum qui doꝛmierant
ſurrexerunt. Et exeuntes de mo-
numentis poſt reſurrectionẽ eius
venerunt in ſanctam ciuitatem/
et apparuerũt multis. Centurio
autem et qui cum eo erant/ cuſto
dientes ieſum: viſo terremotu/ et
his que fiebant: timuerũt valde/
dicẽtes. a. Vere filius dei erat iſte
m. Erãt autem ibi mulieres mul
te a longe que ſecute erant ieſum
a galilea/ miniſtrantes ei. Inter
quas erat maria magdalene: et
maria iacobi et ioſeph mater: et
mater filioꝛum zebedei. Cum ſe-
ro autem factum eſſet: venit qui-
dam homo diues ab arimathia
nomine ioſeph: qui et ipſe diſcipu
lus erat ieſu. Hic acceſſit ad pyla-
tum/ et petijt coꝛpus ieſu. Tunc
pylatus/ iuſſit reddi coꝛpus Et ac
cepto coꝛpoꝛe ioſeph: inuoluit il-
lud in ſyndone munda: et poſu-
it illud in monumento ſuo nouo
quod exciderat in petra Et aduol
uit ſaxum magnũ ad oſtium mo
numenti: et abijt. Erant autẽ ibi
maria magdalene/ et altera ma-
ria: ſedentes contra ſepulchꝛum

¶ Euange. cantetur moꝛe ſolito

Altera aũt die que eſt poſt
paraſceuen conuenerunt
pꝛincipes ſacerdotum et pharisei
ad pylatum/ dicentes. Domine:
recoꝛdati ſumus: quia ſeductoꝛ il
le dixit adhuc viuens/ poſt tres di
es reſurgam. Iube ergo cuſtodi
ri ſepulchꝛum vſqȝ in diem tertiũ
ne foꝛte veniant diſcipuli eius/ et
furentur eum: et dicant plebi/ ſur
rexit a moꝛtuis. Et erit nouiſſi-
mus erroꝛ: peioꝛ pꝛioꝛe. Ait illis
pylatus. Habetis cuſtodiam. Ite
cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem
abeuntes: munierunt ſepulchꝛũ
ſignantes lapidem: cum cuſtodi
bus. Offer. Impꝛoperiũ expecta-
uit coꝛ meum ⁊ miſeriam/ et ſuſtinui
qui ſimul contriſtaretur et non fuit/
conſolantẽ me queſiui/ et non inueni
et dederunt in eſcam meam fel/ et in
ſiti mea potauerũt me aceto. Secre

Ipſa maieſtati tue domine
fideles populos commen-
det oblatio: que per filium tuum
reconciliauit inimicos. Qui tecũ.
Cõto. Pater: ſi non poteſt hic calix

transire niſi bibam illum: fiat volū-
tas tua. **Complenda.**

Adeſto domīe fidelibus tu-
is: et quos celeſtibus refi-
cis ſacramentis: a terrenis cōſer-
ua periculis. Per dn̄m noſtrum.

¶ **Feria ij. poſt do. in ramiſpal.**

Iudica domine nocen
tes me: expugna im-
pugnātes me/ appre-
hende arma et ſcutū/
et exurge in adiutori-
um meum/ domine virtus ſalu-
tis mee Ps. Effunde frameā et con
clude aduerſus eos qui me perſequū
tur. Iudica. Nō dicitur Gloria pa
tri. Oremus. Flectamus genua
leuate. **Collecta.**

Da queſumus omnipotēs
deus: vt qui in tot aduer-
ſis ex nr̄a infirmitate deficimus/
intercedēte vnigeniti filij tui paſ
ſione reſpiremus. Qui tecum vi.

¶ **Lectio Iſaye prophete.** l.

In diebus illis. Dixit iſay-
as. Dominus deus aperu
it michi aurē: ego autem non con
tradico/ retrorſum non abij. Cor-
pus meum dedi percutientibus:
et genas meas vellentibus. Faci
em meam non auerti ab increpā
tibus/ et conſpuētibus in me. Do
minus deus auxiliator meus: et
ideo non ſum confuſus. Ideo po
ſui faciem meam vt petram du-
riſſimam: et ſcio quoniā non con
fūdar. Iuxta eſt qui iuſtificat me
quis contradicet michi? Stemus
ſimul. Quis eſt aduerſarius me-
us? Accedat ad me. Ecce dominꝰ
deus auxiliator meus: q̄s eſt qui
condemnet me? Ecce omnes qua
ſi veſtimentum conterentur: ti-
nea comedet eos. Quis ex vobis
timens dominum: audiens vocē
ſerui ſui? Quis ambulauit in te-
nebris: et non eſt lumen ei? Spe-
ret in nomine domini: et innita-
tur ſuper dominum deum ſuum
**Grad.** Exurge domīe et intēde iu
dicio meo: deus meus et dn̄s meus
in cauſam meam. V. Effunde frame
am: et cōclude aduerſus eos/ qui me
perſequuntur. **Tractus.**

Domine non ſecundū pecca-
ta noſtra facias nobis: neq̄
ſecundū iniquitates noſtras retribu
as nobis. V. Domine ne memine-
ris iniquitatum noſtrarum antiqua
rum cito anticipent nos miſericordie
tue/ quia pauperes facti ſumus ni-
mis. V. Adiuua nos deus ſalutaris
noſter: et propter gloriam nominis
tui domine libera nos/ et propicius
eſto peccatis noſtris/ propter nomē
tuum. **Secundū Iohannē.** xij.



In illo tp̄e
Ante ſex
dies paſche: ve-
nit ieſus betha-
niam/ vbi laza-
rus fuerat mor-
tuus/ quem ſu-
ſcitauit ieſus Fe
cerunt autem ei
cenā ibi: et martha miniſtrabat.
Lazarus vero vnus erat ex diſcū
bentibus cum eo. Maria ergo ac
cepit libram vnguenti nardi pi-
ſtici precioſi: et vnxit pedes ieſu: et
extersit capillis ſuis pedes eius: et
domus impleta eſt ex odore vn-
guenti. Dixit ergo vnus ex diſci-
pulis eius iudas ſcariothis q̄ erat

eum traditurus. Quare hoc vn-
guentum non venijt trecentis de
narijs: ⁊ datum eſt egenis? Dixit
autem hoc/nõ quia de egenis per
tinebat ad eum: ſed quia fur erat
et loculos habens: ea que mitte-
bantur/portabat. Dixit ergo ie-
ſus. Sinite illam/vt in diem ſe-
pulture mee ſeruet illud. Paupe-
res enim ſemper habebitis vobiſ
cum: me autem non ſemper habe
bitis. Cognouit ergo turba mul-
ta ex iudeis quia illic eſt: et vene-
runt non propter ieſum tantum
ſed vt lazarum viderent quem ſu
ſcitauit a mortuis. Cogitauerũt
autem principes ſacerdotum/vt
et lazarum interficerẽt: quia mul
ti propter illum abibant ex iude-
is: et credebant in ieſum. In cra-
ſtinum autẽ turba multa que ve
nerat ad diem feſtum: cum audiſ
ſent q̃a venit ieſus hieroſolymã:
acceperunt ramos palmarum: ⁊
proceſſerunt obuiam ei/et clama
bant. Oſanna benedictus qui ve
nit in nomine domini: rex iſrael.
Et inuenit ieſus aſellum: et ſedit
ſuper eum ſicut ſcriptum eſt. No
li timere filia ſyon: ecce rex tuus
venit/ſedens ſuper pullum aſine
Hec non cognouerũt diſcipuli e-
ius primum: ſed quando glorifi-
catus eſt ieſus: tunc recordati ſũt
quia hec erant ſcripta de eo: et hec
fecerunt ei. Teſtimoniũ ergo per
hibebat turba que erat cũ eo/quã
do lazarum vocauit de monumẽ
to et ſuſcitauit eũ a mortuis. Pro
pterea et obuiam venit ei turba:
quia audierunt eum feciſſe hoc ſi
gnum. Pharisei ergo dixerũt ad
ſemetipſos. Videtis q̃a nichil pro
ficimus Ecce mundus totus poſt
eum abijt Erant autem gentiles
quidam ex his qui aſcenderant:
vt adorarent in die feſto. Hi ergo
acceſſerunt ad philippum/qui e-
rat a bethſayda galilee: et roga-
bant eum dicentes. Domine/vo-
lumus ieſum videre. Venit phi-
lippus: et dicit andree. Andreas
rurſum et philippus: dixerunt ie
ſu. Jeſus autem reſpondit eis di-
cens. Venit hora: vt clarificetur
filius hominis. Amen amen di-
co vobis: niſi granum frumenti
cadens in terram mortuum fue-
rit/ipſum ſolum manet. Si autẽ
mortuum fuerit: multum fructũ
affert. Qui amat animam ſuam
perdet eam. Et qui odit animam
ſuam in hoc mundo: in vitã eter
nam cuſtodit eam. Si quis mihi
miniſtrat me ſequatur. Et vbi ſũ
ego: illic ⁊ miniſter meus erit. Si
quis michi miniſtrauerit: honori
ficabit eum pater meus. Nũc ani
ma mea turbata eſt. Et quid dicã
Pater: ſaluifica me ex hora hac.
Sed propterea veni in horã hanc
Pater clarifica nomen tuum. Ve
nit ergo vox de celo dicens. Et cla
rificaui: et iterũ clarificabo. Tur
ba ergo que ſtabat et audierat/di
cebat tonitruum factum eſſe. Alij
dicebant. Angelus ei locutus eſt.
Reſpõdit ieſus et dixit. Non pro
pter me hec vox venit: ſed propter
vos. Nunc iudiciũ eſt mundi nũc
princeps huius mũdi eijcietur fo
ras. Et ego ſi exaltat⁹ fuero a ter
ra: omnia traham ad meipſum.
Hoc aũt dicebat: ſignificans qua

moꝛte eſſet moꝛiturus. Reſpon=
dit turba. Nos audiuimus ex le=
ge: quia chꝛiſtus manet in eternũ
Et quomodo tu dicis/ opoꝛtet ex=
altari filium hominis? Et quis
eſt iſte filius hominis. Dixit ergo
eis ieſus. Adhuc modicum lumẽ
in vobis eſt. Ambulate dum lu=
cem habetis: vt non tenebꝛe vos
compꝛehendant Et qui ambulat
in tenebꝛis neſcit quo vadat. Dũ
lucem habetis/ credite in lucem:
vt filij lucis ſitis. Hec locutus eſt
ieſus et abijt: et abſcõdit ſe ab eis
Offꝛ. Eripe me de inimicis meis
domine ad te confugi doce me facere
voluntatem tuam: quia deus meus
es tu. Secreta.

HEc ſacrificia nos omnipo=
tens deus potenti virtute
mundatos: ad ſuum faciant pu=
rioꝛes venire pꝛincipium. Per do
minũ noſtrum. Pꝛefatio. Qui ſa
lutem. Cõio. Erubeſcant et reue=
reantur ſimul/ qui gratulantur ma=
lis meis: induantur pudoꝛe et reue=
rentia/ qui maligna loquũtur aduer
ſum me. Complenda.

PRebeãt nobis domine di=
uinum tua ſancta feruoꝛẽ
quo eoꝛum pariter et actu delecte
mur et fructu. Per dominũ. Su
per populũ Oꝛemus. Humiliate
capita veſtra deo. Oꝛatio.

POpulũ tuum domine que
ſumus ad te toto coꝛde cõ=
uerte: quia quos defendis etiam
delinquentes: maioꝛi pietate tue
ris/ et ſincera mẽte deuotos. Per
dominũ noſtrũ ieſum chꝛiſtũ fili
um tuum. Qui tecum viuit. ꝛc.

Feria iiij. poſt do. in ramiſpal.

NOs autem gloꝛia
ri opoꝛtet in cruce
domini noſtri ie=
ſu chꝛiſti: ĩ quo eſt
ſalus vita et reſur
rectio noſtra: per
quem ſaluati et liberati ſumus.
Ps. Deus miſereatur noſtri: et be=
nedicat nobis: illuminet vultum ſu
um ſuper nos/ et miſereatur noſtri.
Nõ dicitur Gloꝛia patri. Nos au
tem gloꝛiari. Collecta.

OMnipotens ſempiterne de
us: da nobis ita dominice
paſſionis ſacramenta peragere:
vt indulgentiam percipere mere
amur. Per dñm noſtrum ieſum.

Lectio hieremie prophete. xj.

IN diebus illis. Dixit hiere
mias. Domine/ demõſtra=
ſti michi et cognoui: tu oſtendiſti
michi ſtudia eoꝛum. Et ego qua=
ſi agnus mãſuetus qui poꝛtatur
ad victimam/ et non cognoui: q̃a
cogitauerunt ſuper me conſilia:
dicentes. Venite et mittamus li=
gnum in panẽ eius: ⁊ eradamus
eum de terra viuẽtium: et nomẽ
eius non memoꝛetur amplius.
Tu autem domine ſabaoth qui
iudicas iuſte: et pꝛobas renes et
coꝛda videam vltionem tuam ex
eis. Tibi enim reuelaui cauſam
meam. Domine deus meus. Gꝛ.
Ego autem dum michi moleſti eſ=
ſent induebam me cilicio: et humilia
bam in ieiunio animã meam. et oꝛa=
tio mea in ſinu meo conuertetur. V.
Judica domine nocentes me/ expu=
gna impugnantes me/ appꝛehende
arma et ſcutum: et exurge in adiu=
toꝛium michi.




Cm. Paſſio domini noſtri ieſu chriſti. Scdm Marcum. xiiij.

IN illo tēpoꝛe. Erat autem
paſcha: ⁊ azima poſt bidu-
um. Et querebant ſummi ſacer-
dotes et ſcribe: quomodo ieſum
dolo tenerent et occiderent. Dice
bant enim. a. Non in die feſto. m
Ne foꝛte tumult⁹ fieret in popu-
lo. Et cū eſſet ieſ⁹ bethanie in do
mo ſymonis lepꝛoſi et recūberet
venit mulier habens alabaſtrū
vnguenti nardiſpicati pꝛecioſi.
Et fracto alabaſtro: effudit ſup
caput eius. Erant autem quidā
indigne ferētes itra ſemetipſos/
et dicentes. a. Ut quid pditio iſta
vnguenti facta eſt? Poterat enī
vnguentū iſtud venundari pluſ-
q̃ trecentis denarijs: et dari pau
peribus. m. Et fremebāt in eam.
Jeſus autem dixit. b. Sinite eā.
Quid illi moleſti eſtis? Bonum
opus: operata eſt in me. Semp
enim pauperes habetis vobiſcū
et cū volueritis poteſtis illis be-
nefacere Me autem non ſemper
habebitis Quod habuit hec fecit
Pꝛeuenit vngere coꝛpus meum:
in ſepulturā. Amen dico vobis:
vbicunqꝫ pꝛedicatū fuerit euan-
gelium iſtud in vniuerſo mūdo/
et ꝙ fecit hec narrabit in memo-
riam eius m Et iudas ſcariothis
vnus de duodecim: abijt ad ſum
mos ſacerdotes vt pꝛoderet eum
illis. Qui audientes gauiſi ſunt:
et pꝛomiſerūt ei pecuniam ſe da-
turos. Et querebat quomodo il-
lū opoꝛtune traderet. Et pꝛimo
die azimoꝛum quando paſca im
molabant: dicunt ei diſcipuli. a.
Quo vis eamus et paremus tibi
vt manduces paſca? m Et mittit
duos ex diſcipl'is ſuis: et dicit eis
b. Ite in ciuitatē: et occurret vo-
bis homo lagenā aque baiulans
Sequimini eum: et quocunqꝫ in-
troierit/ dicite dn̄o dom⁹: q̇a ma-
giſter dicit. Ubi eſt refectio mea:
vbi paſcha cum diſcipulis meis
manducem? Et ipſe vobis demō-
ſtrabit cenaculū grande ſtratū:
et illic parate nobis. m. Et abie-
runt diſcipuli eius: et venerūt in
ciuitatē: et inuenerunt ſicut dixe
rat illis: et parauerūt paſca. Ue-
ſpere autē facto: venit cum duo-
decim. Et diſcūbētibus eis et mā
ducantibus: ait ieſus. b Amen di
co vobis: quia vnus ex vobis me
tradet: qui manducat mecū. m.
At illi ceperunt contriſtari: et di
cere ei ſingulatim. a. Nūquid e-
go? m. Qui ait illis. b. Unus ex
duodecim qui intingit mecū ma

# Paſſio ſecundum marcum.

num in catino Et filius quidem
hominis vadit: ſicut ſcriptũ eſt
de eo. Ve autem homini illi: per
quẽ filius hoīs tradetur. Bonũ
erat ei: ſi nõ eſſet natus homo il-
le. m Et mãducãtibus illis: acce-
pit ieſus panẽ/ et benedicens fre-
git: et dedit eis/ et ait. b Sumite:
hoc eſt corpus meum. m Et acce-
pto calice: gratias agens/ dedit
eis. Et biberũt ex illo omnes. Et
ait illis. b Hic eſt ſãguis meus no
ui teſtamẽti: qui pro multis effũ-
detur. Amen dico vobis: ꝙ iam
non bibam de genimine vitis vſ
q; in diem illum: cum illud bibã
nouum in regno dei. m. Et hym
no dicto: exierunt in montem oli
uarum. Et ait eis ieſus. b. Oẽs
ſcãdalizabimini in nocte iſta: ꝗa
ſcriptum eſt. Percutiam paſtorẽ
et diſpergẽtur oues. Sed poſtea
ꝙ reſurrexero: precedã vos in ga
lileam. m Petrus autem ait ei. a
Et ſi omnes ſcandalizati fuerint
ſed non ego. m Et ait illi ieſus. b.
Amen dico tibi: quia tu hodie in
nocte hac priuſꝗ̃ bis gallus vocẽ
dederit: ter me es negaturus. m.
At ille amplius loquebatur. a. Et
ſi oportuerit me ſimul commori
tibi: non te negabo. m Similiter
autem et omnes dicebant. Et ve
niunt in prediũ cui nomen geth-
ſemani: et ait diſcipulis ſuis. b.
Sedete hic: donec orem. m. Et aſ
ſumpſit petrum et iacobum et io
hannem ſecum: et cepit pauere ⁊
tedere. Et ait illis. b. Triſtis eſt
anima mea vſq; ad mortem. Su
ſtinete hic et vigilate. m. Et cum
proceſſiſſet paululũ: procidit ſu-
per terram et orabat: vt ſi fieri
poſſet tranſiret ab eo hora/ et di-
xit. b Abba pater omnia tibi poſ
ſibilia ſunt: transfer calicem hũc
a me. Sed non quod ego volo:
ſed quod tu. m Et venit: et inue-
nit eos dormientes: et ait petro.
b. Symon dormis? Non potui-
ſti vna hora vigilare? Vigilate ⁊
orate: vt non intretis in tempta-
tionem. Spiritus quidem prom
ptus eſt caro autem infirma. m.
Et iterum abiens: orauit eundẽ
ſermonẽ/ dicens. Et reuerſus de-
nuo: iuenit eos dormiẽtes. Erãt
enĩ oculi eorum grauati: et igno
rabant quid reſponderent ei. Et
venit tertio: et ait illis. b. Dormi
te iam et requieſcite. Sufficit: ve
nit hora: ecce tradetur filius ho-
minis in manus peccatorũ Sur
gite eamus. Ecce qui me tradet:
prope eſt. m Et adhuc eo loquen-
te: venit iudas ſcarioth vnus ex
duodecim: et cum eo turba mĺta
cum gladijs et lignis miſſi a ſũ-
mis ſacerdotibꝰ et ſcribis ⁊ ſenio
ribus. Dederat autẽ traditor eis
ſignum dicens. a Quẽcunq; oſcu
latus fuero: ipſe eſt/ tenete eum.
et ducite caute. m. Et cũ veniſſet:
ſtatim accedens ad eũ/ ait. a Aue
rabbi. Et oſculatus eſt eum. At
illi manus iniecerunt in ieſum:
et tenuerũt eum. Vnus autẽ qui-
dam de circunſtãtibus/ educens
gladiũ: percuſſit ſeruum ſummi
ſacerdotis: et amputauit illi au-
riculam. Et reſpondẽs ieſus/ ait
illis. b. Tanꝗ̃ ad latronẽ exiſtis
cum gladijs et lignis cõprehen-
dere me. Quotidie eram apud

vos in templo docens: et non me
tenuiſtis. Sed vt adimpleantur
ſcripture. m Tunc diſcipuli eius
relinquentes eum oēs fugerunt.
Adoleſcens autē quidā ſequebat
eum: amict⁹ ſyndone ſup nudo /
et tenuerunt eum. At ille reiecta
ſyndone: nudus pꝛofugit ab eis.
Et adduxerūt ieſum ad ſummū
ſacerdotē: et cōuenerunt omnes
ſacerdotes et ſcribe et ſenioꝛes.
Petrus autē a longe ſecutus eſt
eum: vſqꝫ intro in atriū ſummi
ſacerdotis. Et ſedebat cum mini
ſtris: et calefaciebat ſe ad ignem
Summi vero ſacerdotes ⁊ oīne
conciliū querebant aduerſus ie=
ſum teſtimoniū: vt eū moꝛti tra=
derent / nec inueniebant. Multi
enim falſum teſtimoniū dicebāt
aduerſus eum: et cōuenientia te=
ſtimonia non erāt. Et quidā ſur=
gentes: falſū teſtimoniū ferebāt
aduerſus eum dicētes a Quoniā
nos audiuim⁹ eum dicentē. Ego
diſſoluā tēplū hoc manufactū /
et poſt triduū aliud nō manufa=
ctum edificabo. m Et nō erat con
ueniēs teſtimoniū illoꝝ. Et exur
gens ſūmus ſacerdos in mediū:
interrogauit ieſum dicēs. a. Nō
reſpōdes quicꝙ̄ ad ea q̄ tibi obij=
ciuntur ab his? m Ille autem ta=
cebat: et nihil reſpondit. Rurſū
ſummus ſacerdos īterrogabat
eum: et dixit ei. a. Tu es chꝛiſtus
filius dei benedicti? m. Jeſus au=
tem dixit illi. b Ego ſum. Et vide
bitis filium hoīs a dextris ſeden=
tem virtutis dei: et venientē cum
nubibus celi. m. Sūmus autem
ſacerdos ſcindens veſtimēta ſua
ait. a. Quid adhuc deſideramus
teſtes? Audiſtis blaſphemiam:
quid vobis videtur? m. Qui om=
nes cōdēnauerūt eum reum eſſe
moꝛtis. Et ceperūt quidā cōſpue
re eum: et velare faciē eius: et co=
laphis eum cedere et dicere ei. a.
Pꝛophetiza. m. Et miniſtri ala=
pis eum cedebāt. Et cum eſſet pe
trus in atrio deoꝛſum: venit vna
ex ancillis ſummi ſacerdotis. Et
cū vidiſſet petrū calefacientē ſe:
aſpiciens illū / ait. a Et tu cū ieſu
nazareno eras m At ille negauit
dicēs. a Neqꝫ ſcio: neqꝫ noui quid
dicas. m Et exijt foꝛas āte atriū:
et gallus cantauit. Rurſus autē
cum vidiſſet illū ancilla: cepit di
cere circūſtantib⁹. a. Quia hic ex
illis eſt. m. At ille iterū negauit.
Et poſt puſillū: rurſus qui aſta=
bant / dicebant petro: a Uere ex il
lis es. Nam et galileus es. m. Il=
le autem cepit anathematizare ⁊
iurare: quia neſcio hominē iſtū
quem dicitis. Et ſtatim iterū gal
lus cātauit. Et recoꝛdatus eſt pe
trus verbi quod dixerat ei ieſus.
Pꝛiuſꝙ̄ gallus cantet bis / ter me
negabis: et cepit flere. Et confe=
ſtim mane conſiliū facientes ſū=
mi ſacerdotes cum ſenioꝛibus et
ſcribis / et vniuerſo concilio: vin
cientes ieſum duxerunt et tradi=
derunt pylato. Et interrogauit
eum pylatus. a Tu es rex iudeo=
rum? m At ille reſpōdens / ait illi
b. Tu dicis. m. Et accuſabant eū
ſummi ſacerdotes in multis. Pi
latus aūt rurſū interrogauit eū
dicens. a. Non reſpōdes quicꝙ̄?
Uide in quantis te accuſant. m.

Jeſus autẽ amplius nihil reſpõ-
dit: ita vt miraretur pylatus. Per
diem aũt feſtũ dimittere ſolebat
illis vnũ ex vinctis: quecunqꝫ pe-
tiſſent. Erat autẽ qui dicebatur
barrabas: qui cũ ſedicioſis erat
vinctus: qui in ſeditione fecerat
homicidiũ. Et cum aſcẽdiſſet tur
ba: cepit rogare ſicut ſemper fa-
ciebat illis. Pylatus autẽ reſpõ-
dit eis: et dixit. a. Uultis dimittã
vobis regẽ iudeorũ? m. Sciebat
enim: ꝙ per inuidiã tradidiſſent
eum ſũmi ſacerdotes. Põtifices
autem cõcitauerũt turbã: vt ma
gis barrabã dimitteret eis. Py-
latus autẽ iterum reſpõdens/ait
illis. a Quid ergo vultis faciam
regi iudeorũ? m. At illi iterũ cla-
mauerũt. a Crucifige eũ. m. Py-
latus vero/dicebat eis. a. Quid
enim mali fecit? m At illi magis
clamabant. a Crucifige eum. m.
Pylatus autẽ volens populo ſa-
tiſfacere: dimiſit illis barrabam
et tradidit ieſum flagellis ceſum
vt crucifigeretur. Milites autẽ du
xerũt eũ intro in atriũ pretorij:
et cõuocãt totã cohortẽ. Et indu-
unt eum purpura: et imponũt ei
plectẽtes ſpineã coronã: et cepe-
runt ſalutare eũ. a Aue rex iudeo
rum. m. Et ꝑcutiebãt caput eius
arũdine: et cõſpuebãt eũ. Et po-
nentes genua adorabãt eum. Et
poſtꝙ illuſerũt ei: exuerũt illum
purpura: et induerũt eũ veſtimẽ
tis ſuis: et educũt illũ vt crucifi-
gerent eũ. Et angariauerũt pre-
tereuntẽ quẽpiã ſymonẽ cyreneũ
venientẽ de villa: patrẽ alexãdri
et ruffi: vt tolleret crucẽ eius. Et
perducũt illũ in golgotha locũ:
quod eſt interpretatũ caluarie lo
cus. Et dabãt ei bibere myrratũ
vinũ: et non accepit. Et crucifigẽ
tes eũ/diuiſerũt veſtimẽta eius:
mittẽtes ſortẽ ſuꝑ eis quis quid
tolleret. Erat autẽ hora tertia: ⁊
crucifixerũt eum. Et erat titulus
cauſe eius inſcriptus: rex iudeo-
rũ. Et cum eo crucifigũt duo la-
trones: vnũ a dextris/⁊ aliũ a ſi-
niſtris eius Et adimpleta eſt ſcri
ptura que dicit: et cũ iniquis de-
putatus eſt. Et pretereũtes blaſ-
phemabãt eum mouẽtes capita
ſua/et dicẽtes. a Vach ꝗ deſtruis
tẽplũ dei/et in trib⁹ diebus reedi-
ficas/Saluum fac temetipſũ de-
ſcendens de cruce. m. Similiter
et ſummi ſacerdotes illudentes
ad alterutrũ: cũ ſcribis dicebant
a. Alios ſaluos fecit: ſeipſum nõ
poteſt ſaluũ facere. Chriſtus rex
iſrael: deſcẽdat nunc de cruce: vt
videamus et credamus ei. m. Et
qui cum eo erãt crucifixi: cõuicia
bantur ei. Et facta hora ſexta: te-
nebre facte ſunt per totã terram
vſqꝫ in horã nonã. Et hora nona
exclamauit ieſus voce magna di
cens. b Heloy/heloy/lamazaba-
thani? m Quod eſt interꝑtatũ. b
Deus meus deus meus: vt quid
dereliquiſti me? m Et quidam de
circũſtantibus audiẽtes: dicebãt
a. Ecce helyã vocat. m. Currens
autẽ vnus: ⁊ implẽs ſpongiã ace
to: circũponẽſqꝫ calamo: potum
dabat ei/dicens. a Sinite videa-
mus ſi veniat helyas ad deponẽ-
dũ eũ. m Jeſus autẽ emiſſa voce
magna: expirauit. Hic flexis ge-

nibꝰ legaꝛ Pater noſter. m Et velum tẽpli ſciſſũ eſt in duo: a ſurſum vſqꝫ deoꝛſũ. Videns aũt centurio qui ex aduerſo ſtabat: quia ſic clamãs expiraſſet ait. a. Vere homo hic filius dei erat. m Erãt autẽ et mulieres de lõge aſpicientes: iter quas erat maria magdalene: et maria iacobi minoꝛis: et ioſeph mater et ſalome. Et cum eſſet in galilea ſequebanꝛ eum: ⁊ miniſtrabãt ei. Et alie multe q̃ ſimul cũ eo aſcẽderãt hieroſolimã

¶ Euange. canta moꝛe cõſueto.

Et cum iam ſero factũ eſſet quia erat paraſceue qḋ eſt ante ſabbatum: venit ioſeph ab arimathia nobilis decurio: qui et ipſe erat expectans regnũ dei. Et audacter introiuit ad pilatũ et petijt coꝛpus ieſu. Pylatus autem mirabaꝛ: ſi iam obijſſet. Et accerſito centurione: interrogauit eũ/ ſi iam moꝛtuus eſſet Et cũ cognouiſſet a cẽturione donauit coꝛpus ioſeph. Joſeph autẽ mercatus ſyndonẽ: ⁊ deponẽs eũ/ inuoluit ſyndone: et poſuit eum in monumẽto quod erat exciſũ de petra. Et aduoluit lapidẽ: ad hoſtiũ monumenti. Offr. Cuſtodi me dñe de manu peccatoꝛis: et ab hominibus iniquis eripe me dñe Sec.

Sacrificia q̃s dñe nos ꝓpẽſius iſta reſtaurẽt: que medicinalibꝰ ſunt inſtituta ieiunijs Per dñm. Pꝛefatio. Qui ſalutẽ.

Coio. Aduerſum me exercebanꝛ qui ſedebãt in poꝛta: et in me pſallebant qui bibebãt vinũ: ego vero oꝛationẽ meã ad te dñe tẽpus bñplaciti deus in multitudine mie tue. Cõplẽ

Sanctificationibus tuis q̃s oꝑs deus: ⁊ vicia noſtra curẽtur: et remedia nobis ſempiterna ꝓueniãt. Per. Sup populũ. Oꝛemꝰ. Huiliate capita vr̃a deo

Tua nos miſericoꝛdia deꝰ et ab omni ſurreptiõe vetuſtatis expurget: ⁊ capaces ſancte nouitatis efficiat. Per dñm.

¶ Feria. iiij. poſt do. i ramiſpal.

In noie dñi omne genu flectaꝛ celeſtiũ/ terreſtriũ/ et infernoꝛũ: quia dñs factꝰ eſt obediens vſqꝫ ad moꝛtẽ/ moꝛtẽ aũt crucis. ideo dñs ieſus chꝛiſtus/ in gloꝛia eſt dei patris. ps. Dñe exaudi oꝛationẽ meã: et clamoꝛ meus ad te veniat. Non dicitꝛ Gloꝛia pa. In noie. ſine Dñs vobiſcũ. Oꝛemꝰ Flectamus. Collꝫ

Preſta q̃s oꝑs deus: vt qui noſtris exceſſibus inceſſãter affligimur: per vnigeniti tui paſſionẽ liberemur. Qui tecum.

Lectio Iſaie ꝓphete. lxij. ⁊. lxiij

Hec dicit dñs deus. Dicite filie ſyõ. Ecce ſaluatoꝛ tuꝰ venit: ecce merces eiꝰ cũ eo Quis eſt iſte q̇ venit de edom: tinctis veſtibus de boſra. Iſte foꝛmoſꝰ in ſtola ſua: gradiẽs in multitudie foꝛtitudinis ſue Ego qui loquoꝛ iuſticiam: et ꝓpugnatoꝛ ſum ad ſaluandũ. Quare ergo rubꝛũ eſt indumentũ tuũ: et veſtimẽta tua ſicut calcãtiũ in toꝛculari. Toꝛcular calcaui ſolus: et de gentibꝰ nõ eſt vir mecũ. Calcaui eos i furoꝛe meo: et cõculcaui eos in ira mea. Et aſperſus eſt ſãguis eoꝛũ ſuper veſtimẽta mea: et oĩa indu

mēta mea inquinaui Dies eni ul tionis in corde meo: annus retri butionis mee venit.. Circūſpexi et non erat auxiliator: queſiui/ et non fuit qui adiuuaret. Et ſalua uit michi brachiū meum: et indi- gnatio mea ipſa auxiliata eſt mi chi. Et cōculcaui populos in fu- rore meo: et inebriaui eos indig- natione mea: et detraxi in terrā virtutē eorum. Miſerationū dñi re cordabor: laudem dñi ſuper om- nibus que reddidit nobis: dñs de us noſter. Gr. Ne auertas faciē tuam a puero tuo: qm̄ tribulor velo citer exaudi me. ℣. Saluū me fac de us: qm̄ intrauerūt aque vſq ad ani- mā meā: infixus ſum in limo profū- di/ et non eſt ſubſtātia. Dñs vobiſ. Oremus Flectamus ge. Colla.

Deus q̄ pro nobis filiū tuū crucis patibulū ſubire vo luiſti vt inimici a nobis expelleres poteſtatē: cōcede nobis famulis tu- is: vt reſurrectiōis gloriā conſe- quamur. Per. Lcō iſaie pphē. liij

In dieb⁹ illis. Dixit iſayas Dñe: quis credidit auditui noſtro: et brachiū dñi cui reuela- tum eſt? Et aſcendit ſicut virgul- tum corā eo: et ſicut radix de ter- ra ſitiēti Nō eſt ſpecies ei neq de- cor: et vidimus eum et nō erat aſ- pectus. Et deſiderauim⁹ eum de- ſpectū et nouiſſimū virorū: virū dolorū et ſcientē infirmitatē. Et quaſi abſcōdit⁹ vultus eius et de- ſpectus: vnde nec reputauim⁹ eū Uere lāguores noſtros ipſe tulit et dolores noſtros ipſe portauit. Et nos putauim⁹ eū quaſi lepro ſum: et pcuſſū a deo/ et huiliatū. Ipſe aūt vulnerat⁹ eſt ppter ini- quitates nr̄as: attritus eſt ppter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtre ſup eū: et liuore eius ſana- ti ſumus. Oēs nos quaſi oues er rauimus vnuſqſq in viā ſuā de- clinauit. et dñs poſuit in eo iniq- tatē omniū noſtrum. Oblatus eſt/ qa ipſe voluit/ et nō aperuit os ſuū. Sicut ouis ad occiſionē du- cetur: et quaſi agn⁹ corā tōdente ſe obmuteſcet: et non aperiet os ſuū. De āguſtia et de iudicio ſub- latus eſt. Generationē eius quis enarrabit? Quia abſciſus eſt de terra viuentiū: ppter ſcelus po- puli mei percuſſi eū. Et dabit im pios pro ſepultura: et diuites pro morte ſua. eo q iniquitatē nō fe- cerit: neq dolus fuerit in ore ei⁹. Et dñs voluit conterere eū in in- firmitate. Si poſuerit pro pecca to aīam ſuam/ videbit ſemen lō- geuū: et volūtas dñi in manu ei⁹ diriget: pro eo q tradidit in mor tem animā ſuam: et cum ſcelera tis reputatus eſt. Et ipſe pecca- ta multorum tulit: et pro tranſ- greſſoribus orauit vt nō perirēt. Dicit dñs: omnipotēs. Tractus

Domie exaudi orationē meā: et clamor meus ad te veniat ℣. Ne auertas faciē tuā a me: i qua cūq die tribulor/ inclina ad me aurē tuā. ℣. In quacūq die iuocauero te velociter exaudi me. ℣. Quia defece rūt ſicut fum⁹ dies mei: et oſſa mea ſicut in frixorio cōfrixa ſunt. ℣. Per- cuſſus ſum ſicut fenū et aruit cor me um: quia oblit⁹ ſum comedere panē meū. ℣. Tu exurgēs dñe miſerebe- ris ſyō: quia venit tēp⁹ miſerēdi ei⁹.



Salutatio non dicitur. ſed tantum Paſſio dñi noſtri ieſu chriſti: Secundum Lucam. xxij.

In illo tempore. m Appropinquabat dies feſtus azimorũ: qui dicit paſcha. Et querebant principes ſacerdotũ et ſcribe: quomodo ieſum interficerẽt. Timebant vero plebẽ. Intrauit autem ſathanas in iudam qui cognominabat ſcarioth: vnum de duodecim. Et abijt et locutus eſt cum principib⁹ ſacerdotũ et magiſtratibus / quẽadmodũ illũ traderet eis. Et gauiſi ſunt: et pacti ſunt pecuniã illi dare. Et ſpopõdit. Et querebat oportunitatem vt traderet illũ ſine turbis. Venit autẽ dies azimorũ: in qua neceſſe erat occidi paſcha: et miſit petrũ et iohannẽ dicẽs. b. Eũtes parate nobis paſcha: vt manducemus. At illi dixerunt. Vbi vis: parem⁹? Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem occurret vobis homo quidã amphoram aque portans. Sequimini eum in domum in quam intrat: et dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magiſter Vbi eſt diuerſorium vbi paſcha cum diſcipulis meis manducem? Et ipſe oſtendet vobis cenaculum magnum ſtratum: et ibi parate. m. Euntes autem inuenerunt ſicut dixit illis: et parauerunt paſcha Et cum facta eſſet hora diſcubuit: et duodeci apoſtoli cum eo Et ait illis. b. Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcũ: anteq̃ patiar. Dico enim vobis: quia ex hoc non manducabo illud / donec impleat in regno dei. m Et accepto calice: gratias egit et dixit. b. Accipite et diuidite inter vos. Dico enim vobis: q̄ non bibam de generatione vitis / donec regnum dei veniat. m. Et accepto pane: gratias egit: et fregit / et dedit eis dicens. b. Hoc eſt corpus meũ quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. m. Similiter et calicem: poſtq̃ cenauit dicẽs. b. Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo qui pro vobis fundetur. Veruntamen ecce manus tradentis me: mecum eſt in menſa. Et quidem filius hominis ſecundũ q̄ diffinitum eſt vadit. Verũtamẽ ve homini illi per quem tradetur. m. Et ipſi ceperũt querere inter ſe: quis eſſet ex eis qui hoc facturus eſſet. Facta eſt autem et contentio inter eos: quis eorũ videret eſſe maior. Dixit au

tem eis. b Reges gentium domi-
nantur eorum: et qui poteſtatem
habent ſuper eos / benefici vocā-
tur. Uos autem non ſic Sed qui
maior eſt in vobis / fiat ſicut iu-
nior: et qui preceſſor eſt ſicut mini-
ſtrator. Nam quis maior eſt: qui
recumbit / an qui miniſtrat? Nō-
ne qui recumbit? Ego autē in me
dio veſtrum ſum / ſicut qui mini-
ſtrat. Uos autē eſtis: qui permā-
ſiſtis mecū in tēptationibus me-
is. Et ego diſpono vobis / ſicut di
ſpoſuit mihi pater meus regnū:
vt edatis et bibatis ſuper menſā
meam in regno meo: et ſedeatis
ſuper thronos iudicantes duode
cim tribus iſrael. m. Ait autem
dñs ſimoni. b Symon ſymō: ec-
ce ſathanas expetiuit vos / vt cri-
brarent ſicut triticū. Ego autem
rogaui pro te: vt non deficiat fi-
des tua. et tu aliquando conuer-
ſus / confirma fratres tuos. m.
Qui dixit ei. a. Domie tecum pa
ratus ſum / ⁊ in carcerē / et in mor
tem ire. m. At ille dixit. b. Dico
tibi petre: non cātabit hodie gal
lus / donec ter abneges noſſe me.
m. Et dixit eis. b. Quando miſi
vos ſine ſacculo / et pera / et calcia
mētis: nūquid aliquid defuit vo-
bis? m. At illi dixerunt? a. Nihil
m. Dixit ergo eis. b. Sed nunc
qui habet ſacculum: tollat ſimi-
liter et peram. Et qui non habet
vendat tunicā ſuam / et emat gla
dium. Dico enim vobis: quoniā
adhuc hoc quod ſcriptum eſt o-
portet impleri in me: et cum ini-
quis deputatus eſt. Etenim ea q̄
ſunt de me: finem habent. m. At
illi dixerunt. a. Domine / ecce gla
dij duo hic. m. At ille dixit eis. b.
Satis eſt. m. Et egreſſus ibat ſe-
cundum conſuetudinē in montē
oliuarum. Secuti ſunt autem il
lum: et diſcipuli. Et cum perue-
niſſet ad locū: dixit illis. b. Ora-
te: ne intretis in tentationem. m
Et ipſe auulſus eſt ab eis. quan-
tum iactus eſt lapidis Et poſitis
genibus: orabat dicens. b. Pater
ſi vis trāſfer calicem iſtum a me.
Ueruntamen non mea voluntas
ſed tua fiat. m. Apparuit autem
illi angelus de celo: cōfortans eū
Et factus in agonia prolixiꝰ ora
bat. Et factꝰ eſt ſudor eius / ſicut
gutte ſāguinis decurrētis in ter-
rā Et cū ſurrexiſſet ab oratione:
et veniſſet ad diſcipulos ſuos in-
uenit eos dormiētes pre triſticia.
Et ait illis. b. Quid dormitis?
Surgite orate: ne intretis in ten
tationem. m Adhuc eo loquente
ecce turba et qui vocabat iudas
vnus de duodecim / antecedebat
eos ⁊ appropiquauit ieſu vt oſcu
laretur eum. Jeſus autem dixit
illi. b. Juda oſculo filium homi-
nis tradis? m. Uidentes autē hij
qui circa ipſum erant quod futu
rum erat / dixerunt ei. a. Domie:
ſi pcutimus in gladio? m. Et per
cuſſit vnus ex illis ſeruum prin-
cipis ſacerdotum: et amputauit
auriculam eius dextram. Reſpō
dens autem ieſus ait. b. Sinite
vſq; huc. m. Et cum tetigiſſet au
riculam eius: ſanauit eum. Di-
xit autem ieſus ad eos qui vene-
rant ad ſe principes ſacerdotum
et magiſtratus templi: et ſenio-

res. b Quaſi ad latronem exiſtis
cum gladijs et fuſtib⁹: cum quo-
tidie vobiſcũ fuerim in templo:
non extendiſtis manus in me.
Sed hec eſt hora veſtra: et pote-
ſtas tenebrarum. m Comprehen
dentes autem eum: duxerunt ad
domum principis ſacerdotum.
Petrus vero ſequebat᷑ eum a lõ
ge. Accenſo autem igne in medio
atrij/et circũſedẽtibus illis: erat
petrus in medio eorum. Quem
cum vidiſſet ancilla quedam ſe-
dentem ad lumen/et eum fuiſſet
intuita: dixit. a. Et hic cum illo
erat. m At ille negauit eũ dicens
a. Mulier non noui illum. m Et
poſt puſillum: alius videns eum
dixit. a Et tu de illis es. m. Petr⁹
vero ait. a O homo non ſum. m.
Et interuallo facto quaſi hore vni
us: alius quidam affirmabat: di
cens. a Vere et hic cum illo erat.
Nam et galileus eſt. m Et ait pe-
trus. a Homo: neſcio quid dicis.
m. Et continuo adhuc illo loquẽ
te: cantauit gallus. Et conuerſ⁹
dñs: reſpexit petrum Et recorda
tus eſt petrus verbi dñi ſicut di-
xerat: quia priuſq̃ gallus cantet
ter me negabis. Et egreſſ⁹ foras
petrus: fleuit amare. Et viri qui
tenebant eum: illudebant ei cedẽ
tes. Et velauerunt eum: et percu
ciebãt faciem eius: et interroga-
bant eum/dicentes. a Propheti-
za. Quis eſt qui te percuſſit? m. Et
alia multa blaſphemantes dice-
bant in eum. Et vt factus eſt dies
cõuenerũt ſeniores plebis et prin
cipes ſacerdotum et ſcribe: et du
xerunt illum in concilium ſuum
dicentes. a. Si tu es chriſtus: dic
nobis. m Et ait illis. b Si vobis
dixero: nõ credetis michi. Si au
tem et interrogauero: nõ reſpõ-
debitis mihi neq̃ dimittetis. Ex
hoc autẽ: erit filius hominis ſe-
dens a dextris virtutis dei. m Di
xerunt autem omnes. a Tu ergo
es filius dei? m Qui ait: b Vos di
citis: quia ego ſum. m At illi di-
xerunt. a Quid adhuc deſidera-
mus teſtimoniũ? Ipſi enim audi
uimus de ore eius. m Et ſurgens
omnis multitudo eorum: duxe-
runt illum ad pylatũ. Ceperunt
autem accuſare illum dicentes.
a. Hunc inuenimus ſubuertentẽ
gentem noſtram: et prohibentẽ
tributa dari ceſari: et dicentem
ſe chriſtum regem eſſe. m. Pyla-
tus autem: interrogauit eum di-
cens. a. Tu es rex iudeorum? m.
At ille reſpondens ait. b Tu di-
cis. m. Ait autẽ pylatus ad prin-
cipes ſacerdotũ: et turbas. a Ni-
hil inuenio cauſe in hoc homine
m. At illi inualeſcebãt/dicentes.
a. Cõmouit populum docẽs per
vniuerſam iudeã/ incipiẽs a ga-
lilea vſq̃ huc. m Pylatus autem
audiens galileam: interrogauit
ſi homo galileus eſſet. Et vt co-
gnouit q̃ de herodis poteſtate eſ
ſet: remiſit eum ad herodem qui
et ipſe hieroſolimis erat illis die
bus Herodes autem viſo ieſu ga
uiſus eſt valde. Erat enim cupi-
ens ex multo tẽpore videre eum:
eo q̃ audiret multa de illo: et ſpe
rabat ſignum aliquod videre ab
eo fieri. Interrogabat autem il
lum multis ſermonibus. At ip-

ſe nichil illi reſpõdebat. Stabãt
etiam pꝛincipes ſacerdotũ et ſcri
be: conſtanter accuſantes eum.
Spꝛeuit aũt illum herodes cum
exercitu ſuo: et illuſit indutũ ve=
ſte alba/ et remiſit ad pylatũ. Et
facti ſunt amici herodes et pyla=
tus in ipſa die: nam antea inimi
ci erant adinuicem. Pylatus au
tem conuocatis pꝛincipibus ſa=
cerdotũ et magiſtratibus et ple=
be: dixit ad illos. a. Obtuliſtis mi
chi hunc hominẽ quaſi auerten=
tem populum: et ecce ego coꝛam
vobis interrogans/ nullam cau=
ſam inuenio in homĩe iſto: ex his
in quibus eum accuſatis: ſed ne=
qꝫ herodes. Nam remiſi vos ad
illum: et ecce nihil dignum moꝛ=
te actum eſt ei. Emendatũ ergo
illum dimittam. m. Neceſſe au=
tem habebat dimittere eis per di
em feſtum vnũ. Exclamauit au=
tem ſimul vniuerſa turba/ dicẽs
a. Tolle hunc: et dimitte nobis
barrabam. m Qui erat pꝛopter
ſeditionem quandam factam in
ciuitate et homicidiũ: miſſus in
carcerẽ. Iterum autem pylatus
locutus eſt ad illos: volẽs dimit=
tere ieſum. At illi ſucclamabant
dicentes. a. Crucifige: crucifige
illum. m. Ille autem tertio dixit
ad illos. a. Quid enim mali fecit
iſte? Nullam cauſam moꝛtis in=
uenio in eo. Coꝛripiã ergo illum
et dimittam. m At illi inſtabant
vocibus magnis: poſtulantes vt
crucifigeretur. Et inualeſcebãt
voces eoꝛum. Et pylatus adiudi
cauit fieri petitionẽ eoꝛum. Di=
miſit autẽ illis eum qui pꝛopter
homicidiũ et ſeditionem miſſus
fuerat in carcerẽ quem petebant
ieſum vero tradidit volũtati eo=
rum. Et cum ducerent eum: ap=
pꝛehenderũt ſymonem quendã
cyrenenſem venientem de villa:
et impoſuerũt illi crucem poꝛta
re poſt ieſum. Sequebatur autẽ
illum multa turba populi et mu
lierum: que plangebant et lamẽ
tabantur eum. Conuerſus autẽ
ad illas ieſus dixit. b. Filie hieru
ſalem nolite flere ſuper me: ſed
ſuper voſipſas flete: et ſuper fi=
lios veſtros. Quoniam ecce ve=
nient dies in quibus dicent. Bea
te ſteriles et ventres/ que non ge
nuerunt: et vbera/ que non lacta
uerũt. Tunc incipiẽt dicere mon
tibus/ cadite ſuper nos: et colli=
bus/ operite nos. Quia ſi in viri
di ligno hec faciũt/ in arido quid
fiet? m. Ducebãtur autem et alij
duo neq̃ cum eo: vt interficeren=
tur Et poſtq̃ venerunt in locum
qui vocatur caluarie: ibi crucifi=
xerunt eum/ et latrones: vnum a
dextris/ ⁊ alterum a ſiniſtris. Ie
ſus autẽ dicebat. b. Pater dimit=
te illis: non enim ſciunt quid fa
ciunt. m. Diuidentes vero veſti=
menta eius: miſerunt ſoꝛtes. Et
ſtabat populus expectans: et de=
ridebãt illum pꝛincipes cum eis
dicentes. a Alios ſaluos fecit: ſe=
ipſum ſaluũ faciat/ ſi hic eſt chꝛi=
ſtus dei electus. m. Illudebãt au
tem ei et milites: accedẽtes et ace
tum offerentes illi dicẽtes. a. Si
tu es rex iudeoꝛũ: ſaluum te fac.
m. Erat autem et ſuperſcriptio
ſcripta ſuper illum: litteris gre=

tis et latinis et hebraicis. Hic eſt rex iudeorum. Unus autē de his qui pendebant latronibus blaſphemabat eum: dicens. a. Si tu es chriſtus: ſaluum fac temetipſum et nos. m. Reſpōdens alter: increpabat illum dicens. a. Neqꝫ tu times deum: qui in eadem dānatione es? Et nos quidem iuſte nam digna factis recipimus hic vero nichil mali geſſit. m. Et dicebat ad ieſum. a. Domine: memēto mei/dum veneris in regnū tuū. m. Et dixit illi ieſus. b. Amē dico tibi: hodie mecū eris in paradiſo. m. Erat autem fere hora ſexta et tenebre facte ſunt in vniuerſa terra: vſqꝫ in horam nonā Et obſcuratus eſt ſol: et velū templi ſciſſum eſt mediū. Et clamās voce magna ieſus/ait. b. Pater in manus tuas cōmendo ſpiritū meum. m. Et hec dicens expirauit. ¶ Hic flexis genibus legatur Pater noſter. Uidens autem centurio quod factum fuerat: glorificauit deum/dicens. a. Uere hic homo iuſtus erat. m. Et oīs turba eorū qui ſimul aderant ad ſpectaculū iſtud: et videbant que fiebant: percutiētes pectora ſua/reuertebant. Stabant autē oēs noti eius a longe: et mulieres q̄ ſecute erant eū a galilea hec vidētes. ¶ Euāgeliū more ſolito cantat.

Et ecce vir nomine ioſeph qui erat decurio: vir bonꝰ et iuſtus/hic non conſenſerat cōſilio et actibus eorum: ab arimathia ciuitate iudee: qui expectabat et ipſe regnū dei. Hic acceſſit ad pylatum: et petijt corpus ieſu Et depoſitum inuoluit in ſyndone: et poſuit eum in monumento exciſo. In quo nōdum quiſqꝫ poſitus fuerat. Offer. Domie exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat. Secreta.

Purifica nos miſericors deus: vt eccleſie tue p̄ces que tibi grate ſunt/pia munera deferentes: fiant expiatis mentibus gratiores. Per. Prefatio. Qui ſalutem. Coīo. Potum meum cum fletu temperabam/quia eleuans alliſiſti me: et ego ſicut fenum arui: tu autē dn̄e in eternū permanes: tu exurgens miſereberis ſyon/quia venit tempus miſerendi eius. Cōplenda

Largire ſenſibus nr̄is omnipotēs deus: vt per temporalem filij tui mortem/quam hec myſteria veneranda teſtant. vitam nobis te dediſſe perpetuā confidamus. Per eundem. Super populū. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Collecta.

Reſpice queſumus domine ſuper hanc familiam tuā/pro qua dn̄s noſter ieſus chriſtus non dubitauit manibꝰ tradi nocentium: et crucis ſubire tormentum. Qui tecum viuit. ¶ Feria. v. in cena domini. Introitus.



Nos autem gloriari oportet in cruce dn̄i nr̄i ieſu chriſti/ī quo eſt ſalus vita et reſurrectio noſtra: per quem ſaluati et liberati ſumus. ps. Deus miſereat noſtri et bn̄dicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos/

et misereaꝛ nostri Nõ dꝛ Gloꝛia pa. Nos autem. Dñs vobiscũ. Sed non dicit Flectamus ge. Colla.

Deus a quo et iudas reatꝰ sui penam: et cõfessionis sue latro pꝛemiũ sumpsit: concede nobis tue ꝓpiciatiõis effectũ: vt sicut in passione sua iesus chꝛistus dñs noster / diuersa vtriſqꝫ intulit stipẽdia meritoꝛũ: ita nobis ablato vetustatis erroꝛe / resurrectionis sue gratiã largiaꝛ. Qui tecũ. Ad Coꝛinthios. i.xi.

Fratres. Cõuenientibus vobis in vnum: iam non est dñicam cenam manducare. Unusquisqꝫ enim cenam suã pꝛesumit ad mãducandum. Et alius quidem esurit: alius autem ebꝛius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? Aut ecclesiam dei contemnitis ⁊ cõfunditis eos qui nõ habẽt? Quid dicam vobis? Laudo vos / in hoc non laudo. Ego enim accepi a domio quod et tradidi vobis: quoniã dominus iesus in qua nocte tradebatur accepit panem: et gratias agens / fregit et dixit. Accipite et manducate. Hoc est coꝛpus meũ quod pꝛo vobis tradetur. Hoc facite in meam cõmemoꝛationẽ. Similiter et calicem postq̃ cenauit dicens. Hic calix nouum testamẽtum est in meo sanguine. Hoc facite quotienscunqꝫ bibitis in meam commemoꝛationem Quotienscunqꝫ enim mãducabitis panem hunc et calicem bibetis: moꝛtem domini annũciabitis donec veniat Itaqꝫ quicunqꝫ mãducauerit panem / vel biberit calicem domini indigne: reus erit coꝛpoꝛis et sanguinis domini. Pꝛobet autem seipsum homo: et sic de pane illo edat: ⁊ de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat ⁊ bibit: non dĳudicans coꝛpus domini Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles: et doꝛmiunt multi. Quod si nosmetipsos dĳudicaremus: non vtiqꝫ dĳudicaremur. Dum iudicamur autem: a domino coꝛripimur: vt non cum hoc mũdo damnemur Gr. Chꝛistus factus est pꝛo nobis obediens vsqꝫ ad moꝛtem: moꝛtem autem crucis. V. Pꝛopter quod et deus exaltauit illum / et dedit illi nomen quod est super omne nomen. Scdm Johannem. xiij.

In illo tempoꝛe Ante diem festum pasche: sciens iesus quia venit hoꝛa eius: vt transeat ex hoc mũdo ad patrem: cum dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos. Et cena facta / cum diabolꝰ / iam misisset in coꝛ vt traderet eum iudas symonis scariothis: sciẽs quia omnia dedit ei pater in manus: et quia a deo exiuit ⁊ ad deum vadit: surgit a cena / et ponit vestimẽta sua Et cum accepisset lintheum / pꝛecinxit se Deinde misit aquam in peluim: et cepit lauare pedes discipuloꝛum: et extergere lintheo quo erat pꝛecinctus. Uenit ergo ad symonem petrum: et dicit ei petrus. Domine: tu michi lauas pedes? Respondit iesus / et dicit ei. Quod ego facio / tu nescis modo: sciẽs autẽ postea. Dicit ei pe-

trus. Non lauabis michi pedes in eternum. Reſpondit ei ieſus. Si non lauero te: non habebis partem mecum. Dicit ei ſymon petrus. Domie/non tantum pedes: ſed et manus et caput. Dicit ei ieſus. Qui lotus eſt: non indiget niſi vt pedes lauet: ſed eſt mũdus totus. Et vos mundi eſtis: ſed non oẽs. Sciebat enim quiſnam eſſet qui traderet eum pꝛopterea dixit/non eſtis mundi omnes. Poſtq̃ ergo lauit pedes eorum: accepit veſtimẽta ſua: et cũ recubuiſſet iterum dixit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magiſter et domie: et bene dicitis Sum etenim. Si ergo ego laui pedes veſtros dñs ⁊ magiſter: et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exẽplum enim dedi vobis: vt quẽadmodũ ego feci vobis/ita ⁊ vos faciatis. Offerto. Dextera dñi fecit virtutem dextera dñi exaltauit me. non moꝛiar ſed viuam: et narrabo opera dñi. Due hoſtie conſecrentur: et vna in craſtinũ reſeruetur. Secreta.

Ipſe tibi queſumus domie ſancte pater oĩpotens eterne deus: ſacrificium noſtrũ reddat acceptum: qui diſcipulis ſuis in ſui cõmemoꝛationẽ hoc fieri hodierna traditiõe mõſtrauit ieſus chꝛiſtus dñs noſter. Qui tecum viuit. Infra canonem.

Communicãtes et diem ſacratiſſimũ celebꝛãtes quo dominꝰ noſter ieſus chꝛiſtus pꝛo nobis traditus eſt. Sed ⁊ memoriam venerantes. In pꝛimis glorioſe ſemper virginis marie genitricis eiuſdem.

Hanc igitur oblationẽ ſeruitutis noſtre: ſed et cuncte familie tue quam tibi offerimus ob diem in qua dominꝰ noſter ieſus chꝛiſtus tradidit diſcipulis ſuis: coꝛpoꝛis et ſanguinis ſui myſteria celebꝛãda queſumꝰ domine vt placatus accipias.

¶ Infra actionem

Qui pꝛidie q̃ pꝛo noſtra omniumq; ſalute pateretur: hoc eſt hodie accepit panẽ in ſanctas ac venerabiles manus ſuas Et eleuatis in. ⁊c. ¶ Hic reſeruatur coꝛpus chꝛiſti in craſtinum. Sanguis vero penitus conſummatur Pax domini. Et cum ſpiritu tuo. Agnus: Sine oſculo. Et non dicetur Dona nobis pacem: ſed ter miſerere nobis Coio

Dñs ieſus poſtq̃ cenauit cum diſcipulis ſuis: lauit pedes eoꝛum ⁊ ait illis/ſcitis quid fecerim vobis ego dñs et magiſter exemplũ dedi vobis: vt et vos ita faciatis. Finita coione/ eleuando calicem ſacerdos incipiat antiphonã ad veſperas anteq̃ collecta dicatur Antiphona



Calicem ſalutaris accipiã: et nomen domini inuocabo. ps. Credidi. Añ. Cum his qui oderunt pacem eram pacificꝰ: cum loquebar illis impugnabant me gratis. ps. Ad dominũ cum tribularer Añ. Ab hominibus iniquis libera me domie. ps. Eripe me domine. Añ. Cuſtodi me a laqueo quem ſtatuerunt michi

et ab ſcandalis operantiū iniqui
tatem ps. Domie clamaui. Añ
Conſiderabā ad dexterā et vide-
bā: ⁊ nō erat qui cognoſceret me.
ps. Uocemea. Ad Magni. Añ.



Cenātibus autem accepit ieſus
panē benedixit ac fregit/ dedit di
ſcipulis ſuis. ps. Magni. Dñs
vobiſ. Et cū ſpiritu tuo Cōplen.
Refecti vitalibus alimētis
queſumus domie deus no
ſter: vt quod tempoꝛe noſtre moꝛ
talitatis exequimur/ immoꝛtali-
tatis tue munere conſequamur.
Per. Bñdicam⁹ domino. Deo
gratias. ℂ In paraſceue Miſſa
non cantatur: ſed ſacerdos pꝛo-
cedens ad altare ſine vllo cantu
ad oꝛandum ſicut mos eſt mittit
paruum lintheum ſuper altare
nudum de ſub euangelio: et oſcu
lato altari legat lectio. Ozee pꝛo
phete abſqꝫ titlo icipiēs. Ozee vi
In tribulatione ſua mane
conſurgent ad me. Uenite
et reuertamur ad dominū/ quia
ipſe cepit et ſanabit nos: percu-
tiet et curabit nos. Uiuificabit
nos poſt duos dies: in die tertia
ſuſcitabit nos. Et viuemus in cō
ſpectu eius: ſciemus ſequemur-
qꝫ/ vt cognoſcam⁹ dominū. Qua
ſi diluculū pꝛeparatus eſt egreſ-
ſus eius: et veniet quaſi imber no
bis tempoꝛane⁹ et ſerotin⁹ terre
Quid faciā tibi effraym. Quid
faciam tibi iuda? Miſericoꝛdia
veſtra quaſi nubes matutina: et
quaſi ros mane ꝑtranſiens: pꝛo-
pter hec dolaui in ꝓphetis/ et oc-
cidi eos in verbis oꝛis mei. Et iu
dicia tua quaſi lux egredientur:
quia miſericoꝛdiam volui et non
ſacrificium/ et ſciētiam dei pluſ-
qͣ holocauſta. Tractus.
Domine audiui auditum tuū
et timui: conſideraui opera
tua/ et expaui. ℣. In medio duum
animalium innoteſceris dum appꝛo
pinquauerint anni cognoſceris dum
aduenerit tempus oſtenderis ℣. In
eo dum cōturbata fuerit anima mea
in ira miſericoꝛdie meoꝛ eris. ℣. De-
us a libano veniet/ et ſanctus de mō-
te vmbꝛoſo et condenſo. ℣. Operu-
it celos maieſtas eius: et laudis eius
plena eſt terra. Sine Domin⁹ vo-
biſcum. Oꝛemus. Flectamus ge
nua Leuate. Collecta.
Deus a quo ⁊ iudas reatus
ſui penam/ ⁊ confeſſionis
ſue latro pꝛemiū ſumpſit/ cōcede
nobis tue pꝛopiciationis effectū
vt ſicut in paſſione ſua ieſus chꝛi
ſtus domin⁹ noſter diuerſa vtri
qꝫ intulit ſtipendia meritoꝛū: ita
nobis ablato vetuſtatis erroꝛe/
reſurrectionis ſue gratiā largia
tur. Qui te. ℂ Legit̃ ſine titulo.
In diebus illis Dixit domi
nus ad moyſen ⁊ aaron in
terra egypti. Menſis iſte vobis
pꝛincipiū menſium: pꝛimus erit
in mēſibus anni. Loquimini ad
vniuerſum cetum filioꝛum iſra-
el: et dicite eis. Decima die men-
ſis hui⁹ tollat vnuſqͥſqꝫ agnū per
familias/ ⁊ domos ſuas Siu aūt
minoꝛ eſt numerus/ vt ſufficere
poſſit ad veſcēdum agnum aſſu-
met vicinum ſuum qui coniun-

ctus eſt domui eius/iuxta nume-
rũ animarũ que ſufficere poſſint
ad eſum agni Erit autem agnus
abſqꝫ macula:maſculus annicu-
culus. Juxta quem ritum tolle-
tis et hedum: et ſeruabitis eum/
vſqꝫ ad quartamdecimam diem
menſis huius. Immolabitqꝫ eũ
vniuerſa multitudo filiorum iſ-
rael ad veſperum. Et ſument de
ſanguine/ac ponẽt ſuper vtrũqꝫ
poſtem/et in ſuperliminaribꝰ do
morum: in quibus comedent il-
lum. Et edent carnes nocte illa
aſſas igni et azimos panes cũ la-
ctucis agreſtibus. Non comede-
tis ex eo crudũ quid/nec coctum
aqua:ſed aſſum tãtum igni. Ca-
put cum pedibus eius et inteſti-
nis vorabitis:et os eius non con
fringetis/nec remanebit ex eo q̃c
ꝗ vſqꝫ mane. Si quid reſiduum
fuerit:igne comburetis. Sic au-
tem comedetis illum. Renes ve-
ſtros accingetis: et calciamenta
habebitis in pedibus: tenẽtes ba
culos in manibus: et comedetis
feſtinanter Eſt enim phaſe/id eſt
tranſitus domini. Tractus.

Eripe me domine ab homine
malo:a viro iniquo libera me
℣. Qui cogitauerũt malicias in cor-
de: tota die conſtituebant prelia. ℣.
Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpẽ-
tes: venenũ aſpidum ſub labiis eorũ
℣. Cuſtodi me domine de manu pec
catoris: et ab hominibus iniquis li-
bera me ℣. Qui cogitauerũt ſupplã
tare greſſus meos: abſconderunt ſu
perbi laqueum mihi. ℣. Et funes ex
tenderunt in laqueum pedibus me-
is:iuxta iter ſcandalũ poſuerunt mi-
chi. ℣. Dixi domio deus meus es tu
exaudi dñe vocem orationis mee. ℣.
Dñe domine virtus ſalutis mee: ob
umbraſti caput meum in die belli ℣.
Ne tradas me a deſiderio meo pecca
tori: cogitauerunt aduerſum me/ne
derelinquas me:ne vnqꝫ exaltentur
℣. Caput circuitus eorum: labor la-
biorũ ipſorum operiet eos. ℣. Verũ-
tamen iuſti confitebunt nomini tuo
et habitabunt recti cum vultu tuo.

¶ Quo finito/neqꝫ Paſſio domi
ni et cetera/nec Dominus vobiſ-
cum dicitur:ſed canticum.




Egreſſus eſt ieſus cum diſci
pulis ſuis trans torrẽtem
cedron: vbi erat ortus. In quem
introiuit ipſe et diſcipuli eius.
Sciebat autem et iudas qui tra
debat eum locum: quia frequen-
ter ieſus cõuenerat illuc cum di-
ſcipulis ſuis. Judas ergo cũ ac-
cepiſſet cohortem: et a pontifici-
bus ⁊ phariſeis miniſtros: venit

illuc cum laternis ⁊ facibus et ar-
mis. Jeſus itaqꝫ ſciēs omnia que
ventura erant ſuper eum: pꝛoceſ-
ſit et dixit eis. b. Quem queritis?
m. Reſpōderunt ei. a. Jeſum na-
zarenum. m. Dicit eis ieſus. b.
Ego ſum. m. Stabat autē et iu-
das qui tradebat eum cum ipſis.
Ut ergo dixit eis ego ſum: abie-
rūt retroꝛſum et ceciderūt in ter-
ram. Iterum ergo eos interro-
gauit. b. Quem queritis? m. Illi
autem dixerunt. a. Jeſum naza-
renum. m. Reſpōdit ieſus. b. Di-
xi vobis: quia ego ſum. Si ergo
me queritis: ſinite hos abire. m.
Ut impleret ſermo quem dixit:
quia quos dediſti michi: non per-
didi ex eis quemꝙ̄. Symon ergo
petrus habens gladium/ eduxit
eum: et percuſſit pōtificis ſeruū:
et abſcidit auriculam eius dex-
tram. Erat autem nomen ſeruo
malchus. Dixit ergo ieſus petro
b. Mitte gladium tuum in vagi-
nam. Calicem quem dedit mihi
pater: non bibam illum? m. Co-
hoꝛs ergo ⁊ tribunus et miniſtri
iudeoꝛum cōpꝛehenderūt ieſum/
et ligauerunt eum: et duxerunt
eum ad annam pꝛimum. Erat
enim ſocer cayphe/ qui era t pō-
tifex anni illius. Erat autem cay-
phas/ qui conſilium dederat iu-
deis: quia expedit vnum homi-
nem moꝛi pꝛo populo. Sequeba-
tur autem ieſum ſymon petrus:
et alius diſcipulus. Diſcipulus
autem ille erat notus pontifici:
et introiuit cum ieſu in atriū pō-
tificis. Petrus autem ſtabat/ ad
oſtium foꝛis. Exiuit ergo diſcipu-
lus alius qui erat notus pontifi-
ci: et dixit oſtiarie: et introduxit
petrum. Dixit ergo petro/ ancil-
la oſtiaria. a. Nūquid et tu ex di-
ſcipulis es hominis iſtius? m. Di-
xit ille. a. Non ſum. m. Sabant
autē ſerui et miniſtri ad pꝛunas:
quia frigus erat/ et calefaciebāt
ſe. Erat autem cum eis et petrus
ſtans: et calefaciens ſe. Pontifex
ergo interrogauit ieſum de diſci-
pulis ſuis: et de doctrina eius.
Reſpōdit ei ieſus. b. Ego palam
locutus ſum mūdo: ego ſemper
docui in ſynagoga: et in templo
quo omnes iudei conueniunt: et
in occulto locutus ſum nichil.
Quid me interrogas? Interro-
ga eos qui audierunt quid locu-
tus ſum ipſis. Ecce hij ſciūt/ que
dixerim ego. m. Hec autem cum
dixiſſet: vnus aſſiſtens miniſtro-
rum: dedit alapam ieſu/ dicens.
a. Sic reſpondes pontifici? m.
Reſpōdit ei ieſus. b. Si male lo-
cutus ſum: teſtimonium perhi-
be de malo. Si autem bene: quid
me cedis? m. Et miſit eum annas
ligatum: ad caypham pōtificem.
Erat autem ſymon petrus ſtans
et calefaciens ſe. Dixerunt ergo
ei. a. Nunquid et tu ex diſcipulis
eius es? m. Negauit ille/ et dixit.
a. Non ſum. m. Dicit ei vnus ex
ſeruis pontificis: cognatus eius
cuius abſcidit petrus auriculā.
a. Nonne ego te vidi in oꝛto cum
illo? m. Iterum ergo negauit pe-
trus: et ſtatim gallus cantauit.
Adducunt ergo ieſum a caypha
in pꝛetoꝛium. Erat autem mane
Et ipſi non introierunt in pꝛeto-

rium/vt non contaminarentur: ſed vt manducarent paſcha. Exiuit ergo pylatus ad eos foras/et dixit. a. Quam accuſationē affertis aduerſus hominem hunc? m. Reſpōderunt et dixerūt ei. a. Si non eſſet hic malefactor: non tibi tradidiſſemus eum. m. Dixit ergo eis pylatus. a. Accipite eū vos et ſcdm legem veſtram iudicate eum. m. Dixerunt ergo ei iudei. a. Nobis non licet interficere quē q̄. m. Vt ſermo ieſu impleretur quem dixit: ſignificans qua morte eſſet moriturus Introiuit ergo iterum in pretorium pylatus/et vocauit ieſum: et dixit ei. a. Tu es rex iudeorum? m. Et reſpōdit ieſus. b. A temetipſo hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? m. Reſpōdit pylatus. a. Nunquid ego iudeus ſum? Gens tua et pontifices: tradiderunt te michi. Quid feciſti? m. Reſpondit ieſus. b. Regnum meum/non eſt de hoc mūdo. Si ex hoc mundo eſſet regnū meum: miniſtri mei vtiq; decertarent/vt non traderer iudeis. Nunc autem regnum meū: non eſt hinc. m. Dixit itaq; ei pylatus a. Ergo rex es tu? m. Reſpondit ieſus. b. Tu dicis: quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum: et ad hoc veni in mundum: vt teſtimonium perhibeam veritati. Omnis qui eſt ex veritate: audit vocē meā. m. Dicit ei pilatus. a. Quid eſt veritas? m. Et cum hoc dixiſſet: iterum exiuit ad iudeos/et dixit eis. a. Ego nullam inuenio in eo cauſam. Eſt autem conſuetudo vobis: vt vnum dimittam vobis in paſcha. Vultis ergo dimittam vobis regem iudeorum? m. Clamauerunt rurſum omnes dicentes. a. Non hunc: ſed barrabā m. Erat autem barrabas latro. Tunc ergo apprehendit pilatus ieſum: et flagellauit. Et milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius: et veſte purpurea circundederunt eum: et veniebant ad eum/et dicebant. a. Aue rex iudeorum. m. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum pilatus foras: et dixit eis. a. Ecce adduco vobis eum foras: vt cognoſcatis quia nullam inuenio in eo cauſā m. Exiuit ergo ieſus portans ſpineam coronam: et purpureum veſtimentum. Et dixit eis pylatus. a. Ecce homo. m. Cum ergo vidiſſent eum pōtifices et miniſtri: clamabant dicentes. a. Crucifige: crucifige eum. m. Dicit eis pylatus. a. Accipite eum vos: et crucifigite. Ego enim non inuenio in eo cauſam. m. Reſponderunt ei iudei. a. Nos legem habemus: et ſecundum legem debet mori: quia filium dei ſe fecit. m. Cum ergo audiſſet pylatus hunc ſermonem magis timuit. Et ingreſſus eſt pretorium iterum/et dicit ad ieſum. Unde es tu? Jeſus autem reſponſum non dedit ei. Dixit ei pilatus. a. Michi non loqueris? Neſcis/quia poteſtatem habeo crucifigere te: et poteſtatē habeo dimittere te? Reſpōdit ieſus. b. Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam: niſi tibi datū eſſet deſuper. Propterea qui tra=

didit me tibi: maius peccatū ha-
bet. m. Et exinde querebat pyla-
tus dimittere eum. Judei autem
clamabant dicentes. a. Si hunc
dimittis: non es amicus ceſaris.
Omnis enim qui ſe regem facit:
contradicit ceſari. m. Pylatus er
go cum audiſſet hos ſermones:
adduxit foras ieſum / et ſedit pro
tribunali/ in loco qui dicitur lyco
ſtratos: hebraice autem gabatha
Erat autem paraſceue paſche: ho
ra quaſi ſexta. Et dixit iudeis. a.
Ecce rex veſter. m. Illi autem cla-
mabant. a. Tolle/tolle: crucifige
eum. m. Dicit eis pylatus. a. Re
gem veſtrum crucifigam? m. Re
ſponderūt pontifices. a. Non ha
bemus regem: niſi ceſarem. m.
Tunc ergo tradidit eis illum: vt
crucifigeretur. Suſceperunt au-
tem ieſum: et eduxerunt. Et ba-
iulans ſibi crucem/ exiuit in eum
qui dicitur caluarie locum: hebra
yce autem golgatha vbi eum cru
cifixerunt. Et cum eo alios duos
hinc et hinc: mediū autem ieſum
Scripſit autē et titulum pilatus
et poſuit ſuper crucem. Erat au-
tem ſcriptum: ieſus nazarenus /
rex iudeorum. Hūc ergo titulum
multi legerunt iudeorum: quia
prope ciuitatem erat locus: vbi
crucifixus eſt ieſus. Et erat ſcrip-
tum/hebrayce/grece/⁊ latine. Di
cebant ergo pylato pontifices iu-
deorum. a. Noli ſcribere rex iude
orum. Sed quia ipſe dixit: rex ſū
iudeorum. m. Reſpondit pilatus
a. Quod ſcripſi: ſcripſi. m. Mili-
tes ergo cum crucifixiſſent eum/
acceperunt veſtimenta eius: et fe
cerunt quattuor partes: vnicuiq;
militi partem et tunicā. Erat au-
tem tunica inconſutilis: deſuper
contexta per totum. Dixerunt er
go adinuicem. a. Nō ſcindamus
eam: ſed ſortiamur de illa cuius
ſit. m. Et ſcriptura impleretur di
cens Partiti ſunt veſtimēta mea
ſibi: et in veſtem meam miſerunt
ſortem. Et milites quidem hec fe-
cerunt. Stabāt autem iuxta cru
cem ieſu/ mater eius et ſoror ma-
tris eius maria cleophe: et maria
magdalene. Cum vidiſſet ergo
ieſus matrem et diſcipulum ſtan
tem quem diligebat: dixit matri
ſue. b. Mulier: ecce filius tuus. m
Deide dicit diſcipulo. b. Ecce ma-
ter tua. m. Et ex illa hora: accepit
eam diſcipulus in ſuam ‖ Poſtea
ſciens ieſus/ quia iam omnia cō-
ſummata ſunt: vt conſummare
tur ſcriptura/dixit. b. Sitio. m.
Vas ergo poſitum erat: aceto ple
num. Illi autem ſpongiam ple-
nam aceto iſopo circunponentes
obtulerunt ori eius Cum ergo ac
cepiſſet ieſus acetum/dixit. b. Cō
ſummatum eſt. m. Et inclinato
capite tradidit ſpiritum Hic fle
xis genibus dicatur. Pat noſter.
Judei ergo quoniam paraſceue
erat: vt non remanerent in cruce
corpora ſabbato: erat enim ma-
gnus dies ille ſabbati rogauerūt
pylatum vt frangerentur eorum
crura/et tollerentur Venerunt er
go milites: ⁊ primi quidem frege
runt crura: et alterius qui crucifi
xus eſt cum eo. Ad ieſum autem
cum veniſſent / vt viderunt eum
iam mortuum: non fregerunt

eius crura/ſed vnus militum lancea latus aperuit: et continuo exiuit ſanguis et aqua. Et qui vidit teſtimoniun perhibuit: et verum eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit/ quia vera dicit: vt et vos credatis Facta ſunt enim hec vt ſcriptura impleretur. Os non cōminuetis ex eo. Et iterū alia ſcriptura dicit Uidebunt in quem transfixerūt. Euangeliū cantetur more ſolito.

P Oſt hec autem rogauit pylatū ioſeph ab arimathia eo ꝙ eſſet diſcipulus ieſu: occultus autem propter metum iudeorū/vt tolleret corpus ieſu. Et permiſit pylatus. Uenit ergo: et tulit corpus ieſu. Uenit autē et nicodemus qui venerat ad ieſum nocte primum: ferens mixturā mirre et aloes quaſi libras centū. Acceperunt ergo corpus ieſu: et ligauerunt eum lintheis cum aromatibus ſicut mos eſt iudeis ſepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus eſt ortus: et in orto monumētum nouum/in quo nondū quiſꝙ poſitus fuerat. Ibi ergo propter paraſceuen iudeorū: quia iuxta erat monumentū/ poſuerunt ieſum. ¶ Finita paſſione/veniat preſbiter in ſiniſtro cornu altaris et legat ſolenniter has lectiones/ manus non extēdens. Et primo.

¶ Pro pace eccleſie.

O Remus dilectiſſimi nobis pro eccleſia ſancta dei/vt eā deus et dominus noſter pacificare adiuuare et cuſtodire dignetur toto orbe terrarum / ſubiciens ei principatus et poteſtates: detꝙ nobis quietam et tranquillā vitam de gentibus glorificare deū patrem omnipotentē. Oremus. Diaconus ſtans a dextris dicit. Flectamus genua: et tunc clerus et populus flectunt genua et ſacerdos proſequitur orationem.

O Mnipotens ſempiterne deus: qui gloriam tuam omnibus in chriſto gentibus reuelaſti: cuſtodi opera miſericordie tue vt eccleſia tua toto orbe diffuſa: ſtabili fide in cōfeſſione tui nominis perſeueret. Dicit dyaconus. Leuate. Sacerdos proſequitur orationem dicendo. Per eundem Idem ordo fit in omnibus aliis.

O Remus: et pro beatiſſimo papa noſtro N. vt deus et dominus noſter / qui elegit eum in ordinem epiſcopatus/ſaluum atꝙ incolumen cuſtodiat eccleſie ſue ſancte: ad regendum populū ſanctū dei. Oremus. Flectamus genua. Oratio.

O Mnipotens ſempiterne deus: cuius iudicio vniuerſa fundantur: reſpice propicius/ad preces noſtras / et electum nobis antiſtitem tua pietate conſerua: vt chriſtiana plebs que tali gubernatur auctore ſub tanto pontifice credulitatis ſue meritis augeatur. Leuate. Per dominū noſtrū ieſum chriſtū filiū tuū ¶ Pro vniuerſis gradibus eccleſie. Collecta

O Remus et pro omnibus epiſcopis/preſbiteris/diaconibus/ſubdiacōibus accolitis/exorciſtis/lectoribus/ oſtiariis/confeſſoribus/ virginibus viduis/et pro omni populo ſancto dei. Oremus. Flectamus genua. Oro.

OMnipotens ſempiterne deus: cuius ſpiritu totum corpus eccleſie tue ſanctificatur et regitur: exaudi nos pro vniuerſis ordinibus ſupplicantes: vt gratie tue munere ab omnibus tibi gradibus fideliter ſeruiatur. Leuate. Per dominū noſtrū ieſum chriſtum. ¶ Pro imperatore.

ORemus: et pro criſtianiſſimo imperatore noſtro N. vt deus et dominus noſter ſubditas illi faciat oēs barbaras nationes: ad noſtram perpetuā pacem. Oremus Flectamus genua

OMnipotens ſempiterne deus in cuius manu ſunt omnium poteſtates: et omnia iura regnorum: reſpice ad romanum benignus imperium: vt gentes que in ſua feritate confidunt: potentie tue dextera comprimātur. Leua. Per. ¶ Pro cathecuminis

ORemus: et pro cathecuminis noſtris vt deus et dominus noſter adaperiat aures precordiorū ipſorum ianuamq; miſericordie: vt per lauacrū regenerationis/ accepta remiſſione omniū peccatorū: et ipſi digni inueniātur in chriſto ieſu dn̄o noſtro. Oremus. Flectamus genua.

OMnipotens ſempiterne deus: qui eccleſiam tuam noua ſemper prole fecundas: auge fidem et intellectum cathecuminis noſtris: vt renati fonte baptiſmatis/ adoptionis tue filijs aggregentur. Leuate Per dominū noſtrū. ¶ Pro tribulatis.

ORemus dilectiſſimi nobis deum patrem omnipotentem/ vt cunctis mundum purget erroribus/ morbos auferat famē depellat/ aperiat carceres/ vincula diſſoluat/ peregrinantibus ad patriam reditum/ infirmātibus ſanitatem/ nauigantibus portum ſalutis indulgeat. Oremus Flectamus genua. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus meſtorum conſolatio laborantium fortitudo/ perueniāt ad te preces de quacunq; tribulatione clamantium: vt omnes ſibi in neceſſitatibꝰ ſuis miſericordiam tuam gaudeant affuiſſe. Leuate. Per dominum noſtrū.

¶ Pro hereticis et ſciſmaticis.

ORemus et pro hereticis ſciſmaticis vt deus et dominꝰ noſter eruat eos ab erroribus vniuerſis: et ad ſanctam matrem eccleſiam catholicam/ atq; apoſtolicam/ reuocare dignetur. Oremus Flectamus genua.

OMnipotens ſempiterne deus: qui ſaluas omnes et neminē vis perire: reſpice ad aīas diabolica fraude deceptas/ vt omni heretica prauitate depoſita/ errantium corda reſipiſcant: et ad veritatis tue redeant vnitatem. Leuate. Per dn̄m. ¶ Pro iudeis

ORemus ⁊ pro perfidis iudeis: vt deus et dominus noſter auferat velamen de cordibus eorum vt et ipſi agnoſcant ieſum chriſtum dominū noſtrum. Hic non dicitur Flectamus genua: ſed tantum Oremus. Oratio.

OMnipotēs ſēpiterne deus: qui etiam iudaicā perfidiā a tua miſericordia non repellis:

exaudi preces noſtras / quas pro illius populi obcecatione deferimus: vt agnita veritatis tue luce que chriſtus eſt / a ſuis tenebris eruantur. Per eundem. Non dicitur Leuate. ¶Pro paganis.

Oremus et pro paganis: vt deus oīpotens auferat iniquitatē a cordibus eorū et relictis idolis ſuis conuertātur ad deum viuū et verum / et vnicū filiū eius ieſum chriſtū dn̄m noſtrū cū quo viuit ⁊ regnat cum ſpū ſancto deus. Oremus. Flectamus genua.

Omnipotēs ſēpiterne deus: qui non mortem peccatorū ſed vitā ſemper inquiris: ſuſcipe propicius orationē noſtrā / et libera eos ab idolorū cultura: et aggrega eccleſie tue ſancte ad laudē et gloriam nominis tui. Leuate. Per dn̄m. Deinde duo presbiteri diſcalciati induti ſacerdotalibus ſine caſula cātent Popule meus.

Popule meus quid feci tibi / aut in quo contriſtaui te: reſpōde michi: quia eduxi te de terra egypti / paraſti crucē ſaluato
r.

ri tuo. Scolares. Agyos otheos. Agyos iſchyros. Agyos athanathos eleyſō ymas. Chorus reſpondit. Sanctus deus. Sanctus fortis. Sanctus et immortalis: miſerere nobis. Sacerdotes.

Quia eduxi te per deſertū quadraginta annis / et manna cibaui te / et introduxi in terram ſatis bonā paraſti crucē ſaluato=

ri tuo. Scolares. Agyos. vts.
Chorus Sanctus. Sacerdotes
Quid vltra debui facere tibi: et
non feci ego quidẽ plantaui te
vineã meã fructu decoram/ et tu
facta es michi ſatis amara: ace=
to namq; ſitim meã potaſti: et lã
cea perforaſti latus ſaluatoris
tui. Scolares. Agyos. Chor⁹
Sanctus. Sacerdotes. Ecce li

gnum crucis in quo ſalus mun
di pependit: venite adoremus.
ps. Beati immaculati in via/
qui ambulant in lege domini.
Sacerdotes detegũt crucem alte cantantes. Ecce lignũ crucis.
Chorus. Crucẽ tuã adoramus
domine/ et ſanctam reſurrectio
nem tuam laudamus et glorifi
camus/ ecce enim propter cru=
cem venit gaudium in vniuer=

ſo mũdo. ps. Deus miſereatur noſtri: et bñdicat nobis: illuminet vultũ ſuũ ſuper nos: et miſereatur nři. Repetat Crucē. Hy⁹

Crux fidelis inter omnes/ arbor vna nobilis: nulla ſilua talem profert/ fronde flore germie. Dulce lignũ dulces clauos dulce pondus ſuſtinet. Crux fi.

Pange lingua glorioſi prelium certaminis/ & ſuper crucis trophe um/ dic triumphũ nobilem: qualiter redemptor orbis/ immola-

t.

tus dixerit. Dulce. De parentis prothoplaſti fraude factor condolens/ quando pomi noxialis/ morſu in mortem corruit: ipſe lignum tũc notauit/ damna ligni vt ſolueret. Crux. Hoc opus noſtre ſalutis/ ordo depopoſcerat: multiformis proditoris ars vt artem falleret/ & medelã ferret inde hoſtis vnde leſerat. Dulce lignũ. Quando venit ergo ſacri/ plenitudo temporis/ miſſus eſt ab arce patris/ natus orbis conditor atq; vētre virginali/ factus homo prodijt. Crux. Vagit infans inter arta/ conditus preſepia/ membra pannis inuoluta/ virgo mater alligat/ et pedes manuſq; crura ſtricta cingit faſcia. Dulce. Luſtra ſex qui iam peracta/ tempus implens corporis/ ſe volēte natus ad hoc paſſiõi deditus/ agnus in crucis leuatur immolandus ſtipite. Crux. Hic acetũ fel arũdo ſputa clauis lãcea/ mite corpus perforatur ſanguis vnda profluit/ terra põtus aſtra mũdus quo lauãtur flumie. Dulce. Flecte ramos arbor alta/ tẽſa laxa viſcera et rigor lenteſcat ille quē dedit natiuitas/ vt ſuperni mẽbra regis miti tendas ſtipite. Crux Sola digna tu fuiſti/ ferre ſeculi preciũ/ atq; portũ preparare/ nauta mundo naufrago: quē ſacer cruor perunxit/ fuſus agni corpore. Dul. Gloria honorq; deo/ vſq; quo altiſſimo: vna patri filioq;/ cũ inclito paraclyto: cui laus eſt et poteſtas/ per eterna ſeca. Crux fidelis. ℟. Añ.

Dum fabricator mundi mortis ſupplicium pateretur in cruce clamans voce magna tradidit ſpiritum: et ecce velum templi ſciſſum eſt: monumenta aperta ſunt/ terremotus enim factus eſt magnus: quia mortem filij dei clamabat mundus ſe ſuſtinere non poſſe. aperto ergo lancea militis latere crucifixi domini exiuit ſanguis et aqua in redemptionem ſalutis noſtre. O admirabile precium cuius pondere captiuitas redempta eſt mundi tartarea confracta ſunt clauſtra inferni aperta eſt nobis ianua regni.

Cruce adorata et in loco ſuo repoſita: accipiat preſbyter corpus domini quod pridie remanſit/ et ponat in patenã. Similiter et vinum non conſecratũ fundatq; illud in calicem ac deinde ponat ambo ſuper altare coopertũ/ quo facto inclinet ſe ante altare dicens. Confiteor. Et iterum eleuans ſe dicat Oremus preceptis ſalutarib⁹ moniti. Pater noſter. Libera nos q̄ſumus. vſq; Per omnia ſecula ſe

culorum. Cum autem reſpondetur Amen. Sumat de ſancta et ponat in calicem nichil dicens: niſi aliquid ſecrete velit dicere. In nomine patris et filij et ſpiritus ſancti. Pax domini non dicitur/ nec datur oſculum pacis Sanctificatur autem vinum non conſecratum per corpus ſanctificatū. His expletis cantet clericus priuatim veſperas et ſic vadent ad mēſam.

Hymnus.

Inuentor rutuli dux bo-

ne luminis / qui certis vicibus

tempora diuidis / merſo ſole

cahos ingruit horridum lumē

redde tuis chriſte fidelibus. Quamuis in numero ſydere regiam / lunariqꝫ polum lampade pinxeris / incuſſu ſilicis / lumina nos tamen / monſtras ſaxigeno ſemine querere. Inuentor rutuli. Ne neſciret homo ſpē ſibi luminis / in chriſti ſolido corpore conditam qui dici ſtabilem ſe voluit petram / noſtris igniculis vnde genus venit Inuentor rutuli. Viuax flamma viget / ceu caua teſtula ſuccum lintheolo ſuggerit ebrio ceu pinus piceā fert alimoniam ceu ceram teretem / ſtuppa calens bibit. Inuentor ru. Pinguis quos olei rore madentibus / ligmis aut facibus paſcimus aridis quin et fila fauis cirpea floris melle preſſo prius collita fingimꝰ Inuentor. Splendent ergo tuis muneribus pater flammis nobilibus ſcilicet atria abſentemqꝫ diem lux agit emula quā nox cū lacero victa fugit peplo. Inuentor rutuli / dux. Per quem ſplendor honor laus ſapientia maieſtas bonitas et pietas tua regnū continuat: numine triplici texēs perpetuis ſecula ſeculis. Inuentor rutuli dux bone luminis. &c.

¶ Benedictio cerei paſchalis atqꝫ fontium: quere in fine ſanctoralis. ¶ Lectiones ſequētes legētur abſqꝫ titulo. Lectio prima.

In principio creauit deꝰ celum et terrā Terra autem erat inanis et vacua / et tenebre erant ſuper faciem abyſſi: et ſpiritus dei ferebatur ſuper aquas. Dixitqꝫ deus. Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit deus lucē ꝙ eſſet bona: et diuiſit lucem a tenebris. Appellauitqꝫ lucem diem: et tenebras noctem. Factumqꝫ eſt veſpere et mane dies vnus. Dixit quoqꝫ deus. Fiat firmamentū in medio aquarum: et diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamētū / diuiſitqꝫ aquas que erant ſub firmamento ab his que erant ſuper firmamētum. Et factum eſt ita. Vocauitqꝫ deus firmamentū

celum. Et factū eſt veſpere et ma-
ne dies ſecundus. Dixit vero de-
us. Congregētur aque que ſub ce
lo ſunt in locum vnum: et appa-
reat arida. Factumq; eſt ita. Et
vocauit deus aridā terram: con-
gregationeſq; aquarum appella
uit maria. Et vidit de⁹ q̄ eſſet bo-
num/ et ait. Germinet terra her-
bam virentem et facientē ſemen:
et lignum pomiferū faciens fru-
ctum iuxta genus ſuum: cuius ſe
men in ſemetipſo ſit ſuper terrā.
Et factum eſt ita. Et protulit ter-
ra herbam virentem et afferentē
ſemen iuxta genus ſuum: lignū-
q; faciens fructū: et habens vnū-
quodq; ſementem ſecundum ſpe
ciem ſuam. Et vidit deus q̄ eſſet
bonū: factumq; eſt veſpere et ma
ne dies tertius. Dixit autem de-
us. Fiāt luminaria in firmamē-
to celi/ et diuidant diem ac noctē:
et ſint in ſigna/ et tempora/ et di-
es/ et annos: vt luceant in firma-
mento celi/ et illuminent terram.
Et factū eſt ita. Fecitq; deus duo
luminaria magna: lumiare ma
ius/ vt preeſſet diei: et luminare
minus/ vt preeſſet nocti et ſtellas
Et poſuit eas in firmamento celi
vt lucerent ſuper terram: et preeſ
ſent diei ac nocti: et diuiderent lu
cem ac tenebras. Et vidit deus q̄
eſſet bonum: et factum eſt veſpe-
re et mane dies quartus. Dixit e-
tiam deus. Producant aque rep-
tile anime viuentis: et volatile ſu
per terram ſub firmamento celi.
Creauitq; deus cete grādia et om
nem animam viuentem atq; mo
tabilem/ quam produxerāt aque
in ſpecies ſuas: et omne volatile
ſecundum genus ſuum. Et vidit
deus q̄ eſſet bonum: benedixitq;
eis dicens. Creſcite et multiplica-
mini/ et replete aquas maris/ a-
ueſq; multiplicentur ſuper terrā
Et factum eſt veſpere et mane di
es quitus. Dixit quoq; deus. Pro
ducat terra animā viuentem in
genere ſuo: iumenta/ et reptilia/
et beſtias terre ſecundum ſpecies
ſuas. Factumq; eſt ita. Et fecit de
us beſtias terre ſecundum ſpeci-
es ſuas: et iumenta/ et omne rep-
tile terre in genere ſuo. Et vidit
deus q̄ eſſet bonum: et ait. Facia
mus hominem ad imaginem et
ſimilitudinē noſtram: et preſit pi
ſcibus maris/ et volatilibus celi:
et beſtijs vniuerſeq; terre omniq;
reptili quod mouetur in terra Et
creauit deus hominem ad imagi
nem et ſimilitudinē ſuā: ad ima-
ginem dei creauit illum/ maſcu-
lum et feminam creauit eos. Be
nedixitq; illis deus: et ait. Creſci-
te et multiplicamini et replete ter
ram et ſubijcite eam: et domina-
mini piſcibus maris/ et volatili-
bus celi: ⁊ vniuerſis animātibus
que mouentur ſuper terram. Di
xitq; deus. Ecce dedi vobis omnē
herbam afferentem ſemen ſuper
terram: et vniuerſa ligna que ha
bent in ſemetipſis ſementem ge-
neris ſui: vt ſint vobis in eſcam/
et cunctis animātibus terre/ om-
niq; volucri celi: et vniuerſis que
mouentur in terra: et in quibus
eſt anima viuens vt habeatis ad
veſcendū Et factum eſt ita. Vidit
q; deus cūcta que fecerat: et erant

balde bona. Et factum eſt veſpe=
re ⁊ mane dies ſextus Igitur per
fecti ſunt celi et terra: et omnis or
natus eorum Compleuitqꝫ deus
die ſeptimo opus ſuum quod fe=
cerat: et requieuit die ſeptimo ab
vniuerſo opere qđ patrarat. Col.

Deus qui mirabiliter ho=
minem creaſti/ et mirabi=
lius redemiſti: da nobis q̄ſumus
contra oblectamenta peccati mē=
tis ratione perſiſtere: vt merea=
mur ad gaudia eterna peruenire
Per. Lectio ij. Exodi. xiiij.

Factum eſt in vigilia ma=
tutina: et ecce reſpiciēs do=
minus ſuper caſtra egyptiorum
per columnā ignis et nubis inter
fecit exercitum eorum: et ſubuer=
tit rotas curruum ferebāturqꝫ in
profundum. Dixerunt ergo egy=
ptij. Fugiamus iſraelem: domi=
nus enim pugnat pro eis contra
nos. Et ait dominus ad moyſen:
Extēde manum tuam ſuper ma=
re: vt reuertantur aque ad egyp=
tios: ſuper currus et equites eorū
Cumqꝫ extendiſſet moyſes manū
contra mare: reuerſum eſt primo
diluculo ad priorem locum. Fu=
gientibuſqꝫ egyptijs occurrerūt
aque: et inuoluit eos dominus in
medijs fluctibus. Reuerſeqꝫ ſunt
aque et operuerūt currus et equi=
tes cuncti exercitus pharaonis:
qui ſequētes ingreſſi fuerant ma
re: nec vnus quidem ſuperfuit ex
eis. Filij autem iſrael perrexerūt
per medium ſicci maris: et aque
eis erant quaſi pro muro / a dex=
tris et a ſiniſtris. Liberauitqꝫ do
minus in die illa iſrael de manu
egyptiorum: et viderunt egypti=
os mortuos ſuper littus maris/
et manum magnam quam exer=
cuerat dominus contra eos. Me
tuitqꝫ populus dominū: et credi=
derūt domīo et moyſi ſeruo eius
Tunc cecinit moyſes et filij iſrael
carmen hoc domino et dixerunt.

Cantemus domino Tractus
glorioſe enim honorificatus
eſt equum et aſcenſorē proiecit in ma
re/ adiutor et protector factus eſt mi
chi in ſalutem. ℣. Hic deus meus et
honorificabo eum: deus patris mei
et exaltabo eum. ℣. Dominus con=
terens bella dominus nomen eſt illi.

Deus cuius antiqua Colla
miracula in preſenti quo=
qꝫ ſeculo choruſcare ſētimus: pre
ſta queſumus: vt ſicut priorē po=
pulum ab egyptijs liberaſti/ hoc
ad ſalutē gentium per aquas ba
ptiſmatis opereris. Per dominū
noſtrū. Lectio tertia. Iſaye. iiij.

Apprehendēt ſeptem mu=
lieres virum vnum in die
illa dicentes. Panem noſtrum co
medemus: et veſtimentis noſtris
operiemur tantummodo inuoce
tur nomen tuum ſuper nos: au=
fer opprobrium noſtrum. In die
illa erit germē domini in magni
ficētia et glīa et fructus terre ſub
limis: et exultatio his qui ſalua=
ti fuerint de iſrael. Et erit omnis
qui relictus fuerit in ſyon/ et reſi=
duus in hieruſalem ſanctus vo=
cabitur: omnis qui ſcriptus eſt in
vita in hieruſalē. Si abluerit do=
minus ſordem filiarum ſyon: et
ſāguinem hieruſalem lauerit de
medio eius in ſpiritu iudicij: et

ſpiritu ardoris. Et creauit dominus ſuper omnem locum mõtis ſyon: et vbi inuocatus eſt nubem per diem: et fumum et ſplendorē ignis flãmantis in nocte. Super omnem enim gloriam protectio: et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab eſtu: ꝛ in ſecuritatem et abſconſionē a turbine et a pluuia. Tractus.

Vinea facta eſt dilecto in cornu in loco vberi. ℣. Et maceriam circundedi/ et circunfodi/ et plãtaui vineam ſoreth: et edificaui turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodi in ea. vinea enim domini ſabaoth domus iſrael eſt. Collecta.

Deus qui nos ad celebrandum paſchale ſacramentum vtriuſqꝫ teſtamenti paginis inſtruis: da nobis intelligere miſericordiam tuam: vt ex perceptione preſentiũ munerum/ firma ſit expectatio futurorũ. Per dñm noſtrũ. Lectio. iiii. Iſaye. liiii.

Hec eſt hereditas ſeruorum domini: et iuſticia eorum apud me dicit dominus. Omnes ſitiẽtes venite ad aquas: et ꝗ non habetis argentũ/ properate/ emite et comedite. Venite emite abſqꝫ argento: et abſqꝫ vlla cõmutatione/ vinum et lac. Quare appenditis argentum/ non in panibus: ꝛ laborem veſtrum/ non in ſaturitate? Audite audientes me/ et comedite bonum: et delectabitur in craſſitudine anima veſtra. Inclinate aurem veſtram et venite ad me: audite/ et viuet anima veſtra Et feriam vobiſcũ pactum ſempiternũ: miſericordias dauid fidelis. Ecce teſtem populis dedi eũ ducem ac preceptorem gentibus. Ecce gentem quam neſciebas vocabis: et gentes que non cognouerunt te ad te current: propter dominum deum tuum et ſanctum iſrael: quia glorificauit te. Querite dominũ dum inueniri poteſt: inuocate eum dum prope eſt. Derelinquat impius viam ſuam: et vir iniquus cogitationes ſuas/ ꝛ reuertatur ad dominum: et miſerebitur eius et ad deum noſtrum quoniã multus eſt ad ignoſcendum. Non enĩ cogitationes mee/ cogitatiões veſtre: neqꝫ vie veſtre vie mee dicit dominus quia ſicut exaltantur celi a terra/ ſic exaltate ſunt vie mee/ a vijs veſtris: et cogitationes mee/ a cogitationibus veſtris. Et quomodo deſcendit imber et nix de celo: et illuc vltra nõ reuertitur/ ſed inebriat terram et infundit eam: et germinare eam facit/ et dat ſemen ſerenti: et panem comedẽti: ſic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Dicit dominus omnipotens. Tractus.

Attende celũ et loquar/ ꝛ audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur ſicut pluuia eloquiũ meum/ et deſcendant ſicut ros verba mea: ſicut imber ſuper gramina. Et ſicut nix ſuper fenum/ quia nomen domini inuocabo. ℣. Date magnificentiam deo noſtro: deus vera opera eius et omnes vie eius iudicia ℣. Deus fidelis in quo non eſt iniquitas/ iuſtus et ſactus dñs. Colla.

Deus qui eccleſiã tuam ſemper gentium vocatiõe mul

tiplicas: concede ꝓpicius vt quos aqua baptiſmatis abluis: continua pꝛotectione tuearis. Per dominū noſtrū ieſum chꝛiſtum filium tuum. Qui tecum. Tractus.

Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deum viuum / quādo veniam et apparebo ante faciē dei mei ℣. Fuerunt michi lachꝛẏme mee panes die ac nocte / dum dicitur michi per ſingulos dies / vbi eſt deus tuus

Collecta.

Concede queſumus omnipotens deus: vt qui feſta paſchalia agimus: celeſtibus deſiderijs accenſi: fontem vite ſitiamus: dominū noſtrum ieſum chꝛiſtū filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat. Rᷓ. Deinde cantentur letanie / et in fine earū poſt Agnus dei: icipietur ad miſſam. Kyꝛie eleyſon. Gloꝛia in excelſis. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Collecta.

Deus qui hāc ſacratiſſimā noctē gloꝛia dominice reſurrectionis illuſtras: conſerua in noua familie tue pꝛogenie adoptionis ſpiritum quem dediſti: vt coꝛpoꝛe et mente renouati / puram tibi exhibeant ſeruitutem. Per eundem. In vnitate eiuſdē.

Ad colloceſes. tertio.

Fratres. Si conſurrexiſtis cum chꝛiſto: que ſurſum ſūt querite: vbi eſt chꝛiſtus in dextera dei ſedens. Que ſurſum ſūt ſapite: non que ſuper terram. Moꝛtui enim eſtis: et vita veſtra abſcondita eſt cum chꝛiſto in deo Cum eni chꝛiſtus apparuerit vita veſtra: tunc et vos apparebitis cum ipſo in gloꝛia. Alleluya ℣. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericoꝛdia eius. Nota Alleluya / nō repetitur poſt verſum: ſed ſtatim tractus ſequēs inchoatur. Tra.

Laudate dominū omnes gētes ⁊ collaudate eum omnes populi. ℣ Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericoꝛdia eius / et veritas domini manet in eternum.

Secundū Matheum. xxviij.



Veſpere autē ſabbati que luceſcit in pꝛima ſabbati / venit maria magdalena / et altera maria / videre ſepulchꝛū. Et ecce terremotus factus eſt magnus: angelus autem domini deſcendit de celo: et accedens reuoluit lapidem: et ſedebat ſuper eum. Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur et veſtimentum eius ſicut nix. Pꝛe timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes: et facti ſūt velut moꝛtui. Reſpondens autem angelus / dixit mulieribus. Nolite timere. Scio enim: ꝙ ieſum qui crucifixus eſt / queritis. Non eſt hic. Surrexit enim ſicut dixit. Venite / et videte locum vbi poſitus erat dominus Et cito euntes / dicite diſcipulis eius / quia ſurrexit et ecce pꝛecedet vos in galileam. Ibi eum videbitis: ecce pꝛedixi vobis. Non dicitur Credo / nec offertoꝛium / nec Agnus dei: neq; communio / nec

oſculum pacis datur. Secreta.

Suſcipe domine queſumus preces populi tui cum oblationibus hoſtiarum: vt paſchalibus initiata myſterijs/ ad eternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum vi. Prefatio. Te quidem domine omni tempore: ſed in hac potiſſimum nocte. et cetera. Infra actionem.

Cōmunicantes et noctem ſacratiſſimam celebrantes. et Hanc igitur/ dicatur de feſto. ¶ Ad veſperas Anti. Alleluya alleluya. ps.

Laudate dominū omnes gentes: et collaudate eum omnes populi. Quoniā confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: et veritas domini manet in eternum.

Gloria patri/ et filio/ et ſpūi ſancto. Sicut erat in principio. ꝛc.

¶ Ad Magnificat Antiphona.

Veſpere autē ſabbati/ que luceſcit in prima ſabbati: venit maria magdalena/ et altera maria videre ſepulchrum alleluya. Complenda.

Spiritum nobis domīe tue charitatis infūde: vt quos ſacramentis paſchalibus ſatiaſti: tua facias pietate concordes. Per dominum noſtrum. In vnitate eiuſdem. Benedicamus domino. Deo gratias.

¶ In die ſancto Paſche. Ad miſſam Introitus.



Reſurrexi et adhuc tecum ſum allā: poſuiſti ſuper me manū tuam allā: mirabilis facta eſt ſciētia tua alleluya allā. ps. Domine probaſti me et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam/ et reſurrectionē meam. Gloria patri et filio. Collecta.

Deus qui hodierna die per vnigenitum tuum eternitatis nobis aditum deuicta morte reſeraſti: vota noſtra que preueniendo aſpiras: etiam adiuuando proſequere. Per eundem dnm noſtrū. Ad corinthios. j. v.

Fratres. Expurgate vetus fermentum: vt ſitis noua conſperſio/ ſicut eſtis azimi. Et enim paſcha noſtrū immolatus eſt chriſtus. Itaqꝫ epulemur. Nō in fermento veteri/ neqꝫ in fermē-

to malicie et nequitie: ſed in azi-
mis ſinceritatis et veritatis. Gr.
Hec dies quã fecit dñs / exultemus
et letemur in ea. ℣. Cõfitemini dño
qm̃ bonus / quoniã in ſeculũ miſeri-
cordia eius. Alla. ℣. Paſcha nr̃m
imolatus eſt chriſtus. ℣. Epulemur
i azimis ſiceritatis ⁊ veritat. Seqn̄
Laudes ſaluatori voce mo
dulemur ſupplici. Et de
notis melodijs / celeſti dño iubile
mus meſſye. Qui ſeipſũ exinani
uit / vt nos perditos liberaret ho-
mines. Carne gloriã deitatis oc
culens pannis tegitur in preſepi
miſerãs precepti tranſgreſſorem
pulſum patria paradiſi nudulũ
Joſeph marie ſymeõi ſubditur
circũciditur: et legali hoſtia mun
datur vt peccator noſtra qui ſolet
relaxare crimina. Serui ſubijt
manus baptizandus: ac perfert
fraudes tẽtatoris / fugit per ſequẽ
tum lapides Famẽ patitur dor
mit ac triſtatur ac lauat diſcipl̃is
pedes deus homo ſummus hũi-
lis. Sed tamen inter hec abiecta
corporis / eius deitas nequaq̃ qui
uit latere ſignis varijs et doctri-
nis prodita. Aquã nuptijs dat
ſaporis vinei / cecos oculos claro
luie veſtiuit leprã luridã tactu fu
gat placido. Putres mortuos ſu
ſcitat mẽbraq; curat debilia / flu-
xũ ſãguinis conſtrinxit / ⁊ ſatura
uit quiq; de panibus quina milia
Stagnũ pagrat fluctuãs ſeu ſic
cũ littus vẽtos ſedat linguã reſe-
rat conſtrictã recluſit aures priua
tas vocibus febres depulit. Poſt
hec mira miracula taliaq; Spõte
ſua cõprehẽditur et dãnatur. Et
ſe crucifigi nõ deſperit. Sed ſol
eius mortẽ non aſperit. Illuxit
dies quam fecit dñs mortẽ deua-
ſtans et victor ſuis apparẽs dile-
ctoribus viuus Primo marie de
hinc apoſtolis docens ſcripturas
cor aperiẽs / vt clauſa de ipſo reſe-
rarẽt. Fauent igitur reſurgẽti
chriſto / cũcta gaudijs flores ſege-
tes rediuiuo fructu vernãt / et vo
lucres gelu triſti terſo dulce iubi-
lant. Lucent clarius ſol et luna
morte chriſti turbida tellus herbi
da reſurgenti plaudit chriſto que
tremula eius morte ſe caſurã mi-
nitat. Ergo die iſta exultemus:
qua nobis viã vite reſurgens pa-
tefecit ieſus. Aſtra ſolũ mare io
cundentur / et cuncti gratulentur
in celis ſpiritales chori trinitati.

¶ Secundum Marcum. xvi.



In illo tp̃e Maria
magdalene / et
maria iacobi / et
ſalome emerũt
aromata: vt ve
niẽtes vngerent
ieſum. Et valde
mane vna ſab-
batorũ veniũt ad monumentũ:
orto iam ſole. Et dicebãt ad inui-
cem. Quis reuoluet nobis lapidẽ
ab hoſtio monumẽti / Et reſpiciẽ-
tes viderũt reuolutũ lapidẽ Erat
quippe magnus valde. Et intro
eũtes in monumentũ: viderũt iu
uenẽ ſedentẽ in dextris / coopertũ
ſtola cãdida et obſtupuerũt. Qui
dixit illis. Nolite expaueſcere. Je
ſum queritis nazarenũ crucifixũ
Surrexit: non eſt hic. Ecce locus

vbi poſuerunt eũ. Sed ite/dicite
diſcipulis eius et petro: quia pre=
cedet vos in galileam. Ibi eũ vi=
debitis: ſicut dixit vobis Credo
dicitur per octa. Offr. Terra tre
muit et quieuit: dum reſurgeret in
iudicio deus alleluya. Secreta.
SUſcipe dñe q̃s preces popu
li tui cũ oblatiõibus hoſtia
rum: vt paſchalibus initiata my
ſterijs / ad eternitatis nobis me=
delã te operãte proficiãt Per. Pre
fatio. Te quidẽ dñe omni tẽpore.
Cõicantes: et Hanc igitur. De fe=
ſto vſq; ad ſabbatum incluſiue.
Cõio. Paſcha noſtrũ immolatus
eſt chriſtus alleluya/itaq; epulemur
in azimis ſinceritatis et veritatis al
leluya alleluya alleluya. Cõplẽda.
SPiritũ nobis dñe tue cari=
tatis infũde: vt quos ſacra
mentis paſchalibus ſatiaſti: tua
facias pietate cõcordes. Per dñm
¶ Feria ij. poſt paſcha. Introit⁹
INtroduxit vos dñs
in terrã fluentẽ lac et
mel alleluya: et vt lex
dñi ſemper ſit i ore ve
ſtro alľa alleluya. Ps
Cõfitemini dño quoniã bonus quo
niam in ſeculũ mia eius. Collecta.
DEus q̃ ſolẽnitate paſchali
mũdo remedia contuliſti:
populũ tuũ q̃s celeſti dono proſe=
quere: vt et perfectã libertatẽ con
ſequi mereatur: et ad vitam pro=
ficiat ſempiternã. Per dominũ.
¶ Lectio actuum apoſtolorũ. x.
IN diebus illis. Stans pe=
trus in medio plebis dixit.
Viri fratres vos ſcitis quod factũ
eſt verbũ per vniuerſã iudeam:
incipiẽs enim a galilea poſt bap=
tiſmũ quod p̃dicauit iohannes ie
ſum a nazareth: quomodo vnxit
eum deus ſpũ ſancto / et virtute.
Qui pertrãſiuit benefaciẽdo & ſa
nãdo omẽs oppreſſos a diabolo:
q̃m deus erat cum illo. Et nos te=
ſtes ſumus omniũ que fecit in re=
gione iudeorũ et hieruſalẽ: quem
occiderunt ſuſpendẽtes in ligno.
Hunc deus ſuſcitauit tertia die: &
dedit eum manifeſtũ fieri/nõ om
ni populo: ſed teſtibus preordina
tis a deo: nobis qui manducaui=
mus et bibimus cum illo: poſtq̃
reſurrexit a mortuis. Et precepit
nobis predicare populo et teſtifi=
cari quia ipſe eſt qui cõſtitutus eſt
a deo iudex viuorũ et mortuorũ.
Huic omnes prophete teſtimoniũ
perhibent / remiſſionẽ peccatorũ
accipere per nomen eius: omnes
qui credunt in eum. Grad. Hec
dies quam fecit dñs exultemus et le
temur in ea. V. Dicat nũc iſrael quo
niam bonus/quoniã in ſeculũ miſe=
ricordia eius. Alľa. V. Nonne cor
noſtrũ ardens erat in nobis / de ieſu
dũ loqueretur nobis in via. Sequẽ
LAudes chriſto redẽpti/ vo
ce modulemur ſupplici.
Ois in hac die/rerũ natura iubi
lãs. Perſonet immẽſas/filio dei
gratias. Iam noſtri cõciues/cele
ſtis ſanctuarij milites. Ordines
nouem/ in vña nos adunate gau
dia. Hymnite nũc ſuperi/parit
reſonate inferi. Et ois in dñi/ſpi
ritus gratuletur eneſi. Qui ho=
minis cauſa deus homo naſcitur
et fragili carne ſe deitas occulẽs/
probra ſuſtinuit patiẽs Virtuti

bus ſignis vt deus emicuit/ et cor-
poris noſtri neceſſitate fruẽs/ ve-
rus terrigena claruit. Ab hoſte
temptatus non eſt agnitus/ neq̃
diuinitas patuit. Ars artem
deluſit donec veteris nodũ pia-
culi ſecuit. In ara crucis hoſti-
am ſe pro nobis chriſtus obtulit
deo patri: morte ſua noſtra mor-
tificans crimina. Iam chriſtus
victor baratro populato/ mortis
principe vĩculato/ ab inferis põ-
pa regreditur nobili. Hec eſt dies
q̃ illuxit poſt turbida regni ethio
pum tẽpora. Chriſtus in qua re
ſurrexit/ vltra victurus cũ carne
quã ſumpſit de maria virgine.
Qui ouẽ cum gaudio patri quã
perdiderat humero reuexit ſuo.

Secundum Lucam. xxiiij.



In illo tẽ-
pore Duo
ex diſcipl'is ieſu
ibant ipſa die in
caſtellum quod
erat i ſpacio ſta-
diorum ſexaginta
ab hieruſalem:
nomine emaus
Et ipſi loquebantur ad inuicem
de his omnibus que acciderant.
Et factum eſt dum fabularẽtur/
et ſecum quererent: et ipſe ieſus
appropinquans ibat cum illis.
Oculi autem illorum tenebãtur
ne eum agnoſcerent. Et ait ad il-
los Qui ſunt hij ſermones quos
confertis ad inuicem ambulan-
tes: et eſtis triſtes? Et respondẽs
vnus cui nomen cleophas/ dixit
ei. Tu ſolus peregrinus es in hie
ruſalem: et nõ cognouiſti que fa
cta ſunt in illa/ his diebus? Qui-
bus ille dixit. Que? Et dixerunt.
De ieſu nazareno q̃ fuit vir pro-
pheta: potens in opere et ſermo-
ne coram deo/ et omni populo.
Et quomodo tradiderunt eum
ſummi ſacerdotes et pricipes no
ſtri in damnationẽ mortis: et cru
cifixerunt eum. Nos autem ſpe-
rabamus: quia ipſe eſſet redem-
pturus iſrael. Et nunc ſuper hec
omnia tertia dies eſt hodie q̃ hec
facta ſunt. Sed et mulieres que-
dam ex noſtris terruerunt nos:
que ante lucem fuerũt ad monu
mentum. Et non inuento corpo
re eius: venerunt dicentes ſe etiã
viſionem angelorum vidiſſe: qui
dicunt eum viuere. Et abierunt
quidam ex noſtris ad monumẽ-
tum: et ita inuenerunt ſicut mu-
lieres dixerunt: ipſum vero non
inuenerunt. Et ipſe dixit ad eos.
O ſtulti et tardi corde ad creden
dum: in omnib' que locuti ſunt
prophete. Nõne hec oportuit pa
ti chriſtũ/ et ita intrare in gloriã
ſuam? Et incipiẽs a moyſe et om
nibus prophetis/ interpretabatur
illis in omnibus ſcripturis/ que
de ipſo erant. Et appropinqua-
uerunt caſtello quo ibant: et ipſe
ſe finxit longius ire. Et coegerũt
illum dicentes. Mane nobiſcum
quoniã aduesperaſcit: et inclina
ta eſt iam dies. Et intrauit cum
illis. Et factum eſt dum recũbe-
ret cũ illis: accepit panẽ/ et bene-
dixit/ ac fregit: et porrigebat illis
Et aperti ſunt oculi eorum: et co
gnouerũt eum. Et ipſe euanuit
ex oculis eorũ. Et dixerunt adin-

uicē. Nōne coꝛ noſtrum ardens
erat in nobis: dum nobis loque-
ret in via: et aperiret nobis ſcri-
pturas? Et ſurgētes eadem hoꝛa
regreſſi ſunt in hieruſalē: et inue
nerunt cōgregatos vndecim: et
eos qui cum ipſis erāt dicētes: q
ſurrexit dn̄s vere: et apparuit ſy
moni. Et ipſi narrabant que ge-
ſta erant in via: et quomodo co-
gnouerūt eū: in fractione panis
Offr. Angelus dn̄i deſcēdit de ce-
lo/ et dixit mulieribus/ quē queritis/
ſurrexit ſicut dixit alleluya. Secre.
Hoſtias paſchales recēſen-
tes q̄s dn̄e: vt quod frequē
tamus actu: cōpꝛehendam⁹ effe-
ctu. Per. Pꝛefa. Cōmunicantes.
ꝛc. de feſto. Coio. Surrexit dn̄s
et apparuit petro all'a. Cōplenda.
Impleatur in nobis domi-
ne queſumus ſacramenti
paſcalis ſancta libatio: noſq; de
terrenis affectib⁹ ad celeſte tranſ
ferat inſtitutum. Per dominum

¶ Feria. iij. poſt paſ. Introitus

Aqua ſapientie pota-
bit eos alleluya: fir-
mabit in illis/ et non
flectetur alleluya. et
exaltabit eos in eter-
num alleluya alleluya. Ps. Con-
fitemini domino quoniā bonus: qm̄
in ſeculū mia eius. Gloꝛia pa. Coll.
Deus qui eccleſiā tuam no
uo ſemper fetu multipli-
cas/ concede famulis tuis: vt ſa-
cramentū viuendo teneāt: quod
fide perceperunt. Per dominū.
Lectio actuum apoſtoloꝛū. xiij.
In diebus illis. Surgens
paulus: et manu ſilētium
indicens ait. Viri fratres filij ge
neris abꝛaham: ⁊ qui in vobis ti
ment deum: vobis verbum ſalu-
tis huius miſſum eſt. Qui enim
habitabant hieruſalem et pꝛinci
pes eius ignoꝛantes ieſum/ et vo
ces pꝛophetarum: que per omne
ſabbatum leguntur: iudicantes
impleuerūt. Et nullam cauſam
moꝛtis inuenientes in eum/ petie-
runt a pylato vt interficerent eū
Cumq; conſūmaſſent omnia que
de eo ſcripta erant: deponētes eū
de ligno: poſuerunt eum in mo-
numento. Deus vero ſuſcitauit
eum a moꝛtuis tertia die. Qui vi
ſus eſt per dies multos his qui ſi-
mul aſcenderant cum eo de gali-
lea in hieruſalē: qui vſq; nunc ſūt
teſtes eius ad plebem. Et nos vo
bis annūciamus eam que ad pa-
tres noſtros repꝛomiſſio facta eſt
quoniam hanc deus adimpleuit
filijs veſtris reſuſcitans ieſū chꝛi
ſtum: dn̄m noſtrum. Gr. Hec di
es quam fecit dn̄s/ exultemus et lete
mur in ea. V. Dicant nunc qui redē-
pti ſunt a dn̄o/ quos redemit de ma-
nu inimici/ et de regionibus cōgrega
uit eos. All'a. V. Opoꝛtebat pati
chꝛiſtū/ et reſurgere a moꝛtuis/ et ita
intrare in gloꝛiam ſuam. Sequen.
Victime paſchali laudes/
immolent chꝛiſtiani.
Agnus redemit oues: chꝛiſtus
innocens patri/ recōciliauit pec-
catoꝛes. Moꝛs et vita duello/ cō
flixere mirando: dux vite moꝛtu-
us/ regnat viuus. Dic nobis
maria/ quid vidiſti in via? Se-
pulchꝛum chꝛiſti viuentis/ et glo
riam vidi reſurgentis. Ange-

litos teſtes ſudarium et veſtes. Surrexit chriſtus ſpes mea/ precedet ſuos in galileã. Credendũ eſt magis ſoli: marie veraci/ q̃ iudeorũ/ turbe fallaci. Scim⁹ chriſtũ ſurrexiſſe a mortuis vere: tu nobis victor rex miſerere. Alla.

Secundum Lucam. xxiiij.



In illo tpe Stetit ieſus in medio diſcipulorũ ſuorũ et dixit eis. Pax vobis. Ego ſũ: nolite timere. Cõturbati vero et cõterriti: exiſtimabãt ſe ſpiritũ videre. Et dixit eis. Quid turbati eſtis: et cogitationes aſcendũt in corda veſtra. Videte manus meas/ et pedes meos: quia ego ipſe ſũ. Palpate et videte: quia ſpiritus carnem et oſſa nõ habet: ſicut me videtis habere. Et cum hec dixiſſet oſtendit eis manus ⁊ pedes. Adhuc autem illis non credentibus et mirantibus pre gaudio: dixit. Habetis hic aliquid quod mãducetur? At illi obtulerunt ei partẽ piſcis aſſi: et fauum mellis Et cũ manducaſſet coram eis: ſumens reliq̃as dedit eis. Et dixit ad eos Hec ſunt verba que locutus ſum ad vos/ cũ adhuc eſſem vobiſcũ: quoniam neceſſe eſt impleri omnia que ſcripta ſunt in lege moyſi/ et prophetis/ et pſalmis de me Tunc aperuit illis ſenſum: vt intelligerent ſcripturas. Et dixit eis. Quoniam ſic ſcriptum eſt/ et ſic oportebat chriſtum pati: ⁊ reſurgere a mortuis die tertia: ⁊ predicari in nomine eius penitẽtiam in remiſſionem peccatorum: in omnes gentes. Offr. Intonuit de celo dominus: et altiſſimus dedit vocem ſuam/ ⁊ apparuerunt fontes aquarum alleluya. Secreta.

Suſcipe domine fideliũ preces cum oblationibus hoſtiarum: vt per hec pie deuotionis officia/ ad celeſtem gloriam transeamus. Per. Coio. Si conſurrexiſtis cum chriſto que ſurſũ ſũt querite alleluya: vbi chriſtus eſt in dextera dei ſedens/ que ſurſum ſunt ſapite alleluya. Complenda.

Concede queſumus omnipotens deus: vt paſchalis perceptio ſacramenti/ continua in noſtris mentibus perſeueret. Per dñm noſtrũ ieſum chriſtum

¶ Feria. iiij. poſt paſ. Introit⁹.

Venite bñdicti patris mei percipite regnũ alla: quod vobis paratũ eſt ab origine mundi allya alleluya alleluya. Ps. Cantate domino canticum nouum: cantate domĩo omnis terra. Gloria patri ⁊ filio. Collecta

Deus qui nos reſurrectionis dñice annua ſolemnitate letificas: cõcede ppicius: vt per tẽporalia feſta q̃ agimus peruenire ad gaudia eterna mereamur. Per. Lcõ actuũ apl'orũ. iij

In diebus illis. Aperiens petrus os ſuum dixit. Viri iſraelite/ et qui timetis deum audite. Deus abrahã/ et deus yſaac/ et deus iacob/ deus patrum no-

ſtrorū glrificauit filiū ſuū ieſum: quem vos quidē tradidiſtis: ⁊ negaſtis ante faciē pylati: iudicante illo dimitti. Uos autem ſanctū et iuſtum negaſtis/ et petiſtis virum homicidam donari vobis: auctorem vero vite interfeciſtis. Quem deus ſuſcitauit a mortuis: cuius nos teſtes ſumꝰ. Et nūc fratres ſcio/ quia per ignorātiā feciſtis: ſicut et principes veſtri. Deus autē qui prenūciauit per os omniū prophetarū pati chriſtum ſuum: impleuit ſic. Penitemini igitur et cōuertimini/ vt deleantur veſtra peccata. Gr. Hec dies quam fecit dominꝰ/ exultemus et letemur in ea. ℣. Dextera dn̄i fecit virtutem: dextera dn̄i exaltauit me. Alleluya. ℣. Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur mors illi vltra non dn̄abitur. Sequentia: Laudes chriſto. vt ſupra fo. lxxx.

Secundum Johannem. xxj.



In illo tpe Manifeſtauit ſe iterum ieſus diſcipulis ſuis ad mare tyberiadis: manifeſtauit autē ſic. Erant ſimul ſymon petrus/ et thomas qui dicit didimus: et nathanael qui erat a chana galilee et filij zebedei/ ⁊ alij ex diſcipulis eius duo. Dicit eis ſymō petrus. Uado piſcari. Dicūt ei. Uenimꝰ et nos tecum. Et exierūt et aſcenderunt in nauim: et illa nocte nichil prendiderunt. Mane autem iam facto/ ſtetit ieſus ī littore: nō tamen cognouerūt diſcipuli: qꝛ ieſus eſt. Dicit ergo eis ieſꝰ. Pueri: nunquid pulmentariū habetis? Reſponderunt ei. Non. Dixit eis. Mittite in dexteram nauigij rethe: et inuenietis. Miſerūt ergo: et iam non valebant illud trahere pre multitudine piſcium. Dicit ergo diſcipulus ille quem diligebat ieſus petro. Dominus eſt. Symon petrus cum audiſſet quia dominus eſt: tunica ſuccinxit ſe. Erat enim nudus: et miſit ſe in mare. Alij autē diſcipuli nauigio venerunt. Non enim longe erāt a terra: ſed quaſi cubitis ducentis trahentes rethe piſciū. Ut ergo deſcenderūt in terram: viderunt prunas poſitas: et piſcem ſuperpoſitū et panem. Dicit eis ieſus. Afferte de piſcibus quos prendidiſtis nunc. Aſcendit ſymon petrus: et traxit rethe in terram plenum magnis piſcibus/ centū quinquaginta tribus. Et cū tanti eſſent/ non eſt ſciſſum rethe. Dicit eis ieſus. Uenite prādete. Et nemo audebat diſcūbentium īterrogare eum/ tu quis es ſcientes quia dn̄s eſt. Et venit ieſus/ et accepit panem/ ⁊ dabat eis et piſcem ſimiliter. Hoc iam tertio manifeſtatꝰ eſt ieſus diſcipulis ſuis: cum reſurrexiſſet a mortuis. Credo. Offr. Portas celi aperuit dn̄s: et pluit illis manna vt ederent. panē celi dedit illis: panē angelorū māducauit homo all'a. Sec.

Sacrificia dn̄e paſchalibus gaudijs immolata/ nobis tue ppiciatiōis munus obtineāt quibꝰ eccleſia mirabiliter paſci-

tur/ ⁊ nutrit Per. Coio. Chriſtus
reſurgens ex mortuis/ iam nō morit
alleluya: mors illi vltra non domia-
bitur alleluya alleluya. Cōplenda.
Ab omni nos dñe q̄s vetu
ſtate purgatos: ſacramē-
ti tui veneranda perceptio / in no
uā trāſferat creaturā. Per dñm.
¶ Feria. v. poſt paſ. Introitus.
Victricē manū tuā
dñe laudauerunt
pariter alleluya:
quia ſapiētia ape
ruit os muti ⁊ li-
guas infantiū fe-
cit diſertas alleluya alla. Ps. Cō
fitemini domiō quoniā bonus: quo-
niam in ſeculum miſericordia eius.
Gloria patri et filio. Collecta.
Deus qui diuerſitatē gen-
tium in cōfeſſione tui no-
minis adunaſti: da vt renatis fō
te baptiſmatis / vna ſit fides mē-
tium: et pietas actionū. Per do.
Lectio actuū apoſtolorū. viij.
In diebus illis. Angel⁹ do-
mini locutus eſt ad philip
pum dicens. Surge / et vade con
tra meridianū / ad viam que de-
ſcendit ab hieruſalē in gazā: hec
eſt deſerta. Et ſurgens abijt. Et
ecce vir ethiops eunuchus potēs
candacis regine ethiopum: qui
erat ſuper omnes gazas eius: ve
nerat adorare in hieruſalē: et re-
uertebat ſedens ſuper currū ſu-
um: legenſq; iſaiam prophetam
Dixit autem ſpiritus philippo.
Accede: et adiunge te ad currum
iſtum. Accurrens autem philip-
pus / audiuit illū legentē iſayam
prophetā: ⁊ dixit. Putas ne intel
ligis que legis? Qui ait. Et quo-
modo poſſum: ſi aliquis nō oſtē-
derit michi? Rogauitq; philip-
pum / vt aſcenderet: et ſederet ſe-
cum. Locus autē ſcripture quā
legebat / erat hic. Tanq̄ ouis ad
occiſionē ductus eſt: ⁊ ſicut agn⁹
coram tondente ſe ſine voce: ſic
non aperuit os ſuū. In humili-
tate iudiciū eius ſublatū eſt. Ge-
nerationē eius quis enarrabit?
Quoniam tolletur de terra vita
eius. Reſpōdens aūt eunuchus /
dixit philippo Obſecro te de quo
ꝓpheta dicit hoc: de ſe / an de ali-
quo alio? Aperiens autē philip-
pus os ſuū: et incipiēs a ſcriptu-
ra iſta: euangelizauit illi ieſum.
Et dum irent per viam: venerūt
ad quandā aquam. Et ait eunu-
chus. Ecce aqua. Quis prohibet
me baptizari? Dixit autē philip-
pus Si credis ex toto corde / licet
Et reſpondēs ait. Credo filium
dei eſſe ieſum chriſtū Et iuſſit ſta
re currū. Et deſcēderūt vterq; in
aquā philippus et eunuchus: et
baptizauit eū. Dum autē aſcen-
diſſent de aqua: ſpiritus dñi ra-
puit philippū: et amplius nō vi-
dit eum eunuchus. Ibat autem
per viā ſuā gaudēs. Philippus
autē inuētus eſt in azoto. Et per-
tranſiens euāgelizabat ciuitati-
bus cūctis donec veniret ceſareā
predicās nomē dñi nr̄i ieſu chri-
ſti. Gr. Hec dies quā fecit dñs exul
temus et letemur in ea. ℣. Bñdict⁹
qui venit in noīe dñi: deus dñs ⁊ illu
xit nobis. Alla ℣. In reſurrectiōe
tua chriſte: celū et terra letentur: Se
quētia Victime. vt̄s folio. lxxxi.

Secundum Iohannem. xx.



In illo tẽpe Maria ſtabat ad monumentũ foris plorãs. Dum ergo fleret: iclinauit ſe/ ⁊ proſpexit in monumentum. Et vidit duos angelos in albis ſedẽtes: vnum ad caput/ et vnum ad pedes/ vbi poſitum fuerat corpus ieſu. Dicunt ei illi. Mulier: quid ploras? Dicit eis. Quia tulerũt dñm meum: et neſcio vbi poſuerunt eum Hec cum dixiſſet: conuerſa eſt retrorſum. Et vidit ieſum ſtantem et non ſciebat quia ieſus eſt. Dicit ei ieſus. Mulier quid ploras? Quem queris? Illa exiſtimans quia ortolanus eſſet: dicit ei. Domine ſi tu ſuſtuliſti eũ/ dicito michi vbi poſuiſti eum: et ego eum tollã. Dicit ei ieſus. Maria. Cõuerſa illa: dicit ei. Rabboni: qđ dicitur magiſter. Dicit ei ieſus. Noli me tangere. Nondũ enim aſcendi ad patrem meum. Uade autem ad fratres meos: et dic eis Aſcendo ad patrem meum et patrem veſtrum: deum meum/ et deum veſtrum. Uenit maria magdalene annũciãs diſcipulis quia vidi dñm: et hec dixit mihi. Offer.

In die ſolemnitatis veſtre dicit dominus: inducam vos in terram fluentem lac et mel alleluya. Secreta.

Suſcipe queſumus domine munera populorum tuorum propicius: vt cõfeſſione tui nominis et baptiſmate renouati/ ſempiternã beatitudinẽ conſequãtur. Per. Coío. Populus acquiſitiõis annũciate virtutes eius: all'a: qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumẽ ſuũ all'a. Cõplen.

Exaudi domine preces noſtras: vt redemptionis noſtre ſacroſãcta commercia: et vite nobis conferant preſentis auxilium: et gaudia ſempiterna cõciliẽt. Per dñm. ¶ Feria vj. poſt paſcha. Ad miſſam. Introitus.

Duxit eos dominus in ſpe all'ya: et inimicos eorũ operuit mare alleluya alleluya alleluya. ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtrã in verba oris mei Gloria patri et filio. Collecta.

Omnipotẽs ſempiterne deus: qui paſchale ſacramentum in reconciliationis humane federe contuliſti: da mẽtibus noſtris: vt quod profeſſiõe celebramus/ imitemur effectu. Per do.

Lectio ep'le beati petri ap'li. j. iij.

Chariſſimi. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt/ iuſt' pro iniuſtis: vt nos offerret deo: mortificatos quidẽ carne: viuificatos autẽ ſpiritu. In quo et his et q̄ in carcere erãt ſpiritu veniens predicauit: qui increduli fuerant aliquãdo: quãdo expectabãt dei patientiam in diebus noe cum fabricaretur archa: in qua pauci/ id eſt octo anime ſalue facte ſunt per aquam. Qđ et vos nũc ſimilis forme ſaluos facit baptiſma nõ carnis depoſitio ſordiũ: ſed cõſciẽtie bone

84

interrogatio in deū. Per reſurrectionē dñi noſtri ieſu chriſti: q̄ eſt in dextera dei Grad. Hec dies quā fecit dñs / exultemus et letemur in ea. ℣. Lapidē quē reprobauerūt edificantes / hic factus eſt in caput anguli: a dño factū eſt / et eſt mirabile in oculis noſtris. Alleluya. ℣. Dicite in gentibus: quia dñs regnauit a ligno. Sequētia Victime vts. fo. lxxxj. Scd̄m Matheum. xxviij.



IN illo tpe Undecim diſcipli abierūt in galileam: in montē vbi conſtituerat illis ieſus Et videntes eū adorauerūt: quidā autē dubitauerūt. Et accedens ieſus / locutus eſt eis dicens. Data eſt michi omnis poteſtas: in celo et in terra. Eūtes ergo docete omnes gētes: baptizātes eos in nomine patris / et filij / et ſpiritus ſancti: docētes eos ſeruare omnia quecunq; mandaui vobis. Ecce ego vobiſcum ſum oībus diebus: vſq; ad cōſummationē ſeculi. Offr. Erit vobis hec dies memorialis alleluya: et diem feſtū celebrabitis ſolennem domio in progenies veſtras legitimum ſempiternum diem alleluya alleluya alleluya. Secreta. Hoſtias queſumus domie placatus aſſume: quas et pro renatorum expiatione peccati deferimus: et pro acceleratiōe celeſtis auxilij. Per. Coio. Data eſt michi omnis poteſtas in celo et in terra alleluya: euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris / et filij / et ſpiritus ſancti alleluya alleluya. Complenda. Reſpice queſumus domine populū tuū: et quem eternis dignatus es renouare myſterijs: a tēporalibus culpis dignāter abſolue. Per dñm. ¶ Sabbato poſt paſcha. Ad miſſā Offm̄. Eduxit dñs populum ſuū in exultatione alleluya: et electos ſuos in leticia alla alla. Ps. Confitemini dño / et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. Collecta. Concede queſumus omnipotēs deus: vt qui feſta paſcalia venerādo egimus: per hec contingere ad gaudia eterna mereamur. Per dñm noſtrum. Lectio epiſtole beati Petri apli. j. ij. Chariſſimi. Deponētes omnem maliciam / et omnem dolum et ſimulatiōes: et inuidias / et omnes detractiones: ſicut modo geniti infantes rationabiles ſine dolo lac concupiſcite: vt in eo creſcatis in ſalutem. Si tamen guſtaſtis / quoniam dulcis eſt dñs. Ad quem accedētes lapidem viuum: ab hoībus quidem reprobatum: a deo autem electū et honorificatū. Et ipſi tanq̄ lapides viui ſuperedificamini domos ſpiritales ſacerdotium ſanctum: offerre ſpiritales hoſtias acceptabiles deo: per ieſum chriſtum. Propter quod cōtinet ſcriptura. Ecce pono in ſyon lapidem ſummū: angularē / probatū electū: precioſū: et qui crediderit

in eum/non confundentur. Uo-
bis igitur honor credētibus/ nō
credētibus autem lapis quem re
probauerunt edificantes: hic fa-
ctus eſt in caput anguli: et lapis
offenſionis/et petra ſcādali: his
qui offendunt verbo: nec credūt
in quo ⁊ poſiti ſūt. Uos autē ge-
nus electum: regale ſacerdotiū/
gens ſancta: populus acquiſitio
nis/ vt virtutes annūcietis eius
qui de tenebris vos vocauit/ in
admirabile lumen ſuū. Qui ali-
quando non populus dei: nunc
autem populus dei. Qui non cō-
ſecuti miſericordiā: nunc autem
miſericordiam conſecuti. Alle-
luya. ℣. Hec dies quam fecit domi
nus: exultemꝰ et letemur in ea. Al-
leluya. ℣. Laudate pueri dominū:
laudate nomen dñi. ℣. Sit nomen
dñi benedictū: ex hoc nunc et vſqꝫ in
ſeculū. Sequētia Uictime. vts. fo
lio. lxxxi. Scdm Johannem. xx.



In illo tē-
pore Una
ſabbati maria
magdalene ve-
nit mane cū ad-
huc tenebre eſſēt
ad monumētū:
⁊ vidit lapidem
ſublatum a mo
numēto. Cucurrit ergo et venit
ad ſymonem petrum/ et ad aliū
diſcipulum quem amabat ieſus:
et dicit eis. Tulerūt dñm de mo-
numento: et neſcimus vbi poſue
runt eum. Exiit ergo ſymon pe-
trus et ille alius diſcipulus: et ve
nerunt ad monumentū. Curre-
bant autem duo ſimul: et ille ali-
us diſcipulus precucurrit citius
petro: et venit primus ad monu
mētum. Et cum ſe inclinaſſet: vi
dit lintheamina poſita: non ta-
men introiuit. Uenit ergo ſymō
petrus ſequens eum: et introiuit
in monumentū. Et vidit linthea
mina poſita: et ſudarium quod
fuerat ſuper caput eius/ nō cum
lintheaminibus poſitum: ſed ſe-
paratim inuolutum in vnum lo
cum. Tunc ergo introiuit et ille
diſcipulꝰ qui venerat primus ad
monumentum: et vidit/ et credi-
dit. Nondum enim ſciebant ſcri
pturā/ quia oportuit eum a mor-
tuis reſurgere. Offr. Benedi-
ctus qui venit in nomine dñi benedi-
ximus vobis de domo dñi: deus dñs
et illuxit nobis alla alla. Secreta.

Concede queſumus domie
ſemper nos per hec myſte-
ria paſchalia gratulari: vt conti
nua noſtre reparationis opera-
tio: perpetue nobis fiat cauſa le-
ticie. Per dñm. Coio. Omēs qui
in chriſto baptizati eſtis: chriſtum in
duiſtis alleluya. Complenda.

Redemptionis noſtre mu-
nere vegetati queſumꝰ do
mine: vt per hoc perpetue ſalu-
tis auxilium: fides ſemper vera
proficiat. Per. Infra ebdomadā
ſingulis diebus vſqꝫ ad aſcenſio-
nem dñi. ¶ Feria ſecūda. Alle-
luya. ℣. Angelus domini deſcendit
de celo: et accedens reuoluit lapidem
et ſedebat ſuper eum. ℣. Reſpondēs
autem angelus dixit mulieribꝰ. quē
queritis: ille autem dixerunt: ieſum
nazarenū. ¶ Feria. iii. Allelu-
ya. ℣. Oportebat pati chriſtū: et re-

ſurgere a moꝛtuis / et ita intrare in
gloꝛiam ſuam. Uel Alleluya. ṽ.
Surrexit dominus vere/et apparu-
it petro. ¶ Feria.iiij. Alleluya.
ṽ. In die reſurrectionis mee dicit do
minus: pꝛecedam vos in galileam.
Uel Alleluya. ṽ. Reſurrexit chꝛi
ſtus ex moꝛtuis ſicut ipſe voluit / et
apparuit diſcipulis ſuis et petro: li-
beratoꝛ noſter dominus. ¶ Feria.
v. Alleluya ṽ. Surrexit chꝛiſtus
et illuxit populo ſuo / quem redemit
ſanguine ſuo. Uel Alleluya. ṽ.
In reſurrectione tua chꝛiſte/celum ⁊
terra letantur. ¶ Feria.vi. Alle-
luya. ṽ. Dicite in gētibus/quia do-
minus regnauit a ligno. Uel Alle
luya. ṽ. Crucifixus: ſurrexit a moꝛ
tuis. ¶ Sabbato. Alleluya. ṽ.
Surrexit altiſſimꝰ de ſepulchꝛo/qui
pꝛo nobis pependit in ligno. ¶ In
oct. paſce et in ſequentibus dñi-
cis vſqꝫ ad aſcenſionē dñi/officiū
miſſe per totū ſicut in die ſancto
Sed duo Allā dicentur. Pꝛimū/
Paſcha noſtrū. Secūdū Chꝛiſtus
reſurgens. Uel Surrexit paſtoꝛ. al
ternatim per dñicas Sequentia
Uictime. ſed in vltia dñica. Ma-
ne pꝛima ſabba. Pꝛefatio ſingu-
lis diebus tam ferialibus ꝙ̄ feſti-
uis vſqꝫ ad aſcenſionē/de reſurre
ctiōe et nulla alia: ſed pꝛetermit-
titur die/exceptis dñicis. Coīcan
tes/et Hāc igitur/non dicentur.
¶ Dñica.iij.et.v. Alleluya. ṽ.
Chꝛiſtus reſurgēs ex moꝛtuis / iam
non moꝛitur/moꝛs illi vlta nō domi-
nabitur. ¶ Dñica.ij.et iiij. Alle
luya. ṽ. Surrexit paſtoꝛ bonꝰ: qui
poſuit animam ſuam pꝛo ouibus ſu
is: et pꝛo ſuo grege moꝛi dignatꝰ eſt.

¶ Dñica.i.poſt paſca. Infra eb-
domadā. Ad miſſam Introitus
Quaſi modo geni-
ti infantes allelu-
ya: rationabiles
ſine dolo lac cōcu-
piſcite/allā alle-
luya alleluya. ps.
Exultate deo adiutoꝛi noſtro: iubila
te deo iacob. Gloꝛia patri. Non di-
citur Gloꝛia in excelſis. Collecta
Preſta queſumus omnipo
tens deus: vt qui paſcalia
feſta peregimus: hec te largiēte
moꝛibus: et vita teneamus. Per
dominum. ¶ Lectio epiſtole bea
ti Johannis apoſtoli. i.v.
Chariſſimi Omne quod na
tum eſt ex deo vincit mun-
dum. Et hec eſt victoꝛia que vin-
cit mundum/ fides veſtra. Quis
eſt autem qui vincit mundū: ni-
ſi qui credit quoniam ieſus eſt fi-
lius dei? Hic eſt q̄ venit per aquā
et ſāguinem ieſus chꝛiſtus. Non
in aqua ſolum/ ſed in aqua ⁊ ſan
guine. Et ſpiritus eſt qui teſtifi-
catur quoniam chꝛiſtus eſt veri-
tas. Quoniam tres ſunt qui teſti
monium dant in celo: pater/ver-
bum/et ſpiritus ſanctus. Et hi
tres vnum ſunt. Et tres ſunt qui
teſtimonium dant in terra: ſpiri
tus/ aqua/ et ſanguis: et hi tres
vnum ſunt. Si teſtimonium ho
minū accipimus: teſtimoniū dei
maius eſt. Quoniam hoc eſt teſti
moniū dei quod maius eſt: quo-
niam teſtificatus eſt de filio ſuo.
Qui credit in filiū dei/habet teſti
moniū dei in ſe. Alleluya. vt fe-
ria. Secundum Johānem. xx.

# Dñica. j. poſt octa. paſche.



In illo tpe Cum ſero eſſet die illo vna ſabbatoꝛũ et foꝛes eſſent clauſe vbi erãt diſcipuli cõgregati ꝑpter metum iudeoꝝ: venit ieſus ⁊ ſtetit i medio eoꝝ/et dixit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixiſſet: oſtẽdit eis manus et latus Gauiſi ſunt ergo diſcipuli: viſo domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis Sicut miſit me pater et ego mitto vos. Hec cum dixiſſet: inſufflauit/ et dixit eis. Accipite ſpiritũ ſanctum. Quoꝛũ remiſeritis peccata/ remittunꝰ eis et quoꝛum retinueritis/ retenta ſunt. Thomas aũt vnus ex duodecim qui dicitur didimus: non erat cum eis quando venit ieſus Dixerũt ergo ei alij diſcipuli. Vidimus dñm. Ille autem dixit eis Niſi videro in manibus eius fixuram clauoꝛum: et mittam digitum meum in locum clauoꝛũ: et mittam manũ meam in latus eius: nõ credã. Et poſt dies octo: iterum erãt diſcipuli eius intus: et thomas cũ eis. Venit ieſus ianuis clauſis: et ſtetit in medio/et dixit eis. Pax vobis. Deinde dixit thome. Infer digitum tuum huc/et vide manus meas: et affer manũ tuã/et mitte in latus meũ et noli eſſe incredulus ſed fidelis Reſpondit thomas/et dixit. Dominus meus/et deus meus. Dixit ei ieſus. Quia vidiſti me thoma credidiſti: beati qui non viderunt et crediderunt. Multa quidem et alia ſigna fecit ieſus in cõſpectu diſcipuloꝛũ ſuoꝛum: que non ſunt ſcripta in libꝛo hoc Hec autem ſcripta ſunt: vt credatis: quia ieſus eſt chꝛiſtus filius dei. Et vt credentes vitam habeatis: in nomine eius. Offr. Angelus domini deſcendit de celo/et dixit mulieribꝰ: quem queritis/ ſurrexit ſicut dixit alleluya. Secreta.

Suſcipe munera queſumꝰ domine exultantis eccleſie et cui cauſam tanti gaudij pꝛeſtitiſti: perpetuum fructum concede leticie Per. Coio Mitte manũ tuam/et cognoſce loca clauoꝛum alleluya. et noli eſſe incredulꝰ/ſed fidelis alleluya alleluya. Complenda.

Queſumus domĩe deus noſter: vt ſacroſancta myſteria que pꝛo reparationis noſtre munimine contuliſti: et pꝛeſens nobis remedium eſſe facias/⁊ futurum. Per dominum noſtrum

¶ Feria. iiij. Ad Hebꝛeos. xiij.

Fratres. Obedite pꝛepoſitis veſtris: et ſubiacete eis Ipſi enim peruigilant/quaſi rationem pꝛo animabꝰ veſtris reddituri: vt cũ gaudio hoc faciant et non gementes. Hoc enim non expedit vobis. Oꝛate pꝛo nobis. Confidimus enim quia bonam conſcientiam habemus: in omnibus bene volentes conuerſari. Amplius autẽ depꝛecoꝛ vos hoc facere quo celerius reſtituar vobis. Deus autem pacis qui eduxit de moꝛtuis paſtoꝛem magnũ ouiũ: in ſãguine teſtamenti eterni dominũ noſtrum ieſum chꝛi-

ſtum: aptet vos in omni bono: vt faciatis voluntatem eius: faciens in vobis quod placeat coram ſe: per ieſum chriſtū. Cui eſt gloria in ſecula ſeculorū amen.

Secundum Matheum. xxviij.

In illo tēpore. Exierūt mulieres cito de monumento cum timore / et gaudio magno: currētes nūciare diſcipulis eius. Et ecce ieſus occurrit illis dicens Auete. Ille autē acceſſerūt / et tenuerunt pedes eius: et adorauerunt eum Tūc ait illis ieſus. Nolite timere Ite nūciate fratribus meis / vt eant in galileam: ibi me videbūt. Que cum abiiſſent: ecce quidā de cuſtodibus venerunt in ciuitatē / et nūciauerūt principibꝰ ſacerdotū / oīa que facta fuerant Et cōgregati cum ſenioribus cōſilio accepto: pecuniā copioſā dederunt militibus dicētes. Dicite quia diſcipli eius nocte venerūt: et furati ſunt eum nobis dormiētibus. Et ſi hoc auditum fuerit a preſide: nos ſuadebimꝰ ei: et ſecuros vos faciemus At illi accepta pecunia: fecerūt ſicut erāt edocti Et diuulgatum eſt verbum iſtud apud iudeos: vſq; in hodiernum diē. ¶ Fer. vj. Scdm marcū. xvj

In illo tēpore. Surgens ieſus mane prima ſabbati: apparuit primo marie magdalene: de qua eiecerat ſeptem demonia. Illa vadēs nūciauit his qui cum eo fuerant: lugētibus et flentibus. Et illi audientes quia viueret: et viſus eſſet ab ea: non crediderūt. Poſt hec aūt duobus ex eis ambulantibus oſtenſus eſt in alia effigie: eūtibus in villā. Et illi euntes: nunciauerunt ceteris.

¶ Dñica.ij.poſt paſ. Introitus

Miſericordia domini plena eſt terra allła: verbo dei celi firmati ſunt alleluya allła ps. Exultate iuſti i dño: rectos decet collaudatio. Glia. Colła

Deus qui in filij tui humilitate iacentē mundū erexiſti: fidelibus tuis perpetuā cōcede leticiā: vt quos ꝑpetue mortis eripuiſti caſibus / gaudijs facias ſēpiternis ꝑfrui. Per eundē.

Lectio epłe beati petri apłi. j. ij.

Chariſſimi. Chriſtꝰ paſſus eſt pro nobis: vobis relinquens exemplū: vt ſequamini veſtigia eius qui peccatū non fecit: nec inuētus eſt dolus in ore eius. Qui cum malediceret nō maledicebat. Cum pateret: nō cōminabatur. Tradebat autē iudicanti ſe iniuſte: qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſup lignū vt peccatis mortui / iuſticie viuamus: cuiꝰ liuore ſanati eſtis. Eratis enim ſicut oues errantes: ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtorē et epiſcopum animarum veſtrarū Allła de feria. Scdm Iohēm. x.



In illo tpe Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuā dat pro ouibus ſuis. Mercennarius autē

et qui non eſt paſtor / cuius non ſũt oues proprie: videt lupũ venientem: et dimittit oues / et fugit. Et lupus rapit: ⁊ diſpergit oues Mercenarius autem fugit: quia mercenarius eſt: et non pertinet ad eum de ouibus. Ego ſum paſtor bonus: et cognoſco meas: et cognoſcunt me mee. Sicut nouit me pater: et ego agnoſco patrem: et animã meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo que non ſunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere: et vocem meam audient. Et fiet vnũ ouile: et vnus paſtor. Offr. Deus deus meus / ad te de luce vigilo: et in nomine tuo leuabo manus meas. alleluya alleluya. Secreta.

Benedictionem domine nobis conferat ſalutarem ſacroſancta oblatio: vt quod agit myſterio virtute perficiat. Per. Coio. Ego ſum paſtor bonus alleluya: et cognoſco oues meas / et cognoſcũt me mee alla alla. Cõplẽda

Preſta nobis omnipotens deus: vt viuificatiõis tue gratiam cõſequẽtes: in tuo ſemp munere gl'iemur. Per do. ¶ Fer iiij. Lcõ epl'e beati petri apl'i. j. j.

Chariſſimi. Scientes ꝙ nõ corruptibilib⁹ auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paterne traditionis: ſed precioſo ſanguine quaſi agni incõtaminati et imaculati chriſti: precogniti quidem ante mundi conſtitutionẽ: manifeſtati autem nouiſſimis temporibus propter vos qui per ipſum fideles eſtis in deo: qui ſuſcitauit eum a mortuis et dedit ei gloriã / vt fides veſtra et ſpes eſſet in deo Animas veſtras caſtificantes in obedientia charitatis: in fraternitatis amore. Simplici ex corde inuicem diligite attentius: renati non ex ſemine corruptibili / ſed incorruptibili: per verbũ dei viui / ⁊ permanentis in eternum Quia omnis caro vt fenũ: et oĩs gloria eius tãꝙ flos feni. Exaruit fenũ: et flos eius decidit. Uerbum autẽ dñi: manet in eternũ.

Secundum Lucam. xxiiij.



In illo tpe Una ſabbati valde diluclo venerũt mulieres ad monumẽtum: portantes que parauerant aromata: et inuenerũt lapidem reuolutum a monumento. Et ingreſſe / non inuenerunt corpus domini ieſu. Et factũ eſt dum mente cõſternate eſſent de iſto: ecce duo viri ſteterunt ſecus illas in veſte fulgenti. Cum timerent autem et declinarent vultũ in terrã: dixerunt ad illas. Quid queritis: viuẽtem cum mortuis: Non eſt hic: ſed ſurrexit. Recordamini qualiter locutus eſt vobis: cum adhuc in galilea eſſet dicens. Quia oportet filium hominis tradi in manus hominũ peccatorum et crucifigi: ⁊ die tertia reſurgere. Et recordate ſunt verborum eius: et regreſſe a monumento nũciauerũt hec omnia illis vndecim: et ceteris omnibus

Erat autem maria magdalene/
et iohanna: et maria iacobi: et ce
tere que cũ eis erant que dicebãt
ad apoſtolos hec. Et viſa ſũt an
te illos ſicut deliramentũ verba
iſta: et non crediderunt illis. Pe
trus autem ſurgens cucurrit ad
monumentũ: et procũbens vidit
lintheamina ſola poſita. Et abijt
ſecum mirãs quod factũ fuerat

¶ Feria.vj. Scdm Matheũ.ix.

IN illo tempore Acceſſerũt
ad ieſum diſcipuli iohan
nis dicentes. Quare nos et pha
riſei ieiunamus freqũter: diſci
puli autem tui non ieiunant? Et
ait illis ieſus. Nunquid poſſunt
filij ſpõſi lugere: quãdiu cum illis
eſt ſponſus? Uenient aũt dies cũ
auferet ab eis ſponſus: et tunc ie
iunabunt. Nemo autem immit
tit cõmiſſurã panni rudis in ve
ſtimentũ vetus. Tollit enim ple
nitudinẽ eius a veſtimento: et pe
ior ſciſſura fit. Neqȝ mittunt vi
num nouum: in vtres veteres.
Alioquin rũpuntur vtres: et vi
num effundit / et vtres pereunt.
Sed vinũ nouũ in vtres nouos
mittunt: et ambo conſeruantur.

¶ Dñica.iij.poſt paſ. Introit⁹.

IUbilate deo oĩs ter
ra all'a: pſalmũ dicite
noĩ eius all'a date glo
riam laudi eius: all'a
all'a all'ya. ps. Dicite
deo quã terribilia ſunt opera tua dñe:
in multitudĩe virtutis tue. Glia pa.

DEus qui errãtibus Col.
vt in viã poſſint redire iu
ſtitie veritatis tue lumen oſtẽdis
da cunctis qui chriſtiana profeſ
ſione cenſent: et illa reſpuere que
huic inimica ſunt nomini: et ea
que ſunt apta ſectari. Per dñm.

Lectio ep'le beati petri ap'li.j.ij.

CArissimi. Obſecro vos tã
quã aduenas et peregrinos
abſtinere vos a carnalibus deſi
derijs que militãt aduerſus ani
mam. Conuerſationẽ veſtrã in
ter gentes habẽtes bonam: vt in
eo quod detractant de vobis tan
quã de malefactorib⁹/ex bonis ope
ribus vos conſiderantes: glorifi
cent deũ in die viſitatiõis. Sub
iecti igitur eſtote omni humane
creature: propter deum. Siue re
gi: quaſi precellenti Siue ducib⁹
tanquã ab eo miſſis/ad vindictam
malefactorum/laudem vero bo
norum. Quia ſic eſt volũtas dei:
vt benefacientes obmuteſcere fa
ciatis imprudẽtiũ hominũ igno
rantiam. Quaſi liberi: et nõ qua
ſi velamen habẽtes malitie liber
tatem: ſed ſicut ſerui dei Omnes
honorate: fraternitatẽ diligite.
Deum timete/regem honorifica
te. Serui ſubditi eſtote: in omni
timore dominis. Non tantũ bo
nis et modeſtis: ſed etiam diſco
lis. Hec eſt enim gratia. In chri
ſto ieſu: dño noſtro. All'ya de fe
ria. Secundũ Johannem. xvj.



IN illo tpe
Dixit ieſ⁹
diſcipulis ſuis.
Modicũ et iam
nõ videbitis me
et iterum modi
cum et videbitis
me: quia vado ad
patrẽ Dixerunt

ergo ex diſcipulis eius ad inuicē.
Quid eſt hoc qđ dicit nobis mo-
dicum et non videbitis me: et ite
rum modicum et videbitis me:
et quia vado ad patrē. Dicebant
ergo. Quid eſt hoc qđ dicit modi
cum: Neſcimus quid loquitur.
Cognouit autem ieſus/quia vo-
lebant eum interrogare: et dixit
eis. De hoc queritis inter vos:
quia dixi modicum et non vide-
bitis me: et iterum modicū et vi-
debitis me. Amen amen dico vo
bis: qꝛ plorabitis et flebitis vos
mundus autē gaudebit. Vos au
tem cōtriſtabimini: ſed triſtitia
veſtra vertetur in gaudiū. Mu-
lier cum parit/triſtitiam habet:
quia venit hora eius. Cum autē
peperit puerum: iam non memi
nit preſſure propter gaudiū: qꝛ
natus eſt homo in mundum. Et
vos igitur: nūc quidem triſtitiā
habetis. Iterum autem videbo
vos: et gaudebit cor veſtrum. Et
gaudium veſtrum/nemo tollet
a vobis. Offer. Lauda anima mea
dn̄m laudabo dn̄m in vita mea: pſal
lam deo meo q̄diu ero all'a. Secre.
His nobis domie myſterijs
cōferatur: quo terrena de
ſideria mitigātes/diſcam⁹ ama-
re celeſtia. Per dn̄m. Coio. Mo-
dicum et non videbitis me all'a: ite-
rum modicum et videbitis me/quia
vado ad patrem all'a all'a. Cōplen.
Sacramēta que ſumpſim⁹
queſumus domine/et ſpi-
ritalibus nos inſtruant alimen-
tis: et corporalibus tueantur au
xilijs. Per dn̄m. ¶ Feria.iiij. Le
ctio epl'e beati Johānis apl'i. j.ij.

Chariſſimi. Hec ſcribo vo-
bis: vt nō peccetis. Sed et
ſi quis peccauerit: aduocatū ha-
bemus apud patrem ieſum chri-
ſtum iuſtum: et ipſe eſt propicia-
tio pro peccatis noſtris. Nō pro
noſtris autem tātum: ſed etiam
pro totius mundi. Et in hoc ſci-
mus/quoniam cognouim⁹ eum
ſi mandata eius ſeruamus. Qui
dicit ſe noſſe eū/et mandata eius
non cuſtodit: mēdax eſt: et in hoc
veritas non eſt. Qui autem ſer-
uat verbum eius: vere in hoc ca-
ritas dei perfecta eſt. In hoc ſci-
mus quoniam in ipſo ſumus/ſi
in ipſo perfecti fuerimus. Qui di
cit ſe in chriſto manere/debet ſi-
cut ille ambulauit et ipſe ambu-
lare. Chariſſimi: non mandatū
nouum ſcribo vobis: ſed manda
tum vetus quod habuiſtis ab ini
tio. Mandatū vetus eſt verbum
quod audiſtis. Iterum manda-
tum nouum ſcribo vobis quod
verum eſt/et in ipſo/et in vobis:
quia tenebre tranſierunt: et verū
lumen iam lucet. Per ieſum chri
ſtum: dominum noſtrum.

Secundum Johannem. iij.

In illo tēpore. Facta eſt que
ſtio ex diſcipulis iohannis
cum iudeis de purificatione. Et
venerunt ad iohannem: et dixe-
runt ei. Rabbi qui erat tecū trās
iordanem cui teſtimonium per-
hibuiſti ecce hic baptizat: et om-
nes veniunt ad eum. Reſpondit
iohannes ⁊ dixit. Non poteſt ho
mo accipere quicq̄: niſi fuerit ei
datum de celo. Ipſi vos mihi te-
ſtimoniū perhibetis/qꝫ dixerim

non ſum ego chriſtus / ſed quia
miſſus ſum ante illum. Qui ha=
bet ſponſam: ſponſus eſt. Ami=
cus autem ſponſi qui ſtat et au=
dit eum: gaudio gaudet propter
vocem ſponſi. Hoc ergo gaudiũ
meum impletũ eſt. Illum opor=
tet creſcere: me autẽ minui. Qui
de ſurſum venit: ſuper omnes eſt
Qui eſt de terra / de terra eſt: ⁊ de
terra loquitur. Qui de celo venit
ſuper omnes eſt. Et quod vidit ⁊
audiuit hoc teſtatur: et teſtimo=
nium eius nemo accipit. Qui au
tem acceperit eius teſtimoniũ ſi=
gnauit quia deus verax eſt. Quẽ
enim miſit deus: verba dei loqui
tur. Non enim ad mẽſuram dat
deus ſpiritum. Pater diligit fili=
um: ⁊ omnia dedit in manu eius
Qui credit in filiũ: habet vitam
eternam Qui autem incredulus
eſt filio / non videbit vitã: ſed ira
dei manet ſuper eum. ¶ Fer. vj.

Secundum Johannem. xij.

In illo tẽpore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Ego lux in
mundum veni: vt omnis qui cre
dit in me / in tenebris non mane=
at. Et ſi quis audierit verba mea
et non cuſtodierit: ego non iudi=
co eum. Non enim veni vt iudicẽ
mundum: ſed vt ſaluificem mũ=
dum. Qui ſpernit me / et non ac=
cipit verba mea: habet qui iudi=
cet eum. Sermo quẽ locutus ſũ:
ille iudicabit eum in nouiſſimo
die. Quia ego ex meipſo nõ ſum
locutus: ſed qui miſit me pater /
ipſe mihi mandatum dedit quid
dicã: ⁊ quid loquar. Et ſcio: quia
mandatum eius vita eterna eſt.
Que ergo ego loquor: ſicut dixit
michi pater: ſic loquor. ¶ Dñica
iiij. poſt paſ. Ad miſſam Officiũ

Cantate domino cã
ticum nouum al=
leluya: quia mira
bilia fecit domin⁹
alleluya: ante cõ=
ſpectum gentium
reuelauit iuſticiam ſuam allelu=
ya alleluia. ps. Saluauit ſibi dex=
tera eius: et brachium ſanctum eius
Gloria patri et filio. Collecta.

Deus qui fidelium mentes
vnius efficis voluntatis:
da populis tuis id amare quod
precipis: id deſiderare quod pro=
mittis: vt inter mũdanas varie=
tates / ibi noſtra fixa ſint corda /
vbi vera ſunt gaudia. Per dñm
noſtrum ieſum chriſtũ filiũ tuũ.

Lectio epl̃e beati Jacobi apl̃i. j.

Cariſſimi: Omne datum
optimum / et omne donũ
perfectum deſurſum eſt / deſcen=
dẽs a patre luminũ: apud quem
non eſt tranſmutatio: nec viciſſi
tudinis obumbratio. Volunta=
rie enim genuit nos verbo veri=
tatis: vt ſimus initium aliquid
creature eius Scitis fratres mei
dilectiſſimi. Sit autẽ omnis ho=
mo velox ad audiendum: tardus
autem ad loquendum: et tardus
ad iram. Ira enim viri: iuſticiã
dei non operatur Propter quod
abiicientes omnem immũdiciã
et abundãtiam malicie: in man=
ſuetudine ſuſcipite inſitum ver=
bum. Quod poteſt ſaluare: ani=
mas veſtras. Alleluya / de feria

Secundum Johannem. xvj.



IN illo tē-
poꝛe. Di-
xit ieſus diſcipu
lis ſuis. Uado
ad eum qui mi-
ſit me: et nemo
ex vobis interro
gat me quo va-
dis? Sed q̄a hec
locutus ſum vobis: triſtitia im-
pleuit coꝛ veſtrum. Sed ego ve-
ritatem dico vobis: expedit vo-
bis vt ego vadam. Si enim non
abiero: paraclytus nō veniet ad
vos. Si autē abiero: mittam eū
ad vos. Et cum venerit: ille argu
et mūdum de peccato: et de iuſti-
tia/et de iudicio. De peccato qui
dem: quia non crediderūt in me.
De iuſticia vero/quia ad patrem
vado: et iam non videbitis me.
De iudicio autem: quia pꝛiceps
mundi huius iam iudicatus eſt.
Adhuc multa habeo vobis dice-
re: ſed non poteſtis poꝛtare mo-
do. Cum autem venerit ille ſpi-
ritus veritatis: docebit vos om-
nem veritatē. Non enim loque-
tur a ſemetipſo: ſed quecunqꝫ au
diet loquet: et que ventura ſunt
annunciabit vobis. Ille me cla-
rificabit: quia de meo accipiet: et
annūciabit vobis. Offr. Iubi-
late deo vniuerſa terra iubilate deo
vniuerſa terra: pſalmū dicite nomi-
ni eius. venite audite: ⁊ narrabo vo
bis omnes qui timetis deū/quanta
fecit dñs anime mee allꝰa. Secreta.
DEus qui nos per huius ſa
crificij veneranda cōmer
cia/vnius ſummeqꝫ diuinitatis
participes eſſe feciſti: pꝛeſta que-
ſumus/vt ſicut tuam cognoſci-
mus veritatē: ſic eam dignis mo
ribus aſſequamur. Per d. Coio.
Cum venerit paraclytus ſpiritus
veritatis/ille arguet mūdum de pec-
cato: et de iuſticia: et de iudicio: alle-
luya alleluya. Complenda.
ADeſto nobis domīe deus
noſter: vt per hec que fide
liter ſumpſimus: et purgemur a
vicijs et a periculis oībus exua-
mur. Per dñm noſtrum ieſum.
¶ Fe. iiij. Ad theſſalonicēſes. j. v
FRatres. Omnes vos filij
lucis eſtis: et filij diei. Nō
ſumus noctis: neqꝫ tenebꝛarum.
Igitur non doꝛmiamus ſicut et
ceteri: ſed vigilemus/et ſobꝛij ſi-
mus. Qui enim doꝛmiūt/nocte
doꝛmiunt: ⁊ qui ebꝛij ſunt/nocte
ebꝛij ſunt. Nos autē qui diei ſu-
mus/ſobꝛij ſimus: induti loꝛicā
fidei et caritatis: ⁊ galeam ſpem
ſalutis. Quoniā non poſuit nos
deus in iram: ſed in acquiſitionē
ſalutis/per dñm noſtrū ieſū chꝛi
ſtum: qui moꝛtuus eſt pꝛo nobis
vt ſiue vigilemus/ſiue doꝛmia-
mus: ſimul cum illo viuamus.
Pꝛopter quod cōſolamini inui-
cem: et edificate alterutrū ſicut
et facitis. In chꝛiſto ieſu dño no-
ſtro. ¶ Euāg. Subleuatis ieſus
oculis in diſcipulos ſuos dixit.
Pater ſancte ſerua eos. Require
Sabbō poſt Iudica. fo. lix. ¶ Fe
ria. vj. Secundū Iohanem. xiij.
IN illo tpe Dixit ieſus diſci
pulis ſuis. Filioli: adhuc
modicū vobiſcū ſum. Queretis
me: et ſicut dixi iudeis: quo ego
vado/vos nō poteſtis venire. Et

vobis dico modo. Mandatū no-
uum do vobis/ vt diligatis inui-
cem: ſicut dilexi vos: vt et vos in-
uicem diligatis. In hoc cogno-
ſcent omnes/ quia mei diſcipuli
eſtis: ſi dilectionē habueritis ad
inuicem. Dicit ei ſymon petrus.
Domine/ quo vadis. Reſpondit
ieſus. Quo ego vado/ non potes
me modo ſequi: ſequeris autem
poſtea. ¶ Dñica v. poſt paſ. offi.

Vocē iocunditatis
annūciate et audi
atur allā: nūciate
vſqȝ ad extremū
terre liberauit do
minus populū ſu
um allā allā. ps. Jubilate deo oīs
terra: pſalmū dicite nomini eius: da
te gloriā laudi eius. Gloria pa. Coll.

Deus a quo bona cūcta pro
cedūt: largire ſupplicibꝰ
tuis: vt cogitemus te inſpirante
que recta ſunt: et te gubernante
eadem faciamus. Per dominū.

Lectio epľe beati Jacobi apľi. j.

Chariſſimi. Eſtote factores
verbi: et nō auditores tan-
tū: fallentes voſmetipſos. Quia
ſi quis auditor eſt verbi/ et nō fa-
ctor: hic comparabitur viro con
ſiderāti vultum natiuitatis ſue
in ſpeculo. Cōſiderauit enim ſe/
et abijt: et ſtatim oblitus eſt qua-
lis fuerit. Qui autem perſpexe-
rit in lege pfecte libertatis/ et per
manſerit in ea. non auditor obli-
uioſus factus/ ſed factor operis:
hic beatus in facto ſuo erit. Si
quis autem putat ſe religioſum
eſſe/ non refrenans linguam ſuā
ſed ſeducens cor ſuum: huius va-
na eſt religio. Religio munda et
immaculata apud deum ⁊ patrē
hec eſt: viſitare pupillos et vidu-
as in tribulatione eorum: et im-
maculatū ſe cuſtodire ab hoc ſe-
culo. Allā/ de feria. Sequētia.

Mane prima ſabbati/ ſur-
gēs dei filius/ noſtra ſpes
et gloria. Victo rege ſceleris/ re
dijt ab inferis/ cum ſūma victo-
ria. Cuius reſurrectio/ omī ple-
na gaudio/ conſolatur omnia.
Reſurgentis itaqȝ/ maria ma-
gdalena/ facta eſt prenūcia. Fe-
rens chriſti fratribꝰ/ eius morte
triſtibus/ expectata gaudia. O
beati oculi: quibus regem ſeculi:
morte iam depoſita: prima eſt in
tuita. Hec eſt illa femina: cuius
cuncta crimina/ ad chriſti veſtigia
eius lauit gratia. Que dum plo
rat ⁊ mens orat: facto clamat qđ
cor amat: ieſū ſuper omīa. Non
ignorat quem adorat: quod pre-
cetur iam deletur: quod mens ti-
met cōſcia. O maria mater pia
ſtella maris appellaris: operum
p merita. Matri chriſti coequa-
ta/ dū fuiſti ſic vocata: ſed hono-
re ſubdita. Illa mūdi impera-
trix: iſta btā peccatrix leticie pri-
mordia: fuderūt in eccleſia. Il-
la enim fuit porta: per quā ſalus
eſt exorta: hec reſurgentis nūcia:
mundū replet leticia. O maria
magdalena audi vota laude ple-
na/ apud chriſtū chorū iſtum: cle-
menter concilia. Ut fons ſūme
pietatis: qui te lauit a peccatis:
ſeruos ſuos atqȝ tuos: mūdet da
ta venia. Amen dicant omnia.

Secundum Johanem. xvj.

# Feria .ij. in rogationibus



IN illo tēpoꝛe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amen amē dico vobis ſi quid petieritis patrem in noīe meo: dabit vobis. Uſqz modo nō petiſtis quicꝙ in nomīe meo. Petite: ⁊ accipietis: vt gaudium veſtrum ſit plenū. Hec in pꝛouerbijs locutꝰ ſum vobis. Uenit hora cum iam non in pꝛouerbijs loquar vobis: ſed palam de patre meo annūciabo vobis/ in illo die in nomine meo petetis. Et nō dico vobis: quia ego rogabo patrē de vobis. Ipſe enim pater amat vos: quia vos me amaſtis: et credidiſtis quia ego a deo exiui. Exiui a patre: ⁊ veni in mundū. Iterum relinquo mundum: et vado ad patrē. Dicūt ei diſcipuli eius. Ecce nūc palam loqueris: et pꝛouerbium nullum dicis. Nunc ſcimus quia ſcis omnia: et non eſt opus tibi / vt quis te interroget. In hoc credimus: quia a deo exiſti. Offer. Benedicite gentes dominum deum noſtrum: et obedite voci laudis eius: qui poſuit animam meam ad vitam/ et non dedit commoueri pedes meos: benedictꝰ dn̄s qui nō amouit depꝛecationē meā / et miām ſuam a me alleluya. Secreta.

SUſcipe domine fideliū pꝛeces cum oblationibus hoſtiarum: vt per hec pie deuotiōis officia: ad celeſtem gloꝛiam tranſeamus. Per. Coio. Cantate domino alla: cantate dn̄o et benedicite nomen eius: bene nunciate de die in diem ſalutare eius alla alla. Cōple.

TRibue nobis domine celeſtis mēſe virtute ſatiatis: et deſiderare que recta ſunt: et deſiderata percipere. Per. ¶ Nota feria ſecūda in rogationibꝰ officium miſſe ſequens ſemper dicit niſi fuerit hic duplex feſtū/ vel feſtum Seruatij: tunc miſſa de rogationibus dicitur feria tertia ſequenti: ſed tunc ſecūdū Alleluya Opoꝛtebat. Et miſſa de dn̄ica in craſtino aſcēſionis dicitur. Et ſi ibidem aliquod feſtū fuerit tunc pꝛima miſſa ibidem de dn̄ica: dicitur: et ſecūda de feſto ¶ Feria .ij. in rogationibus. Introitus.

EXaudiuit de tēplo ſācto ſuo vocem meam alla: et clamoꝛ meus in conſpectu eius/ introiuit in aures eius alleluya alleluya. Ps. Diligam te domine foꝛtitudo mea: dominus firmamētum meum/ et refugium meū et liberatoꝛ meus. Gloꝛia pa. Colla

PReſta queſumꝰ oīpotens deus: vt qui in afflictione noſtra de tua pietate confidimꝰ: contra aduerſa oīa: tua ſemper pꝛotectione muniamur. Per do.

Lectio epl'e beati Iacobi apl'i. v.

CAriſſimi Cōfitemini alterutrū pctā vr̄a: et oꝛate pꝛo inuicē vt ſaluemini. Multū enī valet depꝛecatio iuſti aſſidua. Helias homo erat ſimilis nobis paſſibilis: et oꝛatione oꝛauit vt non plueret ſup terrā: et nō pluit annos tres: et menſes ſex. Et rurſū oꝛauit: et celū dedit pluuiā: et ter

ra dedit fructũ ſuũ Si quis autẽ
ex vobis errauerit a veritate: et
cõuerterit quis eum: ſcire debet/
quoniã qui cõuerti fecerit pecca-
toꝛem ab erroꝛe vie ſue: ſaluabit
aĩam eius a moꝛte. Et operit: mľ
titudinẽ peccatoꝛũ. Alľa. ℣. Cõ
fitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in ſecu-
lum mĩa eius. Secũdũ Alľa/ de fe
ria. Secundum Lucam. xi.



IN illo tẽ-
poꝛe. Di-
xit ieſus diſcipu
lis ſuis Quis ve
ſtrum habebit
amicum: et ibit
ad illum media
nocte: et dicet il-
li. Amice com-
moda michi tres panes/ quoniã
amicus meus venit de via ad me
et non habeo quod ponam ante
illũ. Et ille deintꝰ reſpondẽs/ di-
cat. Noli michi moleſtus eſſe: iã
oſtium clauſum eſt: et pueri mei
mecum ſunt in cubili: non poſſũ
ſurgere/ et dare tibi. Et ille ſi per
ſeuerauerit pulſans dico vobis:
et ſi non dabit illi ſurgens eo ꝙ
amicus eius ſit: pꝛopter impꝛobi
tatem tamen eius ſurget: et da-
bit illi quotquot habet neceſſari
os. Et ego vobis dico. Petite: et
dabitur vobis. Querite et inue-
nietis. Pulſate: et aperietur vo-
bis. Omnis enim qui petit acci-
pit: et qui querit inuenit: et pul-
ſanti aperietur. Quis autem ex
vobis patrem petit panem: nun
quid lapidem dabit illi? Aut pi-
ſcem: nũquid pꝛo piſce ſerpentẽ
dabit illi? Aut ſi petierit ouum:
nunquid poꝛriget illi ſcoꝛpionẽ?
Si ergo vos cum ſitis mali no-
ſtis bona data dare filijs veſtris:
quanto magis pater veſter de ce-
lo dabit ſpiritum bonum: peten
tibus ſe. Offꝛ. Cõfiteboꝛ dño ni-
mis in oꝛe meo: et in medio multoꝛũ
laudabo eum: qui aſtitit ad dexterã
pauperis: vt ſaluam faceret a perſe-
quentibus aĩam meã alľa. Secre.

SAcrificium noſtre penitu
dinis ieiunãtes tibi domi
ne perſoluimus obſecrantes: vt
eius virtute muniti/ ſemꝑ ad cele
ſte cõuiuiũ feſtinemꝰ. Per. Coĩo

Petite et accipietis: querite et inue-
nietis: pulſate et aperieť vobis: oĩs
eñi qui petit accipit/ et qui querit in-
uenit et pulſãti aperieť alľa. Cõplč.

VOta noſtra q̃s dñe pio fa
uoꝛe pꝛoſequere: vt dum
dona tua in tribulatione perce-
pimus: de cõſolatione noſtra in
tuo amoꝛe creſcamꝰ. Per. ¶ Fe-
ria. iij. Introitus. Vocẽ iocundi
tatis per totũ: niſi ꝙ pꝛimũ Alle-
luya erit Alľa de feř. Opoꝛtebat.
ſecundũ Alleluya. ℣. Confitemi-
ni. vt ſupꝛa in pꝛecedenti officio.

¶ In vigi. aſcẽſionis Introitus

OMnes gentes plaudi
te manibus: iubilate
deo in voce exultatio
nis alleluya alleluya
Ps. Subiecit populos
nobis: ⁊ gentes ſub pedibus noſtris
Gloꝛia patri et filio. Collecta.

PReſta q̃s oῗs deus: vt no-
ſtre mentis intẽtio quo ſo-
lẽnitatis hodierne gloꝛioſus au
ctoꝛ ingreſſus eſt/ ſemper inten-
dat: et quo fide pergit: conuer-

ſatione perueniat. Per eundem.
Lectio actuum apoſtolorū. iiij.
In diebus illis. Multitudi
nis credētium erat cor vnū
et anima vna. Nec quiſq̄ eorum
que poſſidebat aliquid ſuum eſſe
dicebat: ſed erant illis omnia cō-
munia. Et virtute magna redde-
bant apoſtoli teſtimoniū reſur-
rectionis ieſu chriſti dñi noſtri: ⁊
gratia magna erat in oībus illis
Neq; eni quiſq̄ egēs erat inter il-
los. Quotquot enim poſſeſſores
agrorum aut domorū erant: ven
dentes afferebāt precia eorū que
vendebant/et ponebant ante pe-
des apoſtolorum. Diuidebat au
tem ſingulis: prout vnicuiq; opus
erat. Alla. ℣. Omnes gētes plau
dite manibus: iubilate deo in voce ex
ultationis. Scdm Iohannē. xvij.



In illo tē-
pore Sub
leuatis ieſ⁹ ocu
lis in celum: di-
xit. Pater venit
hora: clarifica fi
lium tuum: vt fi
lius tuus clarifi
cet te. Sicut de-
diſti ei poteſtatem omnis carnis
vt oē quod dediſti ei: det eis vi-
tam eternam. Hec eſt autem vita
eterna: vt cognoſcant te ſolum
verum deum: et quem miſiſti ie-
ſum chriſtum. Ego te clarificaui
ſuper terram: opus conſumma-
ui quod dediſti michi vt faciā. Et
nunc clarifica me tu pater apud
temetipſum: claritate quam ha-
bui priuſq̄ mundus fieret apud
te. Manifeſtaui nomē tuum ho-
minib⁹ quos dediſti michi de mū
do. Tui erant/et michi eos dedi-
ſti et ſermonē tuum ſeruauerūt.
Nunc cognouerūt/quia omnia
que dediſti michi abs te ſūt: quia
verba que dediſti michi/dedi eis.
Et ipſi acceperūt et cognouerūt
vere quia a te exiui: et crediderūt
quia tu me miſiſti. Ego pro eis ro
go/non pro mūdo rogo: ſed pro
hijs quos dediſti michi: quia tui
ſunt. Et mea omnia tua ſunt/et
tua mea ſunt: et clarificatus ſum
in eis. Et iam non ſum in mūdo/
et hij in mundo ſunt: et ego ad te
venio Offr. Viri galilei quid am
miramini aſpicientes in celum: hic ie
ſus qui aſſumptus eſt a vobis in ce-
lū/ſic veniet quēadmodū vidiſtis eū
aſcendentē in celū alla. Cōplenda.
Sacrificium domine pro fi
lij tui ſupplices venerabi-
li quam nunc preuenimus aſcen-
ſione deferimus: preſta queſum⁹
vt et nos per ipſum his commer
cijs ſacroſanctis ad celeſtia con-
ſurgamus. Per eundem domi-
num noſtrū ieſum chriſtū. Coio.
Pater cum eſſem cū eis/ego ſerua-
bam eos quos dediſti michi alleluya
nunc autem ad te venio: nō rogo vt
tollas eos de mūdo/ſed vt ſerues eos
a malo alla alla. Complenda.
Tribue queſumus domīe:
vt per hec ſacramēta que
ſumpſimus/illuc tendat noſtre
deuotionis affectus: quo tecum
eſt noſtra ſubſtantia: ieſus chri-
ſtus filius tuus dominus noſter
Qui tecum viuit et regnat in vni
tate eiuſdem. ¶ In die aſcenſio-
nis. Ad miſſam Introitus.



Viri galilei q̄d admiramini aſpicientes in celum alleluya: quemadmodū vidiſtis eū aſcē dentem in celū ita veniet: alľa alleluya alľa. ℣. Cumq̄ intuerētur in celum euntē illum: ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis/ et dixerūt. Viri galilei. Per ebdo. P̄s. Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Gloꝛia pa.

Concede queſumus Colľa. omnipotens deus: vt qui hodierna die vnigenitum tuum redemptoꝛem noſtrum ad celos aſcendiſſe credimus: ipſi quoq̄ mente in celeſtibus habitemus. Per eundē. Lcō actuū apľoꝝ. j.

Primū quidē ſermonē feci de omnibus o theophile: que cepit ieſus facere et docere/



vſq̄ in diem qua pꝛecipiens apoſtolis per ſpiritum ſanctū/ quos elegit aſſumptus eſt. Quibus et pꝛebuit ſeipſum viuum poſt paſſionem ſuam in multis argumē tis/ per dies quadꝛaginta apparens eis: et loquens de regno dei Et conueſcens pꝛecepit eis ab hie roſolymis ne diſcederent: ſed expectarent pꝛomiſſionem patris/ quā audiſtis (inquit) per os meum. Quia iohannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto: nō poſt multos hos dies. Igitur qui conuenerant: interrogabāt eum/ dicentes. Domīe: ſi in tempoꝛe hoc reſtitues regnū iſrael? Dixit autem eis. Non eſt veſtrū noſſe tempoꝛa vel momenta/ que pater poſuit in ſua poteſtate: ſed accipietis virtutem ſuperuenientis ſpiritus ſancti in vos: et eritis mihi teſtes in hieruſalē: et in omni iudea/ et ſamaria/ et vſq̄ ad vltimū terre. Et cum hec dixiſſet/ videntibus illis eleuatus eſt: et nubes ſuſcepit eum ab oculis eoꝝum. Cumq̄ intuerentur in celum euntem illum: ecce duo viri aſtiterūt iuxta illos in veſtibus albis: qui et dixerunt. Viri galilei/ quid ſtatis aſpiciētes in celum? Hic ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in celum: ſic veniet quemadmodū vidiſtis eum euntem in celum. Alleluya. ℣. Aſcendit deus in iubilatione: et dominus in voce tube Secundum Alleluya. ℣. Chꝛiſtus reſurgens ex moꝛtuis/ iam non moritur: moꝛs illi vltra non dominabit Per ebdo. Alleluya. ℣. Domi-

nus in ſyna in ſācto aſcendēs in altū captiuā duxit captiuitatē. Sequen.

SUmmi triumphum regis proſequamur laude. Qui celi qui terre regit/ſceptra inferni iure domito. Qui ſeſe pro nobis redimēdis/permagnū dedit precium. Huic nomen extat cōueniens idithum. Nam tranſiliuit omnes ſtrennue/mōtes colliculoſqꝫ bethel. Saltum de celo dedit in virginalem ventrem inde in pelagus ſeculi. Poſtq̄ illud ſuo mitigauit potentatu/terras flegetontis aſſilijt tenebras. Principis illius diſturbato imperio. Maniplis plurimis inde erutis/mundum illuſtrat ſuo iubare. Captiuitatēqꝫ detentam inibi/victor duxit ſecum. Et rediuiuū iam ſuis ſe prebuit ſeruis et amicis. Deniqꝫ ſaltū dederat hodie maximum/nubes poloſqꝫ curſu prepeti trāſiens. Celebret ergo populus hunc diem credulus/cuius morbida idithū corpora in ſemetipſo altis ſedibus celi inuexit dei filius. Et tremēs iudicem expectat affuturū/vt duo angeli fratres docuerūt. Qui ieſus a vobis aſſumptus eſt in celū, iterū veniet vt vidiſtis eū. Iam idithum noſtrū vocibus ſedulis omnes imploremus. Ut a dextris patris qui ſedet/ſpiritū mittat nobis ſanctum. In finem ſeculi ipſe quoqꝫ ſemp ſit nobiſcū. Amen. Secdm Marcum. xvj.

IN illo tempore. Recūbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis ieſus: et exprobrauit incredulitatē illorum et duritiam cordis: quia his qui viderāt eum reſurrexiſſe non crediderūt. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuerſum: predicate euangelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit: ſaluus erit. Qui vero non crediderit: cōdemnabitur. Signa autem eos qui crediderint: hec ſequentur. In nomīe meo demonia eijcient linguis loquentur nouis/ſerpentes tollent. Et ſi mortiferū quid biberint: non eis nocebit. Super egros manus imponent: et bene habebunt. Et dn̄s quidem ieſus poſtq̄ locutus eſt eis: aſſumptus eſt in celum: et ſedet a dextris dei. Illi autem profecti p̄dicauerunt vbiqꝫ: dn̄o cooperante/et ſermonem cōfirmāte: ſequētib⁹ ſignis. Credo. dr̄ vſqꝫ ad vigi. pēthecoſ. Offr. Aſcendit deus in iubilatiōe et dn̄s in voce tube all'a. Secreta.

SUſcipe dn̄e mūera que pro filij tui glorioſa aſcēſione deferimus: et concede propicius vt a preſentibus periculis liberemur: et ad vitam perueniamus eternam. Per eundem. Prefatio vſqꝫ ad vigiliā penthe. excluſiue de aſcenſione/ſcilꝫ. Qui poſt reſurrectionē: ſed Cōicantes ipſo die tantū dicitur. Coio. Pſallite dn̄o qui aſcendit ſuper celos celorum ad orientem alleluya. Complenda

PReſta queſum⁹ oīpotens et miſericors deus: vt que viſibilibus myſterijs ſumenda percepimus/inuiſibili conſequamur effectu. Per. Feria. vj. totū officiū de dn̄ica. v. preter tātum vnum Alleluya Dn̄s in ſyna. vts

et euãgeliũ ſequẽs. Kyrie eleyſõ
paſchale. Gloria in excelſis deo.
Secundum Lucam. xxiiij.
IN illo tẽpore. Dixit ieſus
diſcipl'is ſuis Ecce ego mit
to promiſſum patris mei in vos
Uos autẽ ſedete in ciuitate: quo
aduſqꝫ induamini virtute ex al
to. Eduxit autem eos foras in be
thaniam: ⁊ eleuatis manibus ſu
is benedixit eis. Et factum eſt dũ
benediceret illis: receſſit ab eis et
ferebatur in celum. Et ipſi ado
rantes regreſſi ſunt in hieruſalẽ
cũ gaudio magno. Et erant ſem
per in templo laudãtes: et bñdi
cẽtes deum. ¶ Sabbõ Officiũ de
aſcẽſione tãtum vnũ Alla. Dñs
in ſyna. ¶ Dñica per totũ ſicut in
die aſcẽſionis. ¶ Feria.ij.et.vj.
dicitur officium dñicale ſequens
¶ Feria.ij.et.vj. Introitus.
EXaudi domie vocem
meam qua clamaui
ad te alleluya: tibi di
xit cor meum queſiui
vultum tuum/vultũ
tuum domie requiram: ne auer
tas faciẽ tuam a me alleluya alle
luya. ps. Dñs illuminatio mea: et
ſalus mea quem timebo. Gloria pa
tri et filio: et ſpiritui ſancto. Colla.
OMnipotẽs ſẽpiterne deus:
fac nos tibi ſemper ⁊ deuo
tam gerere volũtatẽ: et maieſta
ti tue ſincero corde ſeruire. Per
dominũ noſtrum ieſum chriſtũ.
Lectio ep'le beati petri ap'li. j.iiij
CHariſſimi. Eſtote pruden
tes: et vigilate in orationi
bus. Ante omnia autem mutuã
in vobiſmetipſis caritatem con
tinuam habentes/quia charitas
operit multitudinẽ peccatorum
Hoſpitales inuicẽ: ſine murmu
ratione Unuſquiſqꝫ ſicut accepit
gratiam in alterutrũ illam am
miniſtrantes: ſicut boni diſpen
ſatores multiformis gratie dei.
Si quis loquitur quaſi ſermões
dei. Si quis miniſtrat tãq̃ ex vir
tute quam amminiſtrat deus/vt
in omnibus honorificetur deus.
Per ieſum chriſtũ: dñm noſtrũ.
Tantum vnũ Alleluya. ℣. Do
minus in ſyna in ſancto aſcendẽs in
altum captiuam duxit captiuitatẽ.
Secundum Johannem. xv.



IN illo tẽ
pore. Di
xit ieſus diſcipu
lis ſuis. Cũ ve
nerit paraclyt⁹
quem ego mittã
vobis ſpiritum
veritatis q̇ a pa
tre procedit: ille
teſtimoniũ perhibebit de me. Et
vos teſtimoniũ phibebitis: quia
ab initio mecum eſtis. Hec locu
tus ſum vobis: vt non ſcãdalize
mini. Abſqꝫ ſynagogis facient
vos. Sed venit hora: vt omnis
qui interficit vos/arbitretur ob
ſequium ſe preſtare deo Et hec fa
cient vobis: quia non nouerunt
patrem/neqꝫ me. Sed hec locut⁹
ſum vobis: vt cum venerit hora
eorũ reminiſcamini: quia ego di
xi vobis. Offr. Uiri galilei quid
admiramini aſpiciẽtes in celum: hic
ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in ce
lum / ſic veniet queadmodũ vidiſtis
eum aſcendentẽ in celũ all'a. Secre.

# In octa. aſcenſionis.

SAcrificia nos domine im-
maculata purificẽt: et mẽ-
tibus noſtris ſupne gratie dent
vigorem. Per dñm. Coio. Pa-
ter cum eſſem cum eis ego ſeruabam
eos quos dediſti michi alleluya: nũc
autem ad te venio non rogo vt tol-
las eos de mundo: ſed vt ſerues eos
a malo alleluya alleluya. Cõplẽda

REpleti domiẽ muneribus
ſacris da queſumus: vt in
gratiarum ſemper actione ma-
neamus. Per. ¶ Feria. iij. Tan-
tum vnum. Alleluya ℣. Aſcendit
deus. Cetera vt in die. ¶ Fe. iiij.
Omnia ſicut in die: preter que ſe
quuntur. Ad Hebreos. ij.

FRatres. Uidimus ieſum
chriſtum propter paſſio-
nem mortis gloria et honore co-
ronatũ: vt gratia dei pro omni-
bus guſtaret mortem. Decebat
enim eum propter quem omnia:
et per quem omnia qui multos
filios in gloriam adduxerat: au-
ctorem ſalutis eorum per paſſio
nem cõſummari. Qui enim ſan-
ctificat et qui ſanctificantur: ex
vno omnes. Propter quam cau-
ſam non cõfunditur fratres eos
vocare dicens Narrabo nomen
tuum fratribus meis: in medio
eccleſie laudabo te. Et iterum.
Ego ero fidens in eum. Et iterũ.
Ecce ego ⁊ pueri mei: quos dedit
michi deus Quia ergo pueri com
municauerũt carni et ſanguini:
et ipſe ſimiliter participauit eiſ-
dem: vt per mortẽ deſtrueret eũ
qui habebat mortis imperium/
id eſt diabolum: et liberaret eos
qui timore mortis per totam vi-
tã obnoxij erãt ſeruituti. Nuſ
ꝗ enim angelos apprehẽdit: ſed
ſemen abrahe apprehẽdit. Unde
debuit per omnia fratribꝰ ſimi-
lari: vt miſericors fieret ⁊ fidelis
pontifex ad deum: vt repropitia
ret delicta populi. In eo enim in
quo paſſus eſt ipſe et tẽtatus: po-
tens eſt et eis qui tentantur auxi
liari. Unde fratres ſancti voca-
tionis celeſtis participes cõſide-
rate apoſtolum et põtificem con
feſſionis noſtre. Jeſum chriſtum
dñm noſtrum. Tantũ vnum Al
leluya. ℣. Dñs in ſyna. Euange.
Ecce ego mitto promiſſum. vtſ.
in feria. vj. fo. preceđ ¶ In octa.
aſcenſionis miſſa et ſequentia cũ
ceteris ſicut in die. ¶ Feria ſexta
Miſſa. Exaudi. vtſ. Alleluya.
℣. Dominus in ſyna. tãtum vnũ.
Secundum Johannem. xv.

IN illo tẽpore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Si manſe-
ritis in me/ ⁊ verba mea in vobis
manſerint: quodcũqꝫ volueritis
petetis. et fiet vobis. In hoc cla-
rificatus eſt pater meus: vt fru-
ctum plurimum afferatis/ et effi-
ciamini mei diſcipuli. Sicut di-
lexit me pater: et ego dilexi vos.
Manete in dilectiõe mea. Si pre
cepta mea ſeruaueritis/ manebi-
tis in dilectione mea: ſicut et ego
patris mei p̄cepta ſeruaui/ ⁊ ma-
neo in eius dilectione. Hec locu-
tus ſum vobis: vt gaudiũ meum
in vobis ſit: ⁊ gaudium veſtrum
impleatur. ¶ In vigilia pẽtheco
ſtes. Lectio prima. Geneſis. xxij.

TEntauit deus abraham/
⁊ dixit ad eum. Abraham

abraham. At ille reſpondit. Aſſum. Ait illi. Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis iſaac/ et vade in terrã viſionis atqꝫ offeres eum ibi in olocauſtum ſuper vnum montium quem monſtrauero tibi Igitur abraham de nocte conſurgens/ ſtrauit aſinũ ſuum: ducens ſecum duos iuuenes et iſaac filium ſuum. Cumqꝫ conſcidiſſet ligna in olocauſtũ: abijt in locum quem p̃ceperat ei deus. Die autem tertio eleuatis oculis vidit locũ procul/ dixitqꝫ ad pueros ſuos. Expectate hic cum aſino: ego et puer illuc vſqꝫ properantes: poſtq̃ adorauerimus reuertemur ad vos. Tulit quoqꝫ ligna olocauſti: et impoſuit ſuper iſaac filiũ ſuũ. Ipſe vero in manus portabat ignem et gladium Cumqꝫ duo pergerẽt ſimul: dixit iſaac patri ſuo. Pater mi. At ille reſpondit. Quid vis fili? Ecce inquit ignis et ligna: vbi eſt victima olocauſti? Dixit autem abraham. Deus prouidebit ſibi victimam olocauſti fili mi Pergebãt autẽ pariter: veneruntqꝫ ad locũ quem oſtenderat ei deus. In quo edificauit altare: et deſup ligna cõpoſuit. Cumqꝫ alligaſſet iſaac filium ſuum: poſuit eum in altare ſuper ſtruem lignorum. Extẽditqꝫ manum/ et arripuit gladiũ vt immolaret filium ſuum Et ecce angelus domini de celo clamauit dicens. Abraham abraham. Qui reſpondit aſſum. Dixitqꝫ ei Non extendas manum tuam ſuper puerum: neqꝫ facias illi quicq̃. Nunc cognoui q̄ timeas deũ: et non peperciſti filio tuo vnigenito propter me. Leuauit abraham oculos ſuos viditqꝫ poſt tergum arietem inter vepres herentem cornibus: quẽ aſſumens/ obtulit olocauſtũ pro filio. Appellauitqꝫ nomen loci illius: dñs videt. Unde vſqꝫ hodie dicit̃/ in mõte dominus videbit. Uocauit autem angelus dñi abraham ſecundo de celo dicẽs. Per memetipſũ iuraui dicit dñs/ quia feciſti hãc rem: et nõ peperciſti filio tuo vnigenito propter me/ benedicam tibi: et multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas celi: et velut arenam que eſt in littore maris. Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum: et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terre: quia obediſti voci mee Reuerſuſqꝫ eſt abraham ad pueros ſuos/ abieruntqꝫ berſabee ſimul: et habitauit ibi. ¶ Nota q̄ Dominus vobiſcũ: non dicit̃: neqꝫ Flectamus ge. neqꝫ hic neqꝫ poſt. Colla

Deus qui in abrahe famuli tui opere humano generi obedientie exempla prebuiſti/ concede nobis et noſtre voluntatis prauitatem frangere/ et tuorum preceptorum rectitudinem in omnibus adimplere. Per do.

Lectio ſecunda. Exodi. xiiij.

Factum eſt in vigilia matutina: et ecce reſpiciens dominus ſuper caſtra egyptiorum per colũnam ignis et nubis/ interfecit exercitum eorum/ et ſubuertit rotas curruũ ferebanturqꝫ in profundum. Dixerũt ergo egyptij. Fugiamus iſraelem: do

minus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait dominus ad moyſen. Extende manū tuam ſuper mare: vt reuertātur aque ad egyptios ſuper currus et equites eorum. Cumqꝫ extendiſſet moyſes manum contra mare: reuerſum eſt primo diluculo ad priorem locum. Fugientibuſqꝫ egyptiis occurrerūt aque et inuoluit eos dominus in mediis fluctibꝰ. Reuerſeqꝫ ſunt aque/ et operuerunt currus et equites cūcti exercitꝰ pharaonis/ qui ſequētes ingreſſi fuerant mare: nec vnus quidem ſuperfuit ex eis. Filii autem iſrael perrexerūt per medium ſicci maris: et aque eis erāt quaſi pro muro a dextris et a ſiniſtris. Liberauitqꝫ dominꝰ in die illo iſrael de manu egyptiorum: et viderunt egyptios mortuos ſup littus maris: et manum magnā quam exercuerat dn̄s contra eos. Metuitqꝫ populus dn̄m: et crediderūt dn̄o/ et moyſi ſeruo eius. Tūc cecinit moyſes et filii iſrael carmē hoc dn̄o/ et dixerunt. Tractus.

Cantemus domino/ glorioſe enim honorificatus eſt: equū et aſcenſorem proiecit in mare adiutor et protector factus eſt michi in ſalutem. V. Hic deus meus et honorificabo eum: deus patris mei/ et exaltabo eum. V. Dominus conterens bella: dominus nomen eſt illi. Colla.

Deus qui nobis per pphetarū ora precepiſti tēpora lia relinquere/ atqꝫ ad eterna feſtinare: da famulis tuis/ vt que a te iuſſa cognouimus: implere celeſti inſpiratione valeamus. Per.

Lectio. iii. Deuteronomii. xxxi.

In diebus illis: Scripſit moyſes canticum: et docuit filios iſrael. Precepitqꝫ dominus ioſue filio nun/ et ait. Cōfortare: et eſto robuſtus. Tu eni introduces filios iſrael in terram quam pollicitus ſum eis. Et ego ero tecum. Poſtq̄ ergo ſcripſit moyſes verba legis huius in volumine/ atqꝫ compleuit: precepit leuitis qui portabant arcam federis domini dicens. Tollite librum iſtum: et ponite illum in latere arce federis dn̄i dei veſtri: vt ſit ibi contra te in teſtimonium. Ego enim ſcio contentionē tuā: et ceruicem tuam duriſſimam. Adhuc viuente me/ et ingredien te vobiſcum/ ſemper contentioſe egiſtis contra dominum: quanto magis cū mortuus fuero? Cōgregate ad me om̄es maiores natu per tribus veſtras atqꝫ doctores: et loquar audiētibus eis ſermones iſtos: ⁊ inuocabo contra eos celum ⁊ terram. Noui enim q̄ poſt mortē meam inique agetis: ⁊ declinabitis cito de via quā precepi vobis: et occurrent vobis mala in extremo tēpore: quādo feceritis malū in cōſpectu dn̄i vt irritetis eū per opera manuū veſtrarū. Locutus eſt ergo moyſes audiente vniuerſo cetu filiorū iſrael verba carminis huius: et ad finem vſqꝫ cōpleuit. Tractus

Attende celū et loquar: ⁊ audiat terra verba ex ore meo. V. Expectetur ſicut pluuia eloquiū meum: et deſcendant ſicut ros verba mea. ſicut ymber ſuper gramina

et ſicut nix ſuper fenum: quia nomē domini inuocabo. ℣. Date magnificentiam deo noſtro: deus vera opera eius/ et omēs vie eius iudicia. ℣. Deus fidelis in quo nō eſt iniquitas: iuſtus et ſanctus dominus. Collecta

Deus qui nos ad celebrandam hanc feſtiuitatē preſentem vtriuſqꝫ teſtamenti paginis inſtruis: da nobis intelligere miſericordiā tuam: vt ex perceptione preſentiū munerū/ firma ſit expectatio futurorū. Per.

Lectio quarta. Baruc.iij.

Audi iſrael precepta vite/ auribus percipe vt ſcias prudentiam. Quid eſt iſrael ꝙ in terra inimicorū es? Inueteraſti in terra aliena/ coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum deſcendētibus in infernum. Dereliquiſti fontem ſapiētie. Nam ſi in via dei ambulaſſes: habitaſſes vtiqꝫ in pace ſuper terrā. Diſce vbi ſit prudētia/ vbi ſit virtus vbi ſit intellectus: vt ſcias ſimul vbi ſit lōgiturnitas vite ⁊ victus vbi ſit lumen oculorum et pax. Quis inuenit locū eius? Et quis intrauit in theſauros eius? Ubi ſunt principes gētium/ et qui dominantur ſuper beſtias que ſunt ſuper terram? Qui in auibus celi ludunt: qui argentum theſaurizant et aurum/ in quo cōfidūt homines: et non eſt finis acquiſitionis eorum. Qui argentum fabricant: et ſolliciti ſunt: nec eſt inuentio operum illorū. Exterminati ſunt: et ad inferos deſcenderunt. Et alij loco illorum exſurrexerunt. Iuuenes viderunt lumen: et habitauerunt ſuper terram. Uiam autē diſcipline ignorauerunt: neqꝫ intellexerūt ſemitas eius/ neqꝫ ſuſceperunt eam filij eorum. A facie illorum longe facta eſt: non eſt audita in terra chanaan: neqꝫ viſa eſt in theman. Filij quoqꝫ agar qui exquiſierūt prudentiā que de terra eſt/ negociatores terre: et theman: et fabulatores: et exquiſitores prudentie et intelligentie: viam autem ſapientie neſcierunt: neqꝫ cōmemorati ſunt ſemitas eius. O iſrael ꝙ magna eſt domus dei/ et ingēs locus poſſeſſiōis eius. Magnus eſt: et non habet finem: excelſus et immenſus. Ibi fuerunt gygātes nomīati: illi qui ab initio fuerunt ſtatura magna ſcientes bellum. Non hos elegit dominus: neqꝫ viam diſcipline inuenerunt propterea perierunt. Et quoniā non habuerunt ſapientiam: interierunt propter ſuam inſipientiam. Quis aſcendit in celum et accepit eam: et eduxit eam de nubibus. Quis tranſfretauit mare et inuenit eam: et attulit eam ſuper aurum electum? Non eſt qui ſciat vias eius: neqꝫ qui exquirat ſemitas eius Sed qui ſcit vniuerſa nouit eam: et adinuenit eā prudentia ſua. Qui preparauit terram in ſempiterno tempore: ⁊ repleuit eam pecudibus et quadrupedibus. Qui emittit lumen et vadit: et vocauit illud/ et obedit illi in tremore. Stelle autem dederunt lumen in cuſtodijs ſuis: et letate ſunt: vocate ſunt: et dixerunt. Adſumus Et luxerunt ei cū

iocūditate/qui fecit illas. Hic eſt deus noſter: et non eſtimabitur alius aduerſus eum. Hic adinuenit omnē viam diſcipline: et tradidit eam iacob puero ſuo/ et iſrael dilecto ſuo. Poſt hec ī terris viſus eſt: et cum hominibus conuerſatus eſt. Tractus.

Vinea facta eſt dilecto in cornu in loco vberi. ℣ Et maceriam circūdedit: et circunfodit: ⁊ plātauit vineam ſoreth: ⁊ edificauit turrim in medio eius. ℣ Et torcular fodit in ea vinea enim domini ſabaoth domus iſrael eſt. Collecta.

Deus incōmutabilis virtus/ et lumen eternum: reſpice propitius ad totius eccleſie mirabile ſacramentum: et da famulis tuis/ vt hoc quod deuote agimus/ etiā rectitudine vite teneamus. Per dominū noſtrum ieſum chriſtū filium tuum. Qui tecum viuit et regnat. Tractus.

Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarū: ita deſiderat anima mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deum viuum: quādo veniam et apparebo ante faciē dei mei ℣. Fuerunt michi lachrÿme mee panes die ac nocte: dum dicit michi per ſingulos dies/ vbi eſt deus tu⁹ Col.

Concede queſumus omnipotens deus: vt qui ſolemnitatem doni ſancti ſpiritus colimus: celeſtibus deſiderijs accēſi/ fontem vite ſitiam⁹: dominū noſtrū ieſum chriſtū filiū tuum. Qui tecum viuit eiuſdē. Letanie

Rex ſanctorum angelorū/ totum mundum adiuua. Ora primum tu pro nobis/ virgo mater germinis/ et miniſtri regis ſummi/ ordines angelici. Supplicate chriſto regi/ cetus apoſtolici/ ſupplicetq̄ p magnorum ſanguis fuſus martyrum. Implorate confeſſores/ conſoneq̄ virgines: quo donetur magne nobis: tempus indulgentie. Omnes ſācti atq̄ iuſti: vos precamur cernui: vt purget crimen omne/ veſtro ſub oramine. Huius chriſte rector alme/ plebis vota ſuſcipe: qui plaſmaſti prothoplauſtum/ et genus gignentium ¶ Nota q̄ vbi eſt fons addūtur verſus ſequentes. Mitte ſanctū nunc amborum ſpiritum paraclytum: in hanc plebem quam recenter/ fons baptiſmi parturit. Hac interna fōtis huius/ ſacratum myſteriū: qui profluxit cum cruore/ ſacro chriſti latere. Exletetur mater ſancta/ tota nunc eccleſia: ex prouectu renaſcētis/ tāte mltitudinis. Preſta patris atq̄ nati/ compar ſancte ſpiritus: vt te ſolum ſemper omni/ diligamus tempore. Amen. ¶ Ad miſſam introitus nō dicitur. Kyrie eleyſō. Gloria in excel. Collecta.

Preſta queſumus omnipotēs deus: vt claritatis tue ſuper nos ſplendor effulgeat: et lux tue lucis corda eorū qui per gratiam tuam renati ſunt: ſancti ſpiritus illuſtrationi confirmet. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum. In vnitate eiuſdē Lectio actuum apoſtolorū. xix.

In diebus illis Factum eſt cum apollo eſſet corinthi: et paulus peragratis ſuperiori-

bus partibus veniret epheſum: et inuenit quoſdam diſcipulos: dixitqꝫ ad eos. Si ſpiritum ſanctum accepiſtis credentes? At illi dixerūt ad eum. Sed neqꝫ ſi ſpiritus ſanctus eſt/ audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerunt. In iohannis baptiſmate. Dixit autē paulus. Johannes baptizauit baptiſmo penitentie populum dicēs in eum qui venturus eſſet poſt ipſum vt crederēt: hoc eſt in ieſum. Hijs auditis: baptizati ſūt in nomine domini ieſu. Et cum impoſuiſſet illis manus paulus/ venit ſpiritus ſanctus ſuper eos: et loquebantur linguis/ et prophetabant. Erant autem omnes viri: fere duodecim. Introgreſſus autem ſynagogam paulus/ cum fiducia loquebatur per tres menſes: diſputās et ſuadens de regno dei. Alleluya. ℣. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Alla nō repetit/ ſed ſtatī incipit Tractus

Laudate dominū omnes gētes: et collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: et veritas domini manet in eternum.

Secundum Johannem. xiiij.

In illo tēpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si diligitis me/ mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrem: et alium paraclytum dabit vobis/ vt maneat vobiſcum in eternum/ ſpiritum veritatis/ quem mūdus non poteſt accipere: quia non videt eum nec ſcit eum. Vos autem cognoſcetis eum: q̄a apud vos manebit: et in vobis erit. Non relinquā vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum: et mundus me iam non videt. Vos autē videtis me: quia ego viuo: et vos viuetis. In illo die vos cognoſcetis: quia ego in patre meo: et vos in me/ et ego in vobis. Qui habet mādata mea/ et ſeruat ea: ille eſt qui diligit me. Qui autē diligit me: diligetur a patre meo. Et ego diligam eum: et manifeſtabo ei meipſum. Credo dicitur. Offer.

Emitte ſpiritum tuum et creabuntur: et renouabis faciem terre: ſit gloria dn̄i in ſecula alleluya. Secreta.

Munera domīe queſumus oblata ſanctifica: et corda noſtra ſancti ſpiritus illuſtratione emunda. Per dominum. In vnitate eiuſdem. Prefatio. Qui aſcendēs. Cōmunicātes. et Hanc igitur/ de feſto dicantur. Coio.

Ultimo feſtiuitatis die dicebat ieſus/ qui in me credit: flumina de ventre eius fluent aque viue: hoc autem dixit de ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum: alleluya alleluya.

Sancti ſpiritus Cōplenda queſumꝰ domīe corda noſtra mundet infuſio: et ſui roris intima aſperſione fecundet. Per dominum noſtrum. In vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti deus.



¶ In die ſctō pētecō. Introitus.

Spiritus dñi repleuit orbē terrarū alleluya. et hoc quod cōtinet omnia ſcientiā habet vocis alleluya alleluya alleluya. ps. Confirma hoc deus quod operat⁹ es in nobis: a tēplo ſancto tuo quod eſt in hieruſalē. Gloria patri et filio. Collecta.

Deus qui hodierna die corda fideliū ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere: et de eius ſemper cōſolatione gaudere. Per dominum. In vnitate eiuſdem. ¶ Non adde plures.

Lectio actuum apoſtolorum. ij.

In diebus illis. Dum complerētur dies pēthecoſtes: erant omnes diſcipuli pariter in eodem loco. Et factus eſt repente de celo ſonus tanq̄ aduenientis ſpiritus vehementis: et repleuit totam domū vbi erant ſedentes. Et apparuerunt illis diſpertite lingue tanq̄ ignis: ſeditq̧ ſupra ſingulos eorū. Et repleti ſūt omnes ſpiritu ſancto: et ceperūt loqui varijs linguis: prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis. Erant autem in hieruſalem habitantes iudei viri religioſi: ex omni natiōe que ſub celo eſt. Facta autem hac voce: cōuenit multitudo et mente confuſa eſt: quoniā audiebat vnuſquiſq̧ lingua ſua illos loquentes. Stupebant autem omnes: et mirabantur dicentes. Nōne ecce omnes iſti qui loquuntur galilei ſunt? Et quomodo nos audiuimus vnuſquiſq̧ linguam noſtram in qua nati ſumus? Parthi: et medi: ⁊ elamite: ⁊ qui habitant meſopotamiā iudeam: et capadociā: pontum et aſyam/ phrigiam/ et pamphiliam/ egyptū/ et partes libie: que eſt circa cyrenem: ⁊ aduene romani: iudei quoq̧ et proſeliti: cretes et arabes. Audiuim⁹ eos loquētes noſtris linguis magnalia dei.

Alleluya. ℣. Veni ſancte ſpiritus reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende. Alleluya. ℣. Chriſtus reſurgēs ex mortuis iam nō moritur: mors illi vltra non dominabitur alleluya. Sequē.

Sancti ſpiritus/ aſſit nobis gratia. Que corda noſtra ſibi faciat habitaculū. Expulſis inde/ cunctis vicijs ſpiritalibus. Spiritus alme/ illuſtrator hominum. Horridas noſtre mētis

purga tenebras. Amator ſancte
ſenſatorum ſemper cogitatuum
Infunde vnctionem tuam/ cle-
mens noſtris ſenſib⁹. Tu puri-
ficator/ omnium flagitiorũ ſpiri
tus. Purifica noſtri oculum/ in
terioris hominis. Ut videri ſu-
premus genitor/ poſſit a nobis.
Mundi cordis/ quem ſoli cerne-
re poſſunt oculi. Prophetas tu
inſpiraſti: vt preconia chriſti pre
cinuiſſent inclyta. Apoſtolos
confortaſti: vti triopheum chri-
ſti/ per totum mũdum veherent.
Quando machinam per verbũ
ſuum fecit deus/ celi/ terre/ mari-
um. Tu ſup aquas foturus eas
numen tuum expãdiſti ſpiritus.
Tu aĩabus viuificandis aquas
fecundas. Tu aſpirando/ das
ſpiritales eſſe homines. Tu di-
uiſum per linguas mundum/ et
ritus adunaſti domine. Idola-
tras ad cultum dei reuocas/ ma-
giſtrorũ optime. Ergo nos ſup
plicãtes tibi exaudi propicius ſã
cte ſpirit⁹. Sine quo preces om
nes caſſe credũtur: et indigne dei
auribus. Tu qui omnium ſecu
lorum ſãctos tui nominis docui-
ſti inſtinctu amplectẽdo ſpiritus
Ipſe hodie apoſtolos chriſti do
nans munere inſolito/ et cunctis
inaudito ſeculis. Hũc diẽ glo-
rioſum feciſti. Scd̃m Johãnẽ. xiiij.
In illo tpe. Dixit ieſus di-
ſcipulis ſuis. Si quis dili-
git me: ſermonẽ meum ſeruabit
Et pater meus diliget eum: et ad
eum veniemus: ⁊ mãſionẽ apud
eum faciemus. Qui non diligit
me: ſermones meos non ſeruat.
Et ſermonem quem audiſtis nõ
eſt me⁹: ſed eius qui miſit me pa-
tris. Hec locut⁹ ſum vobis: apud
vos manẽs. Paraclytus aũt ſpi-
ritus ſãctus quem mittet pater
in nomine meo: ille vos docebit
omnia: ⁊ ſuggeret vobis omnia
quecunq; dixero vobis. Pacẽ re-
linquo vobis: pacem meã do vo-
bis. Non quomodo mũdus dat:
ego do vobis. Non turbetur cor
veſtrum: neq; formidet Audiſtis
quia ego dixi vobis: vado et ve-
nio ad vos. Si diligeretis me:
gauderetis vtiq;: quia vado ad
patrem: quia pater maior me eſt
Et nunc dixi vobis: priuſq̃ fiat:
vt cum factum fuerit/ credatis.
Jam non multa loquar vobiſ-
cum. Uenit enim princeps mun-
di huius: ⁊ in me nõ habet quicq̃
Sed vt cognoſcat mundus quia
diligo patrem: et ſicut mandatũ
dedit michi pater: ſic facio. Cre
do dicitur per octa. Offr. Con-
firma hoc deus quod operatus es in
nobis/ a templo tuo quod eſt in hie-
ruſalem: tibi offerent reges munera
alleluya. Secreta.

Munera dñe queſum⁹ obla
ta ſanctifica: et corda no-
ſtra ſancti ſpiritus illuſtratione
emunda. Per dominũ. In vnita
te eiuſdem. Prefatio de ſãcto ſpi-
ritu dicitur per octa. Cõicantes
et Hãc igitur/ de feſto vſq; ad fe-
riam quartam incluſiue. Cõio.
Factus eſt repẽte de celo ſonus/ ad
uenientis ſpiritus vehementis/ vbi
erant ſedẽtes all'a: et repleti ſunt om
nes ſpiritu ſancto: loquẽtes magna-
lia dei: all'a alleluya. Complenda.

# Feria. ij. poſt penthecoſtes.

Sancti ſpiritus queſumus domine corda noſtra mū-det infuſio: et ſui roris intima aſ-perſione fecundet. Per dominū. In vnitate eiuſdem. ¶ Feria. ij. poſt penthe. Ad miſſā Introit⁹.

Cibauit eos ex adipe frumenti alleluya/ et de petra melle ſatu-rauit eos/ alleluya al-leluya alleluya. ps. Exultate deo adiutori noſtro: iubila-te deo iacob. Gloria patri. Collecta

Deus qui apoſtolis tuis ſā-ctum dediſti ſpiritum cō-cede plebi tue pie petitionis effe-ctum: vt quib⁹ dediſti fidem: lar-giaris et pacem. Per dominum. In vnitate eiuſdem. ¶ Nota in-fra octa. penthe. ſemper de feſto cantatur: et de nullo ſancto hore aut miſſa: niſi forſan poſt diē pē-the. collecta ad miſſam ſub vno Per do ſi fuerit aliqua annexa diei. Lectio actuū apoſtolorū. x.

In diebus illis. Aperiens petrus os ſuum/ dixit. Vi-ri fratres et patres: nobis prece-pit dominus predicare populo/ et teſtificari: quia ipſe eſt qui con-ſtitutus eſt a deo/ iudex viuorū et mortuorū. Huic omnes prophe-te teſtimoniū perhibēt: remiſſio-nem peccatorū accipere per no-men eius/ omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente petro ver-ba hec: cecidit ſpiritus ſāctus ſu-per omnes qui audiebant verbū Et obſtupuerunt ex circūciſione fideles qui venerant cum petro: quia et in nationes gratia ſpiri-tus ſancti effuſa eſt. Audiebant enim illos loquentes linguis/ et magnificantes deum. Tunc re-ſpondit petrus. Nunquid aquā quis prohibere poteſt/ vt non ba-ptizētur hij qui ſpiritum ſanctū acceperunt ſicut et nos. Et iuſſit eos baptizari: in nomie domini noſtri ieſu chriſti. Alleluya. V. Paraclytus ſpiritus ſanctus quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnem veritatem. Alleluya V. Veni ſancte ſpiritus: reple tuorū corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende. Feª. 3ª Sequentia.

B. Veni ~~ſancte~~ ſpiritus: eter-norū alme. Mētes tuorum viſita/ iacentes egris moribus. Imple ſupna gratia/ q̄ tu crea-ſti pectora. Qui altiſſimi/ donū diceris. Fons perpetuus/ ſpiri-talis vnctio. Tu promiſſum pa-tris oīpotētis/ munus eſſe crede-ris. Apoſtolos tu linguis fūda-ſti/ ſanctos igneis Lumen de te cordibus infūde perēne/ firmās miſeros Verū affer amorē/ mu-neraq; caritatis plurima. Ho-ſtem depelle inuidū/ da perfrui pace ſupera. Sic ducēte preuia valeamus ſcandere ad ethera cō-uera. Secundum Johānem. iij.



In illo tē-pore. Di-xit ieſus diſcipu-lis ſuis. Sic de-us dilexit mun-dum: vt filium ſuum vnigeni-tū daret: vt om-nis qui credit in ipſum: non pereat: ſed habeat vi-tam eternā. Nō enim miſit deus

filium ſuum in mundum vt iu-
dicet mundum: ſed vt ſaluetur
mundus per ipſum. Qui credit
in eum/non iudicatur. Qui au-
tem nō credit/iam iudicatus eſt:
quia non credit in nomine vni-
geniti filij dei. Hoc eſt autem iu-
dicium quia venit lux in mun-
dum: et dilexerunt homines ma-
gis tenebras ꝙ lucem. Erant eni
eorū mala opera. Omis eni q̄ male
agit odit lucē: et nō venit ad lucē
vt arguant opera eius. Qui au-
tem facit veritatem venit ad lu-
cem/vt manifeſtentur eius ope-
ra: quia in deo ſunt facta. Offr.
Intonuit de celo dn̄s/et altiſſim⁹ de
dit vocem ſuam: et apparuerūt fon-
tes aquarum alleluya. Secreta.
PRopitius dn̄e queſumus
hec dona ſanctifica: et ho
ſtie ſpiritualis oblatione ſuſce-
pta: noſmetipſos tibi pfice mu-
nus eternū. Per. Prefatio. vts
Cōio. Spirit⁹ ſanctus docebit vos
alleluya/quecunqz dixero vobis al-
leluya alleluya. Complenda.
ADeſto queſumus dn̄e po
pulo tuo: et quem myſte
rijs celeſtibus imbuiſti: ab hoſti
um furore defende. Per domi-
num noſtrum ieſum.

¶ Fer. iij. poſt pēthe. Introit⁹.
ACcipite iocunditatē
glorie veſtre alleluya:
gratias agentes deo
alla: qui vos ad cele-
ſtia regna vocauit al
leluya alleluya alleluya. ps. At-
tendite popule meus legem meam:
inclinate aurem veſtrā in verba oris
mei. Gloria patri et filio. Collecta.

ADſit nobis q̄ſumus dn̄e
virtus ſpirit⁹ ſancti: que
et corda noſtra clementer expur
get: et ab omnibus tueatur ad-
uerſis. Per do. In vnitate eiuſdē

¶ Lectio actuū apoſtolorū. viij
IN diebus illis. Cum au-
diſſent apoſtoli qui erant
hieroſolimis: quia recepiſſet ſa-
maria verbum dei: miſerunt ad
eos petrum et iohannē. Qui cū
veniſſent orauerūt pro ipſis/vt
acciperent ſpiritū ſanctū. Non
dum enim in queꝙ illorum vene
rat: ſed baptizati tantum erant
in nomine dn̄i ieſu. Tunc impo
nebant manus ſuper illos: et ac
cipiebant ſpiritum ſanctū. Al
leluya. v⁹. Verbo dn̄i celi firmati
ſunt: et ſpiritu oris eius omnis vir-
tus eorum. Alleluya. v. Veni ſan
cte ſpiritus reple tuorum corda fide-
lium: et tui amoris in eis ignem ac-
cende. Feria 2a. 4 4ta. Sequentia.
VEni ſancte ſpūs/et emit-
te celitus: lucis tue radiū
Veni pater pauperū/veni da-
tor munerū: veni lumen cordiū.
Conſolator optime/dulcis ho-
ſpes aīe/dulce refrigeriū. In la
bore requies: in eſtu tēperies: in
fletu ſolatiū. O lux beatiſſima/
reple cordis itima: tuorū fideliū
Sine tuo numine/nichil eſt in
lumine: nichil eſt innoxiū. La-
ua qđ eſt ſordidū/riga qđ eſt ari-
dū: ſana quod eſt ſauciū. Flecte
qđ eſt rigidū/foue qđ eſt frigidū
rege qđ eſt deuiū. Da tuis fide-
libus/i te cōfidētib⁹: ſacrū ſepte-
nariū. Da virtutis meritū/da
ſalutis exitū: da perēne gaudiū.

¶ Secundum iohannem. x.



IN illo tē-
poꝛe: Di-
xit ieſ⁹ diſcipu-
lis ſuis. Amen
amen dico vo-
bis: qui non in-
trat per oſtium
in ouile ouium
ſed aſcendit ali
unde/ille fur eſt et latro. Qui au
tem intrat per oſtium: paſtoꝛ eſt
ouium. Huic oſtiarius aperit: et
oues vocem eius audiūt. Et pꝛo-
pꝛias oues vocat nominatim: ⁊
educit eas. Et cū pꝛopꝛias oues
emiſerit/ante eas vadit: et oues
illum ſequuntur: quia ſciunt vo
cem eius. Alienū autem non ſe-
quuntur ſed fugiunt ab eo: quia
non nouerunt vocem alienoꝛū.
Hoc pūerbiū dixit eis ieſus. Illi
autem non cognouerūt/ quid lo
queretur eis. Dixit ergo eis ite-
rum ieſus. Amen amen dico vo
bis: quia ego ſum oſtium ouiū.
Omnes quotquot venerunt/ fu-
res ſunt et latrones: ſed non au-
dierunt eos oues. Ego ſum oſti-
um. Per me ſi quis itroierit ſal-
uabitur: et ingrediet/ ⁊ egrediet
et paſcua inueniet. Fur non ve-
nit: niſi vt furetur et mactet / et
perdat. Ego veni vt vitam habe
ant: et abūdātius habeāt. Offr.
Poꝛtas celi aperuit dñs/ ⁊ pluit illis
māna vt ederēt panē celi dedit illis/
panē āgeloꝛū mūducauit homo alla
PUrificet nos dñe (Secre.
q̄s muneris p̄ſentis obla-
tio: ⁊ dignos ſacra pticipatione
pficiat. Per. Cōio. Spiritus qui
a patre pꝛocedit alleluya: ille me cla-
rificabit alleluya alla. Complēda.
MEntes noſtras q̄s dñe ſpi
ritus ſctūs illuminet ⁊ di
uinis reparet ſacramētis: quia
ipſe eſt remiſſio oīm peccatoꝛū.
Per dñm. In vnitate eiuſdem.
¶ Feria.iiij.iiij.tpm. Introitus
DEus dū egredereris
coꝛā poplo tuo alla:
iter faciens eis alla/
habitās in illis alla
alla. ps. Exurgat de⁹
⁊ diſſipēt īimici ei⁹: et fugiāt qui ode
rūt eū a facie ei⁹. Glia pa. ¶ Nota
qd hac die ⁊ duab⁹ ſequē. quattu
oꝛ tēpoꝛū Glia i excel. dr Flecta-
mus ge. nō dr Ante vltimā colle
ctā ſolū dr Dñs vobiſcū. Colla.
MEntes noſtras q̄s dñe pa
raclitus qui a te pꝛocedit
illuminet: et inducat in omnem
ſicut tuus pmiſit filius veritatē
Qui tecum. In vnitate eiuſdem
¶ Lectio libꝛi ſapientie.
IN diebus illis. Dixit ſalo
mon filijs iſrael. Diligite
iuſticiā q̄ iudicatis terrā. Sētite
de dño ī bonitate: et ī ſimplicita
te coꝛdis q̄rite illū. Quoniā inue
nitur ab his q̄ nō tēptāt illū: ap-
paret autē eis qui fidē habēt in il
lum. Peruerſe eni cogitationes
ſeparāt a deo: pbata aūt virtus
coꝛripit inſipiētes Quoniā ī ma
liuolā aīam nō ītroibit ſapiētia:
nec habitabit ī coꝛpe ſubdito pec
catis. Spūs eni ſctūs diſcipline
effugiet fictū: et auferet ſe a cogi
tatiōibus que ſunt ſine ītellectu:
et coꝛripietur a ſuperueniēte ini
quitate. Benignus eſt eni ſpūs

ſapientie: et non liberabit male dictum a labijs ſuis: quoniã renum illius teſtis eſt deus: et cordis eius ſcrutator eſt verus/ ⁊ lingue illius auditor. Quoniã ſpiritus dñi repleuit orbem terraꝝ et hoc quod continet omnia/ ſciẽtiam habet vocis. Alleluya. ℣. Emitte ſpiritum tuum et creabuntur et renouabis faciem terre. Hic Alleluya non repetitur Dominus vobiſcũ. Collecta.

PReſta queſumꝰ omnipotẽs et miſericors deus: vt ſpiritus ſanctus aduenieẽs templum nos glorie tue deſignãter inhabitãdo perficiat. Per eũdẽ.

Lectio actuũ apoſtolorũ. v.

IN diebus illis. Per manꝰ apoſtolorũ fiebant ſigna et pdigia multa in plebe: et erãt vnanimiter omnes ĩ porticu ſalomonis. Ceteroꝝ autem nemo audebat ſe coniungere illis: ſed magnificabat eos populus Magis autem augebatur in dño credentiũ multitudo virorũ ac mulierum: ita vt in plateis eicerent infirmos et ponerent in lectulis ac grabatis vt veniente petro ſaltem vmbra illius obũbraret quẽ ꝙ illorum et liberarentur ab infirmitatibus ſuis. Concurrebat autem et multitudo vicinarum ciuitatũ hieruſalem: afferentes egros et vexatos a ſpiritibꝰ immundis/ qui curabãtur omnes. Alleluya. ℣. Veni ſancte ſpiritꝰ: reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende. Alleluya. Sequentia. Veni ſancte ſpiritus. vt ſupra folio. xcvj.

Secundũ iohannẽ. vj.



IN illo tẽpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Nemo poteſt vẽire ad me: niſi pater q̇ miſit me traxerit eum: et ego reſuſcitabo eum ĩ nouiſſimo die. Eſt ſcriptũ in prophetis. Et erũt omnes docibiles dei. Omnis qui audiuit a patre meo et didicit venit ad me Non quia patrem vidit quiſꝙ: niſi is qui eſt a deo/ hic vidit patrem. Amen amen dico vobis: q̄ credit in me/ habet vitam eternam. Ego ſum panis vite. Patres veſtri manducauerũt manna in deſerto: ⁊ mortui ſunt. Hic eſt panis de celo deſcendens/ vt ſi quis ex ipſo mãducauerit/ nõ moriatur. Ego ſum panis viuus: qui de celo deſcẽdi. Si quis manducauerit ex hoc pane/ viuet in eternum. Et panis quem ego dabo caro mea eſt: pro mundi vita. Offr. Emitte ſpiritum tuum et creabuntur: et renouabis faciem terre ſit gloria domini ĩ ſecula alleluya. Secreta.

ACcipe queſumus domine munus oblatum/ et dignanter operare: vt quod myſterijs agimus: pijs effectibꝰ celebremus. Per. Cõio. Pacem meam do vobis alleluya: pacem relinquo vobis alleluya allꝰa. Cõplenda

SUmentes domine celeſtia ſacramẽta queſumus clementiam tuam: vt quod tem-

poraliter gerimus: eternis gau-
diis conſequamur. Per domi-
num noſtrū ieſum. ¶ Feria. v.
poſt penthecoſten. Introitus.
Spiritus domini re-
pleuit orbem terra-
rum alleluya: et hoc
quod cōtinet omnia
ſcientiam habet vo-
cis alleluya alleluya all'a. Ps. Cō-
firma hoc deus quod operatus es in
nobis: a templo ſancto tuo quod eſt
in hieruſalē. Gloria patri. Collecta
Illo nos igne queſumꝰ do-
mine ſpiritus ſanctus in-
flāmet: quem dñs noſter ieſus
chriſtus miſit in terram: et volu-
it vehementer accendi. Qui te-
cum. In vnitate eiuſdem.
¶ Lectio actuū apoſtolorū. viii
In diebus illis Philippus
deſcendens in ciuitatē ſa-
marie: predicabat illis chriſtum
Intendebant aūt turbe his que
a philippo dicebantur vnanimi
ter audientes et videntes ſigna
que faciebat Multi enim eorum
qui habebant ſpiritus immun-
dos: clamantes voce magna exi
bant. Multi autem paralitici et
claudi/ curati ſunt. Factum eſt
ergo gaudium magnum: in ci-
uitate illa. Alleluya. v. Spiri-
tus domini repleuit orbem terrarū.
et hoc quod continet omnia ſcientiā
habet vocis. Alleluya. vꝰ. Ueni
ſancte ſpiritus: reple tuorum corda
fidelium: et tui amoris in eis ignem
accende. ¶ Nota ꝙ hac feria/ et vi
et ſabbato ſequentibus ſequen-
tia non cantat': ſed Gloria in ex-
celſis. Credo: et Ite miſſa eſt. Di

centur. Secundū lucam. ix.



In illo tē-
pore. Cō-
uocatis ieſꝰ du
odeci apſis de-
dit illis virtutē
et poteſtatē ſup
oīa demonia: &
vt lāguores cu-
rarent. Et mi-
ſit illos predicare regnum dei et
ſanare infirmos. Et ait ad illos
Nichil tuleritis in via: neqꝫ vir-
gam: neqꝫ peram. neqꝫ panem:
neqꝫ pecuniam/ neqꝫ duas tuni-
cas habeatis. Et in quancunqꝫ
domum intraueritis: ibi mane-
te/ et inde ne exeatis. Et quicun-
qꝫ non receperint vos: exeuntes
de ciuitate illa/ etiam puluerē pe
dum veſtrorū excutite: i teſtimo
niū ſupra illos. Egreſſi autē cir-
cuibant per caſtella euangelizā-
tes: et curantes vbiqꝫ. Offer. Cō-
firma hoc deus quod operatus es in
nobis: a templo tuo quod eſt in hie-
ruſalem: tibi offerent reges munera
alleluya. Secreta.
Uirtute ſancti ſpiritꝰ dñe
munera noſtra cōtinge:
vt quod ſolēnitate preſenti tuo
noī dedicauit: et intelligibile no
bis faciat et eternū. Per do. In
vnitate eiuſdē. Prefatio vlteriꝰ
de feſto per octauā. Cōio. Factꝰ
eſt repente de celo ſonus: aduenien-
tis ſpiritus vehementis vbi erant ſe
dentes all'a: & repleti ſunt omnes ſpi
ritu ſancto/ loquentes magnalia dei
alleluya alleluya. Complenda.
Sacramētis celeſtibus dñe
operāte ſancto ſpiritu vi-

cia noſtra purgentur: vt mune-
ribus tuis poſſim⁹ ſemper apta
ri. Per dn̄m. In vnitate eiuſdē.

¶ Feria. vj. iiij. tpm. Introitus

REpleatur os meum
laude tua alleluya:
vt poſſim cantare al
leluya gaudebūt la-
bia mea dum canta-
uero tibi alleluya alla. ps. In te
dn̄e ſperaui non confundar in eter-
num in iuſtitia tua libera me et eri-
pe me. Gloria patri. Nota q̄ Glo-
ria in excelſis deo. dicitur et Do
minus vobiſcum: ſed nō Flecta
mus genua leuate. Collecta.

DA queſumus eccleſie tue
miſericors deus: vt ſācto
ſpiritu congregata: hoſtili nul-
latenus incurſione turbet. Per
dn̄m noſtrū. In vnitate eiuſdē.

¶ Lectio actuum apoſtolorū. ij

IN diebus illis. Aperiens
petrus os ſuum dixit. Ui-
ri iſrahelite: audite verba hec.
Ieſum nazarenū virum appro
batum a deo in vobis virtutib⁹
et prodigijs et ſignis: que fecit
deus per illū in medio veſtri/ ſi-
cut ſcitis hunc definito conſilio/
⁊ preſcientia dei traditū per ma
nus iniquorū: affigentes intere
miſtis. Quē deus ſuſcitauit ſolu
tis doloribus īferni: iuxta quod
impoſſibile erat teneri illum ab
eo. Dauid enim dicit in eū. Pro-
uidebam dn̄m in cōſpectu meo
ſemper: quoniā a dextris eſt mi
chi ne cōmouear. Propter hoc le
tatum eſt cor meū: et exultauit li
gua mea: inſuper et caro mea re
quieſcet in ſpe. Quoniā non de-
relinques animā meam in īfer-
no: nec dabis ſanctum tuum vi-
dere corruptionem. Notas mi-
chi feciſti vias vite/ replebis me
iocunditate cum facie tua. Al-
leluya. ℣. Spiritus domini reple-
uit orbem terrarum: et hoc quod con
tinet omnia ſcientiam habet vocis.
Alleluya. ℣. Ueni ſancte ſpiritus
reple tuorum corda fidelium: et tui
amoris in eis ignem accende.

Secundū Lucam. v.



IN illo tē-
pore. Fa-
ctum eſt in vna
dierum: ⁊ ieſus
ſedebat docens
Et erant phari-
ſei ſedentes/ et
legiſdoctores q̄
venerāt ex om-
ni caſtello galilee/ et iudee/ et hie
ruſalem: et virtus domini erat
ad ſanandum eos. Et ecce viri
portātes in lecto hominem qui
erat paraliticus: et querebant
eum inferre/ ⁊ ponere ante eum
Et non inuenientes qua parte
illum inferrent pre turba: aſcen
derunt ſupra tectum: et per te-
gulas ſummiſerunt illum cum
lecto in mediū ante ieſum. Quo
rum fidem vt vidit/ dixit. Ho-
mo: remittuntur tibi peccata
tua. Et ceperunt cogitare ſcri-
be et phariſei dicentes. Quis eſt
hic qui loquitur blaſphemias?
Quis poteſt dimittere peccata
niſi ſolus deus? Ut cognouit au
tem ieſus cogitationes eorū: re-
ſpondēs dixit ad illos. Quid co-
gitatis mala in cordib⁹ veſtris?

Quid eſt facilius dicere: dimittuntur tibi peccata: an dicere/ ſurge et ambula? Ut autem ſciatis quia filiꝰ hominis habet poteſtatē in terra dimittendi peccata: ait paralitico. Tibi dico ſurge. Tolle lectum tuum et vade in domum tuam. Et confeſtim ſurgēs coram illis: tulit lectum in quo iacebat: et abijt in domū ſuam magnificās deum. Et ſtupor apprehendit omnes: et magnificabant deū. Et repleti ſunt timore dicentes: quia vidimꝰ mirabilia hodie. **Offr.** Lauda anima mea dominū: laudabo dominū in vita mea pſallam deo meo q̄diu ero alleluya. **Secreta.**

SAcrificia dn̄e tuis oblata conſpectibus ignis ille diuinus aſſumat: qui diſcipulorū chriſti filij tui per ſpiritum ſanctum corda ſuccendit. Per eundem. In vnitate eiuſdem. **Cōio** Spiritus vbi vult ſpirat: et vocem eius audis alleluya: ⁊ neſcis vnde veniat aut quo vadat alleluya alleluya alleluya. **Complenda.**

SUmpſimꝰ dn̄e ſacri dona myſterij humiliter deprecantes: vt que in tui cōmemoratione nos facere precepiſti: in noſtre proficiant infirmitatis auxilium. Per. ¶ **Sabbato quatuor temporū. Introitus.**

Caritas dei diffuſa eſt in cordibꝰ veſtris alleluya: per inhabitātē ſpiritū eius in vobis alleluya alſa. **ps.** Dn̄e deus ſalutis mee in die clamaui et nocte corā te. Gloria patri. Gloria in excelſis **dicitur** Flectamꝰ genua. **non dicit nec** Dn̄s vobiſcū: **ſed** Oremus. **Collecta.**

MEntibus noſtris queſumus dn̄e ſpiritū ſanctū benignus infunde: cuius et ſapientia conditi ſumus et prouidētia gubernamur. Per dominū. In vnitate eiuſdem.

¶ **Lectio iohelis prophete.** ij.

HEc dicit dn̄s deus. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnē: et prophetabunt filij veſtri et filie veſtre. Senes veſtri ſomnia ſomniabunt: ⁊ iuuenes veſtri viſiones videbunt. Sed et ſuper ſeruos meos et ancillas meas in diebus illis effundam de ſpiritu meo: et dabo prodigia in celo ſurſum: et ſigna in terra deorſum: ſanguinē et ignē ⁊ vaporē fumi. Sol conuertetur in tenebras et luna in ſanguinē: anteq̄ veniat dies dn̄i magnus et horribilis. Et erit: omnis qui inuocauerit nomen dn̄i: ſaluus erit. **Alleluya. V.** Emitte ſpiritū tuum et creabuntur: ⁊ renouabis faciē terre. ¶ **Nota** q̄ Alleluya **non repetit niſi ad vltimū. Collecta**

PReſta queſumus omnipotens deus: vt ſpiritus ſanctus aduenieñs maieſtatē nobis filij tui manifeſtando clarificet. Per dn̄m. In vnitate eiuſdē.

¶ **Lectio libri leuitici.** xxiij.

IN diebus illis: Locutꝰ eſt dn̄s ad moyſen dicēs Loq̄re filijs iſrael: ⁊ dices ad eos. Cū īgreſſi fueritis terrā quā ego dabo vobis/ et meſſueritis ſegetē: feretis manipulos ſpicarū pri-

mitias meſſis veſtre ad ſacerdotem: qui eleuabit faſciculum coꝛam domino / vt acceptabilis ſit pꝛo vobis altera die ſabbati: et ſanctificabit illum. Numerabitis ergo ab altero die ī quo obtuliſtis manipulos pꝛimitiarum ſeptē ebdomadas plenas/ vſqꝫ ad alterum diem expletionis ebdomade ſeptime et ſic offeretis ſacrificium nouum domino: ex omnibus habitaculis ṽris. Panes pꝛimitiarum duos de duabus decimis ſimile fermentate / quos eleuabit ſacerdos coꝛam deo: et vocabitis hūc diem celeberrimum atqꝫ ſanctiſſimum Omne opus ſeruile non facietis in eo. Legitimum ſempiternum erit in cunctis habitaculis et generationibus veſtris. Dicit dominus: oīpotens. Alleluya. ℣. Uerbo domini celi firmati ſunt: et ſpiritu oꝛis eius omnis virtus eoꝛum.

Collecta.

Da nobis domine per gratiam ſancti ſpiritus nouā tui paraclyti ſpiritualis obſeruantie diſciplinam: vt mentes noſtre ſacro purificate ieiunio: cunctis reddantur eius muneribus aptioꝛes. Per dominū. In vnitate eiuſdem.

Lectō libꝛi deuteronomij.

In diebus illis: Dixit moyſes filijs iſrael. Audi iſrael que ego p̄cipio tibi hodie. Cū intraueris terrā quā dn̄s deus tuus tibi daturus eſt poſſidēdā: ⁊ obtinueris eam: atqꝫ habitaueris in illa tolles de cunctis frugibus tuis pꝛimitias: et pones in cartallo: pergeſqꝫ ad locum quē dominus deus tuus elegerit: vt ibi inuocetur nomen eius. Acccedeſqꝫ ad ſacerdotem qui fuerit in diebus illis/ et dices ad eū. Pꝛofiteoꝛ hodie coꝛam dn̄o deo tuo / qui exaudiuit eos et reſpexit humilitatē noſtram et laborē atqꝫ anguſtias: et eduxit nos de egypto in manu foꝛti / et bꝛachio extento: in ingenti pauoꝛe/ in ſignis atqꝫ poꝛtentis: et introduxit ad locum iſtum: et tradidit nobis lacte et melle manantem. Et idcirco nunc offero pꝛimitias frugum terre: quam dominus deus dedit michi. Et dimittes eas in conſpectu domini dei tui: et adoꝛato domino deo tuo: epulaberis in omnibus bonis: que dominus deus tuus dederit tibi. Alleluya. ℣. Paraclitus ſpiritus ſanctus quē mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnem veritatem.

Collecta.

Annue miſericoꝛs deꝰ: vt qui diuina pꝛecepta violando a paradiſi amenitate decidimus: ad eterne beatitudinis duce ſpiritu ſancto redeamus acceſſum per tuoꝛum cuſtodiam mandatoꝛum. Per dominum. In vnitate eiuſdem.

Lectio libꝛi leuitici. xxvj.

In diebus illis: Dixit dominus ad moyſen. Loquere filijs iſrael / et dices ad eos. Si in pꝛeceptis meis ambulaueritis: et mandata mea cuſtodieritis / et feceritis ea / dabo vobis pluuias tempoꝛibus ſuis: et terra gignet germen

ſuum: et pomis arboꝛes replebuntur. Appꝛehendet meſſium tritura vindemiam: et vīdemia occupabit ſementē. Et comedetis panem veſtrum in ſaturitate et abſq̧ pauoꝛe habitabitis ī terra veſtra. Dabo pacem in finibus veſtris: doꝛmietis et nō erit qui exterreat. Auferam malas beſtias: et gladius non tranſibit terminos veſtros. Perſequemini inimicos veſtros: et coꝛruent coꝛam vobis. Perſequentur quinq̧ de veſtris / centum alienos: et centum ex vobis / decem milia. Cadent inimici veſtri in conſpectu veſtro gladio. Reſpiciam vos et creſcere faciam: et multiplicabimini / et firmabo pactum meum vobiſcum. Et comedetis vetuſtiſſima veterum: et vetera nouis ſuperuenientibus pꝛoicietis. Ponam tabernaculum meum in medio veſtri: et non abijciet vos vltra aīa mea. Et ambulabo inter vos / et ero veſter deus: voſq̧ eritis populus meus. Dicit dominus: omnipotens. Alleluya. ℣. Veni ſācte ſpiritus reple tuoꝛum coꝛda fidelium: et tui amoꝛis in eis ignem accende. Collecta.

Preſta queſumꝰ omnipotens deus: vt a noſtris mētibus / carnales amoueat ſpiritus ſanctus affectus: et ſpiritualia nobis dona potenter infundat. Per dominum. In vnitate eiuſdem. ¶ Lectio danielis pꝛophete. Angelus domini deſcendit. ℞. vts fol. v. Alleluya. ℣ꝰ. Benedictus es domine deus patrū noſtroꝛum: et laudabilis in ſecula. Hic dicit̃ Dn̄s vobiſcū. Collecta

Deus qui tribꝰ pueris mitigaſti flammas ignium concede pꝛopicius / vt nos famulos tuos non exurat flamma vicioꝛum. Per.

¶ Lectio actuū apoſtoloꝛū.

In diebus illis. Conuenit vniuerſa ciuitas audire verbum domini. Videntes autē turbas iudei / repleti ſunt zelo et contradicebant his que a paulo dicebant̃ blaſphemantes Tunc conſtanter paulus et barnabas dixerunt. Vobis opoꝛtebat pꝛimum loqui verbum dei: ſed quoniam repuliſtis illud / et īdignos vos iudicaſtis eterne vite: ecce conuertimur ad gētes. Sic enī pꝛecepit nobis dominus. Poſuite in lucem gentium: vt ſis in ſalutem vſq̧ ad extremum terre. Audientes autem gentes / gauiſe ſunt: et gloꝛificabant verbum domini / et crediderunt quotquot erāt pꝛeoꝛdinati ad vitam eternam. Diſſeminabatur autem verbum domini per vniuerſam regionem. Iudei autem cōcitauerunt religioſas mulieres / et honeſtas et pꝛimos ciuitatis: et excitauerunt perſecutionem in paulum et barnabam: et eiecerunt eos de finibus ſuis. At illi excuſſo puluere pedum in eos / venerunt iconiū. Diſcipuli quoq̧ replebantur gaudio: et ſpiritu ſancto. Alleluya. ℣. Laudate dominum omnes gentes: et collaudate eum omnes populi. ¶ Secundum Lucam. iiij.



IN illo tēpore Surgēs ieſus de ſynagoga: introiuit in domū ſymonis. Socrꝰ aūt ſymonis tenebat magnis febribus: et rogauerunt illum pro ea. Et ſtans ſuper illam / imperauit febri: et dimiſit illam. Et continuo ſurgens miniſtrabat illis. Cum ſol autem occidiſſet: omnes qui habebant infirmos varijs languoribus / ducebant illos ad eum. At ille ſingulis manus imponens: curabat eos. Exibant autem demonia a multis clamantia et dicentia: quia tu es filius dei. Et increpans non ſinebat ea loqui: quia ſciebant ipſum eſſe chriſtum Facta autem die / egreſſus ibat in deſertum locum: et turbe requirebant eum. Et venerunt vſq; ad ipſum: et detinebant illum ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei. Offr. Emitte ſpiritū tuum et creabuntur: et renouabis faciem terre: ſit gloria domini in ſecula alleluya. Secreta.

HEc oblatio queſumus domine cordis noſtri maculas emundet: vt ſancti ſpiritus digna efficiatur habitatio. Per dominum. In vnitate eiuſdem. Cōio. Non vos relinquam orphanos veniam ad vos iterum alleluya / et gaudebit cor veſtrum alleluya alleluya. Complenda.

PRebeāt nobis domine diuinum tua ſancta feruorem: quo eorum pariter et actu delectemur et fructu. Per dnm.

¶ In octa penthecoſtes. totum officium vt ſupra in die ſancto: ſed Cōmunicantes non tenebit. Hec epiſtola ſequens cum euangelio ſequente poteſt ſeruari in octa. penthe. ſi placet. ¶ Lectio libri apocalipſis beati iohānis apoſtoli. iiij.

IN diebus illis. Vidi oſtiū apertū in celo: et vox prima quam audiui tanq̃ tube loquentis mecū dicens. Aſcende huc: et oſtendam tibi que oportet fieri cito. Poſt hec ſtatim fui in ſpū: et ecce ſedes poſita erat in celo: et ſupra ſedem ſedens. Et qui ſedebat: ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis / et ſardinis Et iris erat in circuitu ſedis: ſimilis viſioni ſmaragdine. Et in circuitu ſedis: ſedilia viginti quattuor / et ſupra thronos viginti quattuor ſeniores ſedentes circunamicti veſtimentis albis: et in capitibus eorum corone auree. Et de throno procedebāt fulgura / et voces / et tonitrua / et ſeptem lampades ardentes ante thronū: que ſunt ſeptem ſpiritꝰ dei. Et in conſpectu ſedis tanq̃ mare vitreum: ſimille criſtallo. Et in medio ſedis et i circuitu ſedis quattuor aīalia plena oculis ante et retro. Et animal primum: ſimile leoni. Et ſecūdum animal. ſimile vitulo. Et tertiū animal: habens faciē quaſi hominis. Et quartum animal: ſi-

mile aquile volāti. Et illa quat-
tuoꝛ animalia ſingula eoꝛū ha-
bebant alas ſenas. et in circuitu
et intus plena ſunt oculis: et re-
quiem non habebant die ac no-
cte dicentia Sanctus ſanctꝰ ſan
ctus dominus deus omnipotēs
qui erat et qui eſt / et qui ventu-
rus eſt. Et cum darent illa ani-
malia gloꝛiam et honoꝛem et be
nedictionem ſedenti ſuper thꝛo-
num viuenti in ſecula ſeculoꝛū:
pꝛocidebant vigintiquattuoꝛ ſe
nioꝛes / ante ſedentē in thꝛono.
Et adoꝛabant viuentem in ſecu
la ſeculoꝛum.

¶ Secundū iohannem. iiij.

In illo tempoꝛe. Erat ho-
mo ex phariſeis nicode-
mus nomine pꝛinceps iudeoꝛū.
Hic venit ad ieſum nocte: et di-
xit ei. Rabbi: ſcimus quia a deo
veniſti magiſter. Nemo eni po-
teſt hec ſigna facere que tu facis:
niſi fuerit deus cum eo. Reſpon
dit ieſus: et dixit ei. Amen amen
dico tibi: niſi quis renatus fue-
rit denuo: non poteſt videre re-
gnum dei. Dicit ad eum nicode
mus. Quomodo poteſt homo
naſci cum ſit ſenex? Nūquid po-
teſt in ventrē matris ſue iterato
introire / et naſci? Reſpondit ie-
ſus. Amen amen dico tibi: niſi
quis renatꝰ fuerit ex aqua et ſpi
ritu ſancto: non poteſt introire
in regnum dei. Quod natum eſt
ex carne: caro eſt. Et quod natū
eſt ex ſpiritu: ſpiritus eſt. Nō mi
reris quia dixi tibi / opoꝛtet vos
naſci denuo. Spiritus vbi vult
ſpirat / et vocem eius audis: ſed
neſcis vnde veniat aut quo va-
dat. Sic eſt omnis qui natus eſt
ex ſpiritu. Reſpōdit nicodemus
et dixit ei. Quomodo poſſunt
hec fieri? Reſpondit ieſus et di-
xit ei. Tu es magiſter in iſrael:
et hec ignoꝛas? Amen amen di-
co tibi: quia quod ſcimus loqui-
mur: et quod vidimus teſtamur
et teſtimoniū noſtrū non accipi
tis. Si terrena dixi vobis / et nō
creditis: quomodo ſi dixero vo-
bis celeſtia / credetis. Et nemo a-
ſcendit in celū: niſi qui deſcendit
de celo filius hominis qui eſt in
celo. Et ſicut moyſes exaltauit
ſerpentem in deſerto: ita exalta
ri opoꝛtet filium hominis. Ut
omnis qui credit in ipſo / non pe
reat: ſed habeat vitam eternam

Sequitur officiū trinitatis.




¶In feſto trinitatis. Introitus



Benedicta ſit ſācta trinitas atq; indiuiſa vnitas ꝯfitebimur ei: quia fecit nobiſcū miſericordiam ſuam. ps Benedicamus patrem et filiū cum ſācto ſpiritu. Gloria patri. Gloria in excelſis deo. dicitur Collecta.

Omnipotēs ſempiterne deus: qui dediſti nobis famulis tuis in confeſſione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoſcere: et in potentia maieſtatis adorare vnitatem queſumus vt eiuſdem fidei firmitate / ab omnibus ſemp muniamur aduerſis. Per dominū noſtrū ieſum.

Ad romanos. xj.

Fratres. O altitudo diuitiarum ſapientie et ſcientie dei: ꝙ incōprehenſibilia ſunt iudicia eius / ⁊ inueſtigabiles vie eius. Quis enim cognouit ſenſum domini: aut quis conſiliarius eius fuit. Aut quis prior dedit illi: et retribuetur ei. Quoniam ex ipſo et per ipſum et in ipſo ſunt omnia: ipſi honor et gloria: in ſecula ſeculorū amen. Gr

Bn̄dictus es dn̄e qui intueris abyſſos: et ſedes ſuper cherubin. ℣. Benedictus es i throno regni tui: et laudabilis in ſecula. Alleluya. ℣. Benedictus es dn̄e de⁹ patrū noſtrorū et laudabilis in ſecula. Alleluya. ℣. Omniū in te credentiū ſuſcipe vota trinitas alma tibi gloria et laus eterna. Sequentia.

Benedicta ſemper ſācta ſit trinitas deitas ſcilicet vnitas / coequalis gloria. Pater filius ſanctus ſpiritus / tria ſunt nomina omnia eadem ſubſtantia. Deus genitor / deus genitus in vtroq; ſacer ſpiritus deitate ſocius. Non tres tamē dij ſunt / deus verus vnus eſt: ſic pater domin⁹ filius ſpirituſq; ſanctus. Trinitas eſt in perſonis / vnitas eſt et in eſſentia. Maieſtas par ⁊ poteſtas: decus honor eque per omnia. Sidera maria continens arua ſimul et vniuerſa condita. Quem tremunt impia tartara colit quoq; quem et abyſſus ifima. Quē laudat ſol atq; luna: dignitas adorat angelica. Nunc omnis vox atq; lingua fateatur hunc laude debita Et nos voce precelſa nunc omnes modulemur organica cantica dulci melodia Eya ⁊ eya nūc

ſimul iubilem⁹ altithrono dn̄o
laudes i excelſis O adorāda tri
nitas. O venerāda vnitas Per
te ſumus creati vera eternitas.
Per te ſumus redēpti/ ſūma tu
charitas. Populū cūctū tu prote-
ge/ſalua libera eripe & emunda.
Te adoram⁹ oipotēs/ tibi cani
mus/tibi laus et gloria. Per in
finita ſecula ſeculorum. Amen.

Secundū iohannem. xv.

IN illo tpe: Dixit ieſus di-
ſcipulis ſuis. Cū venerit
paraclitus quē ego mittā vobis
a patre ſpiritū veritatis/ qui a pa
tre procedit: ille teſtimoniū phibe
bit de me. Et vos teſtimoniū per
hibebitis: quia ab initio mecū
eſtis. Hec locutus ſum vobis: vt
nō ſcādalizemini. Abſq; ſynago
gis faciēt vos. Sed venit hora:
vt oīs qui īterficit vos/ arbitret
obſequiū ſe preſtare deo. Et hec
faciēt vobis: q̄a non nouerūt pa
trem neq; me. Sed hec locutus
ſum vobis: vt cū venerit hora eo
rū reminiſcamini: quia ego dixi
vobis. Credo. dr Offr. Bene-
dictus ſit de⁹ pater vnigenituſq; dei
filius ſctūs quoq; ſpūs: quia fecit no
biſcum miſericordiā ſuā. Secreta.

SAnctifica q̄s dn̄e deus no
ſter per vnigeniti tui vir-
tutē huius oblationis hoſtiā: et
cooperante ſpiritu ſancto / per
eā noſmetipſos tibi perfice mu-
nus eternū. Per eundē dn̄m. In
vnitate eiuſdē. Prefatio de ſan-
cta trinitate. Cōio. Benedicite de
um celi: et coram omnibus viuenti-
bus confitebimur ei: quia fecit nobi-
ſcū miſericordiā ſuam. Cōplenda.

PRoficiat nobis ad ſalutē
corporis & anime domine
deus huius ſacramenti pceptio
et ſempiterne ſancte trinitatis:
eiuſdēq; indiuidue vnitatis con
feſſio. Per dominū noſtrū ieſū
chriſtū filiū tuum. Qui tecum vi
uit et regnat in vnitate ſpiritus
ſancti deus Per omnia ſecula ſe
culorum. Amen.



De venerabili ſacramento.

CIbauit eos ex
adipe frumen-
ti alleluya: et
de petra melle
ſaturauit eos
alleluya allelu
ya. ps. Exultate
deo adiutori noſtro: iubilate deo ia
cob. Gloria patri et filio. Collecta.

DEus qui nobis ſub ſacra
mento mirabili paſſiōis
tue memoriam reliquiſti: tribue
q̄ſumus: ita nos corporis et ſan-

guinis tui ſacra myſteria vene-
rari vt redemptionis tue fructū
in nobis iugiter ſentiam⁹. Qui
viuis. Scda collecta de ſācta tri
nitate vſq; ad octa. trinitatis di
citur. Ad corinthios. prime. xj.

FRatres Ego enim accepi
a dño/quod et tradidi vo
bis: quoniā dñs ieſus in qua no-
cte tradebatur: accepit panem/
et gratias agens fregit et dixit.
Accipite/et manducate. Hoc eſt
corpus meū quod pro vobis tra
detur. Hoc facite in meam cōme
morationem. Similiter et cali-
cē poſtꝙ cenauit dicens Hic calix
nouū teſtamētū eſt ī meo ſāgui-
ne. Hoc facite quotienſcunq; bi-
bitis in meam cōmemorationē.
Quotienſcunq; enim manduca-
bitis panem hunc et calicem bi-
betis: mortem dñi annunciabi-
tis donec veniat. Itaq; quicunq;
manducauerit panem/vel bibe-
rit calicem dñi idigne: reus erit
corporis et ſanguinis dñi. Pro-
bet autem ſeipſum homo: et ſic
de pane illo edat/et de calice bi-
bat. Qui enim māducat et bibit
indigne: iudiciū ſibi manducat
et bibit: non dijudicans corpus
domini. Gr. Oculi omniū in te ſpe
rant dñe: et tu das illis eſcam in tem
pore oportuno. ỽ. Aperis tu manū
tuam: et imples omne animal bene-
dictione. Alleluya. ỽ. Caro mea
vere eſt cibus/et ſanguis meus vere
eſt potus: qui manducat meam car-
nem et bibit meum ſanguinē: in me
manet et ego in eo. Sequentia.

LAuda ſyon ſaluatorē/lau
da ducē ꝛ paſtorē: in hym
nis et canticis. Quantū vales
tantum aude/quia maior omni
laude: nec laudare ſufficis. Lau
dis thema ſpecialis/panis viu⁹
et vitalis: hodie proponitur. Quē
in ſacre mēſa cene/turbe fratrū
duodene: datum nō ambigitur.
Sit laus plena ſit ſonora/ſit io
cunda ſit decora: mentis iubila-
tio. Dies enim ſolemnis agitur/
in qua mēſe prima recolitur: hu
ius inſtitutio. In hac menſa no
ui regis: nouum paſcha noue le
gis: phaſe vetus terminat. Ve
tuſtatem nouitas/vmbra fugat
veritas: noctem lux eliminat.
Quod in cena chriſtus geſſit/fa
ciendum hoc expreſſit: in ſui me-
moriam. Docti ſacris inſtitu-
tis/panem vinū in ſalutis: conſe
cramus hoſtiam. Dogma da-
tur chriſtianis/ꝙ in carnem trā-
ſit panis et vinum in ſanguinē.
Quod non capis/quod non vi
des/animoſa firmat fides: pre-
ter rerum ordinem. Sub diuer
ſis ſpeciebus/ſignis tantum et
non rebus: latēt rēs eximie. Ca
ro cibus/ſanguis potus/manet
tamen chriſtus totus: ſub vtraq;
ſpecie. A ſumente non conci-
ſus/non cōfractus: non diuiſus:
integer accipitur. Sumit vnus
ſumunt mille quantū iſti tantū
ille: nec ſumptus conſumitur.
Sumūt boni ſumunt mali ſor
te tamen inequali: vite vel inte-
ritus. Mors eſt malis vita bo-
nis/vide paris ſumptionis: ꝙ̄
ſit diſpar exitus. Fracto demū
ſacramento/ne vacilles ſed me-
mento: tantum eſſe ſub fragmē-

to / q̃tum toto tegitur. Nulla rei fit sciſſura / ſigni tantũ fit fractura: qua nec ſtatus nec ſtatura / ſignati minuitur. Ecce panis angeloꝝ / factus cibus viatorum: vere panis filiorũ / non mittẽdus canibus. In figuris preſignatur cum iſaac immolatur: agnus paſche deputat̃ / datur manna patribus. Bone paſtor panis vere / ieſu noſtri miſerere / tu nos paſce nos tuere / tu nos bona fac videre / in terra viuentium. Tu qui cuncta ſcis et vales / qui nos paſcis hic mortales: tuos ibi cõmẽſales / coheredes et ſodales fac ſanctorũ ciuiũ Amen. Secundũ iohannẽ. vj.

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis et turbis iudeorũ. Caro mea vere eſt cibus: et ſanguis meus vere eſt potus. Qui manducat meã carnem / ⁊ bibit meum ſanguinẽ: in me manet et ego in illo. Sicut miſit me viuens pater: et ego viuo propter patrem. Et qui manducat me et ipſe viuet ꝓpter me Hic eſt panis: qui de celo deſcendit. Non ſicut manducauerunt patres veſtri manna: et mortui ſunt. Qui manducat hunc panẽ viuet in eternũ. Credo dicitur / et per octa. Offr. Sacerdotes dñi incẽſum et panes offerũt deo: et ideo ſancti erunt deo ſuo: et non polluent nomen eius alla. Per octauã et in cõmemoratione. Offr. Portas celi aperuit dñs: ⁊ pluit illis manna vt ederent panem celi dedit illis / panem angelorum manducauit homo alleluya. Secreta.

Eccleſie tue queſumꝰ dñe vnitatis et pacis propitius dona concede: que ſub oblatis muneribus miſtice deſignantur. Per. Prefatio de natiui. dñi per octa. preter in octa. trinitatis. Cõio. Quotienſcunqꝫ manducabitis panem hunc et calicem bibetis: mortem dñi annũciabitis donec veniat. itaqꝫ quicunqꝫ manducauerit panem vel biberit calicẽ dñi indigne: reus erit corporis et ſanguinis dñi alla. In cõmemoratiõe. Cõio Qui manducat meam carnẽ et bibit ſanguinẽ meum: in me manet et ego in eo dicit dominus. Complenda.

Hac nos q̃s dñe diuinitatis tue ſempiterna fruitione repleri: quã precioſi corporis et ſanguinis tui temporalis perceptio prefigurat. Qui viuis

¶ Dñica. j. poſt trini. Introitꝰ.

Domine in tua miſericordia ſperaui exultauit cor meum in ſalutari tuo: cantabo dño qui bona tribuit michi. ps. Vſqꝫquo dñe obliuiſceris me in finẽ: vſqꝫquo auertis faciem tuam a me. Collecta.

Deus in te ſperantiũ fortitudo: adeſto propitius inuocationibus noſtris: et quia ſine te nichil poteſt mortalis infirmitas preſta auxiliũ gratie tue: vt in exequendis mandatis tuis et voluntate tibi / et actione placeamus. Per. ¶ Nota q̃ vſqꝫ ad kł. auguſti: ſcilicet quando incipitur hiſto. de ſapientia: dñicis diebus quando noctur. dicitur / ſecunda collecta erit de trinita.

Omnipotens ſempiterne deus.
Et dicitur etiam prefatio de ſan
cta trinitate. ¶ Lectio epiſtole
beati iohannis apoſtoli. iiij.

CHariſſimi. Deus caritas
eſt. In hoc apparuit cari=
tas dei in nobis: quoniã filiũ ſu=
um vnigenitũ miſit deus in mũ
dum: vt viuamus per eum. In
hoc eſt caritas: non quaſi nos di
lexerimus deum: ſed quoniã ip=
ſe prior dilexit nos: et miſit filiũ
ſuum propiciationem pro pecca
tis noſtris. Chariſſimi: ſi deus
dilexit nos: ⁊ nos debemus inui
cem diligere. Deum nemo vidit
vnq̃. Si diligamus inuicem: de
us in nobis manet: et caritas eiꝰ
in nobis perfecta eſt. In hoc in=
telligimus/ quoniã in eo mane=
mus et ipſe in nobis: quoniã de
ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos
vidimus et teſtificamur: quoni=
am pater miſit filium ſuum ſal=
uatorem mundi. Quiſquis con=
feſſus fuerit quoniã ieſus eſt fili
us dei: deus in eo manet/ et ipſe
in deo. Et nos cognouimꝰ et cre
dimus caritati: quam habet de=
us in nobis. Deus caritas eſt. Et
qui manet in caritate: ĩ deo ma=
net/ et deus in eo. In hoc perfe=
cta eſt caritas nobiſcũ: vt fiduci
am habeamus in die iudicij: q̃a
ſicut ille eſt/ et nos ſumus in hoc
mundo. Timor non eſt in chari
tate: ſed perfecta charitas foras
mittit timorẽ: quoniã timor pe=
nam habet. Qui autẽ timet: nõ
eſt perfectus in charitate. Nos
ergo diligamus deum: quoniã
deus prior dilexit nos. Si quis
dixerit quoniam diligo deum et
fratrẽ ſuũ oderit mẽdax eſt. Qui
enĩ non diligit fratrẽ ſuũ quẽ vi
det: deũ quẽ nõ videt/ quomodo
poteſt diligere? Et hoc mãdatũ
habemus a deo: vt qui diligit de
um: diligat et fratrẽ ſuum. Gr.
Ego dixi dñe miſerere mei: ſana ani=
mã meã quia peccaui tibi. ℣. Beatꝰ
qui itelligit ſuper egenũ et pauperẽ
in die mala liberabit eũ dñs. Alla.
℣. Dñe deꝰ meꝰ ĩ te ſperaui ſaluũ me
fac ex oĩbꝰ perſequẽtibꝰ me et libera
me. ¶ Secundũ lucam. xvj.

IN illo tp̃e. Dixit ieſus tur
bis iudeorũ parabolã hãc
Homo quidã erat diues: qui in=
duebat᷑ purpura ⁊ biſſo: et epu=
labat᷑ quotidie ſplẽdide. Et erat
quidã mendicus noĩe lazarus: q̃
iacebat ad ianuã eius/ vlceribus
plenus cupiẽs ſaturari de micis
que cadebãt de menſa diuitis: et
nemo illi dabat. Sed ⁊ canes ve
niebant et lingebãt vlcera eius.
Factũ eſt autẽ vt moreret᷑ mendi
cus: et portaret᷑ ab angelis in ſi=
nũ abrahe. Mortuus eſt autẽ et
diues: et ſepultus eſt in inferno.
Eleuãs aũt oculos ſuos cũ eſſet
in tormẽtis: vidit abrahã a lon=
ge/ et lazarũ in ſinu eius. Et ipſe
clamãs dixit. Pater abrahã mi=
ſerere mei: et mitte lazarũ vt in
tinguat extremũ digiti ſui ĩ aquã
vt refrigeret linguã meã: q̃a cru
cior ĩ hac flãma. Et dixit illi abra
ham. Fili/ recordare quia recepi
ſti bona in vita tua: et lazarus ſi
militer mala. Nunc autem hic
cõſolatur. tu vero cruciaris. Et
in his oĩbꝰ iter nos et vos chaos

magnū firmatū eſt/ vt hi qui vo
lūt hic trāſire ad vos nō poſſint/
neq; inde huc trāſmeare. Et ait.
Rogo ergo te pater / vt mittas
eū ī domū patris mei Habeo enī
quinq; fratres: vt teſtet̄ illis ne ⁊
ipſi veniant in hunc locum tor-
mentorū. Et ait illi abrahā. Ha-
bēt moyſen et pphetas/ audiāt il
los. At ille dixit. Nō pater abra-
ham: ſed ſi quis ex mortuis ierit
ad eos/ penitentiā agent. Ait au
tem illi Si moyſen ⁊ prophetas
non audiunt: neq; ſi quis ex mor
tuis reſurrexerit credēt. Offer.
Intende voci orationis mee/ rex me
us et deus meus: quoniam ad te ora
bo domine. Secreta.

Hoſtias noſtras dn̄e tibi di
catas placatus aſſume: et
ad perpetuū nobis tribue proue
nire ſubſidiū. P. Cōio. Narrabo
oīa mirabilia tua: letabor ⁊ exultabo
in te pſallā noī tuo altiſſime. Cōplē.

Tantis dn̄e repleti mune-
ribus/ preſta qs: vt ⁊ ſalu
taria dona capiam⁹: et a tua nū
q̄ laude ceſſemus. Per dominū.

¶ Feria .iiij. Ad coloſſenſes. iij.

Fratres. Mortificate mē-
bra veſtra/ que ſunt ſuper
terrā. Fornicationē / immundi-
ciā/ libidinē/ cōcupiſcentiā malā
et auariciā/ que eſt ſimulachrorū
ſeruitus. Propter que venit ira
dei ſup filios incredulitatis: in
quib⁹ et vos ambulaſtis aliquā
do: cū viueretis in illis. Nūc au-
tem deponite et vos oīa/ irā indi
gnationē / malitiā: blaſphemiā
et turpem ſermonē de ore veſtro
ne emiſeritis Nolite mētiri inui
cem / expoliantes vos veterem
hominem cum actibus ſuis: et
induentes nouum: eum qui re-
nouatur in agnitionem dei ſecū
dum imaginem eius qui crea-
uit eum. Ubi non eſt gentilis et
iudeus/ circunciſio et preputiū:
barbarus et ſcita: ſeruus ⁊ liber
ſed omnia et ī omnibus chriſtus

Secundum matheum. v.

In illo tempore: Dixit ie-
ſus diſcipulis ſuis Nolite
putare quoniā veni ſoluere le-
gem aut prophetas. nō veni ſol-
uere: ſed adimplere. Amē quip-
pe dico vobis: donec tranſeat ce
lum et terra iota vnum aut vn⁹
apex / non preteribit a lege: do-
nec omnia fiant. Qui ergo ſol-
uerit vnum de mādatis iſtis mi
nimis/ et docuerit ſic homines:
minim⁹ vocabit̄ ī regno celorū.
Qui autē fecerit et docuerit: hic
magnus vocabit̄ ī regno celorū

¶ Feria .vj. Secūdm Lucā. xvij.

In illo tpe: Dixit ieſus di-
ſcipulis ſuis. Impoſſibile
eſt vt non veniant ſcandala. Ue
autē illi: per quē veniūt. Utilius
eſt illi ſi lapis molaris imponat̄
circa collum eius: et proijciatur
in mare: q̄ vt ſcādalizet vnū de
puſillis iſtis. Attendite vobis.
Si peccauerit in te frater tuus:
increpa illū. Et ſi penitentiā ege
rit: dimitte illi. Et ſi ſepties ī die
peccauerit in te: et ſepties in die
conuerſus fuerit ad te dicens. pe
nitet me: dimitte illi. Et dixerūt
apoſtoli dn̄o. Adauge nobis fi-
dē. Dixit autē dn̄s. Si habueri-
tis fidē ſicut granū ſinapis: dice

tis huic arbori moro/eradicare ⁊
tranſplãtare in mare: et obediet
vobis. Quis autem veſtrum ha-
bens ſeruum arantem: aut paſcẽ
tẽ boues: qui egreſſo de agro di-
cat illi ſtatim tranſi et recumbe:
et non dicit. para q̄ cenem: et pre
cinge te et miniſtra michi/ donec
manducem et bibam: et poſt hec
tu mãducabis et bibes? Nũquid
gratiam habet ſeruo illi: quia fe
cit que ei imperauerat? Non pu-
to. Sic et vos cum feceritis om-
nia que precepta ſunt vobis: dici
te. Serui inutiles ſumus: quod
debuim⁹ facere: fecimus. ¶ Dñi-
ca.ij.poſt Trinita. Introitus.

Factus eſt dñs protec-
tor meus: et eduxit
me in altitudinẽ: ſal-
uum me fecit quoniã
voluit me. ps. Diligã
te domine fortitudo mea: dominus
firmamentũ meum et refugium me-
um/et liberator meus. Gloria patri
et filio et ſpiritui ſancto. Collecta.

Sancti nominis tui domi-
ne timorẽ pariter et amo-
rem fac nos habere perpetuum:
quia nunq̄ tua gubernatione de
ſtituis: quos in ſoliditate tue di-
lectionis inſtituis. Per dominũ.
Lectio ep̄le btĩ Johis apli. j.iij.

Chariſſimi. Nolite mirari
ſi odit vos mundus. Nos
ſcimus quoniã tranſlati ſumus
de morte ad vitam: quoniã dili-
gimus fratres. Qui non diligit:
manet in morte Omnis qui odit
fratrẽ ſuum homicida eſt. Et ſci-
tis: quoniã omnis homicida nõ
habet vitam eternã in ſe manen-
tem. In hoc cognouimus chari-
tatem dei: quoniã ille pro nobis
animam ſuam poſuit: et nos de-
bemus pro fratrib⁹ noſtris ani-
mas ponere. Qui habuerit ſub-
ſtantiam huius mũdi: et viderit
fratrem ſuum neceſſitatẽ habe-
re/ et clauſerit viſcera ſua ab eo/
quomodo charitas dei manet in
eo? Filioli mei: nõ diligam⁹ ver-
bo neq̄ lingua: ſed opere: et veri-
tate Gr. Ad dñm dum tribularer
clamaui: et exaudiuit me. V. Domi-
ne libera animam meam a labiis ini-
quis: et a lingua doloſa. Alleluya
V. Deus iudex iuſtus fortis et paci-
ens: nunquid iraſcetur per ſingulos
dies. Secundum Lucam. xiiij.

In illo tẽpore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis ſimilitudi-
nem hanc Homo quidam fecit ce
nam magnam: et vocauit mul-
tos. Et miſit ſeruum ſuum hora
cene dicere inuitatis vt venirent
quia iam parata ſunt omnia. Et
ceperunt ſimul omnes excuſare.
Prim⁹ dixit ei. Villam emi: et ne-
ceſſe habeo exire et videre illam.
Rogo te habe me excuſatum. Et
alter dixit. Iuga boum emi quin-
q̄: et eo probare illa. Rogo te: ha
be me excuſatum. Et alius dixit.
Vxorem duxi: et ideo non poſſũ
venire. Et reuerſus ſeruus: nun-
ciauit hec/ domino ſuo. Tunc
irat⁹ paterfamilias: dixit ſeruo
ſuo. Exi cito in plateas/ et vicos
ciuitatis: et pauperes ac debiles/
et cecos/ ⁊ claudos/ introduc huc
Et ait ſeruus. Domine: factum
eſt vt imperaſti: et adhuc locus
eſt. Et ait dñs ſeruo. Exi in vias/

et ſepes:et cōpelle intrare:vt im-
pleatur domus mea. Dico autē
vobis: quia nemo viroꝝ illo-
rum qui vocati ſunt: guſtabit ce-
nam meam. Offꝛ. Domine con-
uertere ⁊ eripe animā meā: ſaluū me
fac:ꝓpter miam tuam. Secreta.
Oblatio nos domie tuo no-
mini dicanda purificet: et
de die in diē ad celeſtis vite tranſ-
ferat actionem. Per dominū no
ſtrum ieſum. Coio. Cantabo do
mino qui bona tribuit michi:et pſal-
lam nomini dñi altiſſimi. Cōplēda.
Sumptis mūerib⁹ dñe que-
ſumus: vt cum frequenta-
tione myſterij / creſcat noſtre ſa-
lutis effectus. Per dñm noſtrū.
¶ Feria.iiij. Ad Corinthios.j.xv
Fratres. Si chriſtus predi
catur ꝙ reſurrexit a mor-
tuis: quomodo quidam dicūt in
vobis / quoniā reſurrectio mor-
tuorum non eſt? Si autem reſur
rectio mortuoꝝ non eſt: neqꝫ chri
ſtus reſurrexit. Si autem chriſt⁹
nō reſurrexit: inanis eſt predica-
tio noſtra / inanis eſt et fides ve-
ſtra. Inuenimur autem ⁊ falſi te
ſtes dei : quoniā teſtimoniū dixi-
mus aduerſus deum ꝙ ſuſcitaue
rit chriſtum: quem nō ſuſcitauit
ſi mortui non reſurgūt. Nam ſi
mortui non reſurgunt/neqꝫ chri-
ſtus reſurrexit. ꝙ ſi chriſtus non
reſurrexit: vana eſt fides veſtra.
Adhuc enim eſtis in peccatis ve-
ſtris. Ergo et qui dormierunt in
chriſto/perierunt. Si in hac vita
tantum in chriſto ſperantes ſu-
mus: miſerabiliores ſumus om-
nibus hominibus. Nunc autem
chriſtus reſurrexit a mortuis/pri
micie dormientiū: quoniam qui-
dem per hominē mors/et per ho-
minē reſurrectio mortuoꝝ. Et ſi
cut in adam om̄es moriūtur : ita
et in chriſto omnes viuificabun-
tur. Vnuſquiſqꝫ autem in ſuo or-
dine. Per ieſum chriſtū: dñm no-
ſtrum. Secundū Matheum.xx.
In illo tēpore. Egredientē ie
ſu ab hierico : ſecuta eſt eū
turba multa. Et ecce duo ceci ſe-
dentes ſecus viam/audierunt ꝙ
ieſus tranſiret: et clamauerūt di
centes. Dñe: miſerere noſtri fi-
li dauid. Turba autem increpa-
bat eos: vt tacerēt. At illi magis
clamabāt/dicentes. Domine mi
ſerere noſtri / fili dauid. Et ſtetit
ieſus/et vocauit eos:et ait. Quid
vultis vt faciam vobis? Dicūt il
li Dñe: vt aperiātur oculi noſtri
Miſertus autem eorum ieſus: te
tigit oculos eorum Et confeſtim
viderunt:et ſecuti ſunt eū. ¶ Fe-
ria.vj. Secundū Matheū. xxj.
In illo tēpore. Cum veniſ-
ſet ieſus in templum: acceſ
ſerunt ad eum docentem princi-
pes ſacerdotum et ſeniores popu
li dicentes. In qua poteſtate hec
facis? Et quis tibi dedit hanc po-
teſtatem? Reſpondens ieſus/ di-
xit eis. Interrogabo vos et ego
vnum ſermonem: quem ſi dixeri
tis michi / et ego vobis dicam in
qua poteſtate hec facio. Baptiſ-
mus iohannis vnde erat : e celo/
an ex hominibus? At illi cogita-
bant intra ſe dicentes. Si dixeri
mus e celo: dicet nobis/quare er-
go nō credidiſtis illi? Si autem

dixerimus ex hominibus: timemus turbam. Omnes enim habebant iohannem ſicut pꝛophetam. Et reſpondentes ieſu dixerunt. Neſcimus. Ait illis / et ipſe Nec ego dico vobis: in qua poteſtate: hec facio. ¶ Dñica.iij poſt Trini. Ad miſſam Introi.

Reſpice in me et miſerere mei dñe: quoniã vnicus et pauper ſũ ego. vide humilitatẽ meam ⁊ laboꝛem meum / et dimitte oĩa peccata mea deus meus. ps. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubeſcam. Gloꝛia patri et filio et ſpiritui ſancto. Colla.

Depꝛecationẽ noſtrã queſumus domine benignus exaudi: et quibus ſupplicãdi pꝛeſtas affectum / tribue defenſionis auxilium. Per dominũ. Lectio epiſtole beati petri apoſtoli. j.v.

Chariſſimi. Humiliamini ſub potenti manu dei: vt vos exaltet in tempoꝛe viſitationis. Omnẽ ſollicitudinẽ veſtrã pꝛoijcientes in eum: quoniam ipſi cura eſt de vobis. Sobꝛij eſtote ⁊ vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus / tanꝗ̃ leo rugiens circuit / querens quem deuoꝛet. Cui reſiſtite foꝛtes in fide: ſciẽtes eandem paſſionem ei qui in mundo eſt veſtre fraternitati fieri Deus autem omnis gratie qui vocauit vos in eternam ſuam gloꝛiã: in chꝛiſto ieſu modicum paſſos: ipſe perficiet / confirmabit / ſolidabitqꝫ. Ipſi gloꝛia et imperiũ: in ſecula ſeculoꝛũ amen. Gr. Iacta cogitatum tuum in dño: et ipſe te enutriet. ℣. Dum clamarẽ ad dñm exaudiuit vocem meam: ab hiis qui appꝛopinquãt michi. Alla. ℣. Diligam te dñe virtus mea: dñs firmamentũ meũ / et refugiũ meũ / et liberatoꝛ meus. Secundũ Lucam. xv.

In illo tempoꝛe. Erant appꝛopiquãtes ad ieſum publicani et peccatoꝛes / vt audirẽt illum. Et murmurabãt phariſei et ſcribe dicẽtes. Quia hic peccatoꝛes recipit: ⁊ manducat cum illis. Et ait ad illos parabolã iſtã dicens. Quis ex vobis homo qui habet centum oues: et ſi perdiderit vnam ex illis: nonne dimittet nonaginta nouem in deſerto: et vadit ad illam que perierat donec inueniat illam? Et cum inuenerit eã: imponit in humeros ſuos gaudẽs. Et veniens domum: conuocat amicos et vicinos dicens illis. Cõgratulamini michi quia inueni ouem meã que perierat. Dico autẽ vobis: ꝙ ita gaudium erit in celo ſuper vno peccatoꝛe penitentiã agente / ꝙ̃ ſup nonaginta nouẽ iuſtis: qui nõ indigent penitentia. Aut que mulier habens dꝛagmas decẽ: ſi perdiderit dꝛagmã vnam: nonne accẽdit lucernã / et euertit domũ / et querit diligẽter: donec inueniat. Et cum inuenerit: cõuocat amicas / et vicinas dicens. Cõgratulamini michi / ꝗa inueni dꝛagmã quã perdiderã. Ita dico vobis: gaudium erit coꝛam angelis dei: ſup vno peccatoꝛe: penitentiã agente. Offer. Sperent in te omnes qui nouerũt nomẽ tuũ domine: quoniã

non derelinquis querentes te. pſal-
lite dño qui habitat in ſyon: qm̃ non
eſt oblitus orationẽ pauperis. Sec.

MUnera dñe oblata ſancti-
fica: vt tui nobis vnigeni-
ti corpus et ſanguis fiant ad me-
delã. Per eundẽ. Coio. Ego cla-
maui qm̃ exaudiſti me de⁹: iclina au-
rẽ tuã/et exaudi verba mea. Cõplẽ.

HEc nos cõmunio dñe pur-
get a crimine: et celeſtis re
medij faciat eſſe conſortes. Per.

Feria.iiij. Ad coloſſenſes. iiij.

FRatres. Omne quodcũq;
facitis in verbo aut in ope
re: omnia in noĩe dñi ieſu chriſti
facite/gratias agentes deo et pa
tri per ipſum. Mulieres ſubdite
eſtote viris: ſicut oportet in dño.
Uiri diligite vxores veſtras: et no
lite amari eſſe ad illas. Filij: obe
dite parentibus per omnia: hoc
enim beneplacitũ eſt in dño. Pa-
tres nolite ad indignationẽ pro-
uocare filios veſtros: vt non pu-
ſillo animo fiant. Serui obedite
per omnia dominis carnalibus:
non ad oculum ſeruientes: qua-
ſi hominib⁹ placentes: ſed in ſim
plicitate cordis/timentes dñm.
Quodcunq; facitis ex animo ope
ramini ſicut dño: et non homini
bus: ſcientes quod a dño accipie-
tis retributionẽ hereditatis Per
ieſum chriſtum: dñm noſtrum.

Secundum Matheum. v.

IN illo tẽpore. Dixit ieſus
ſymoni petro. Eſto cõſen-
tiens aduerſario tuo cito dum es
in via cũ eo: ne forte tradat te ad-
uerſarius iudici: et iudex tradat
te miniſtro/et in carcerem mitta
ris Amen dico tibi: non exies in-
de/donec reddas nouiſſimũ qua
drantem. Audiſtis quia dictum
eſt antiquis: nõ mechaberis Ego
autẽ dico vobis: quia omnis qui
viderit mulierem ad concupiſcẽ
dum eam: iam mechat⁹ eſt eam
in corde ſuo. q si oculus tuus dex
ter ſcãdalizat te: erue eum et pro-
ijce abs te. Expedit enim tibi/vt
pereat vnum membrorum tuo-
rum: q̃ totum corpus tuum mit
tatur in gehennã ignis. Et ſi dex
tera man⁹ tua ſcãdalizat te: ab-
ſcide eam/et proijce abs te. Expe-
dit enim tibi vt pereat vnũ mem
brorum tuorũ: q̃ totum corpus
tuum: eat in gehẽnam. Feria.
vj. Secundum Marcum. xj.

IN illo tẽpore. Cum intro-
iſſet ieſus hieroſolymã in
templum: et circunſpectis omni
bus cum iam veſpera eſſet hora:
exijt in bethaniam cum duodeci.
Et alia die cum exirent a betha-
nia: eſurijt. Cumq; vidiſſet a lon-
ge ficum habẽtem folia: venit ſi
quid forte ĩueniret in ea. Et cum
veniſſet ad eam: nihil inuenit pre
ter folia. Non enim erat tempus
ficorum. Et reſpondens dixit ei.
Iam nõ amplius in eternum ex
te quiſq̃ fructum manducet. Et
audiebant diſcipuli eius. Et ve-
niunt iterum hieroſolymam Et
cum introiſſet in tẽplũ/cepit eij-
cere vendentes et ementes in tem
plo: et menſas nũmulariorũ: et
cathedras vendentiũ columbas
euertit. Et non ſinebat vt quiſq̃
transferret vas per templũ: et do
cebat dicens eis. Nonne ſcriptũ

eſt: quia domus mea / dom⁹ oꝛa-
tionis vocabitur omnibus gen-
tibus? Vos autē feciſtis eam ſpe-
luncam latronum. Quo audito
pꝛincipes ſacerdotū ⁊ ſcribe / que
rebant quomodo eum perderēt.
Timebant enim eum: quoniam
vniuerſa turba ammirabat̃ ſup
doctrina eius Et cum veſpera fa
cta eſſet: egrediebatur de ciuita-
te Et cum mane tranſirent: vide
runt ficum aridam factam a ra-
dicibus. Et recoꝛdatus petrus di
xit ei. Rabbi: ecce ficus cui male-
dixiſti / aruit. Et reſpondēs ieſus
ait illis. Habete fidem dei Amen
dico vobis: quia quicunqꝫ dixerit
huic monti tollere et mittere in
mare / et non heſitauerit in coꝛde
ſuo: ſed crediderit / quia quodcū-
qꝫ dixerit fiat: fiet ei ¶ Dñica. iiij
poſt Trini. Ad miſſam. Introi.

D Omin⁹ illuminatio
mea / ⁊ ſalus mea quē
timebo: dñs defenſoꝛ
vite mee / a quo trepi-
dabo: qui tribulant
me inimici mei / infirmati ſunt et
ceciderūt. ps. Si cōſiſtant aduerſū
me caſtra: non timebit coꝛ meū. Col

P Rotectoꝛ in te ſperātium
deus: ſine quo nichil eſt va
lidum / nichil ſanctum: multipli
ca ſuper nos miſericoꝛdiā tuam:
vt te rectoꝛe te duce / ſic trāſeam⁹
per bona tēpoꝛalia: vt non amit
tamus eterna. Per dominū no-
ſtrum. Ad Romanos. viij.

F Ratres. Exiſtimo enim ꝙ
non ſunt condigne paſſio
nes huius tempoꝛis ad futuram
gloꝛiā que reuelabitur in nobis.
Nam expectatio creature reuela
tionem filioꝛum dei expectat Va
nitati enim creatura ſubiecta eſt
non volens: ſed pꝛopter eum qui
ſubiecit eā in ſpe: qꝛ et ipſa crea-
tura liberabitur a ſeruitute coꝛ-
ruptiōis / in libertatem gloꝛie fi-
lioꝛum dei. Scimus enim ꝙ om-
nis creatura ingemiſcit: ⁊ partu
rit vſqꝫ adhuc. Nō ſolum autem
illa: ſed et nos ipſi pꝛimitias ſpi-
ritus habentes / et ipſi intra nos
gemimus adoptionem filioꝛum
dei / expectātes redemptionē coꝛ-
poꝛis noſtri. In chꝛiſto ieſu: dño
noſtro. Gr. Pꝛopitius eſto domīe
peccatis noſtris: nequādo dicant gē-
tes vbi eſt deus eoꝛum. V⁹. Adiuua
nos deus ſalutaris noſter: ⁊ pꝛopter
honoꝛem nominis tui domine libera
nos. Alleluya. V. Domine in vir
tute tua letabitur rex: et ſuper ſalu-
tare tuum exultabit vehementer.
Secundum Lucam. vj.

I N illo tēpoꝛe. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Eſtote mi-
ſericoꝛdes: ſicut ⁊ pater veſter mi
ſericoꝛs eſt. Nolite iudicare: ⁊ nō
iudicabimini. Nolite cōdemna-
re: et non condemnabimini. Di-
mittite: et dimittemini. Date / et
dabitur vobis. Mēſuram bonā
et cōfertam / et coagitatam / et ſu
pereffluentē: dabunt in ſinū ve-
ſtrum. Eadem quippe menſura
qua menſi fueritis: remetiet̃ vo-
bis. Dicebat autem et illis ſimi-
litudinem. Nūquid poteſt cecus
cecū ducere? Nonne ambo in fo-
ueam cadūt? Non eſt diſcipulus
ſuper magiſtrū. Perfectus autē
oīs erit / ſi ſit ſicut magiſter eius.

Quid autẽ vides feſtucã in oculo
fratris tui: trabẽ autẽ que in ocu
lo tuo eſt/ nõ cõſideras? Aut quo
modo potes dicere fratri tuo fra
ter / ſine eijciam feſtucã de oculo
tuo: ipſe trabem in oculo tuo nõ
videns? Hypocrita / eijce pꝛimũ
trabem de oculo tuo: et tunc per=
ſpicies vt educas feſtucam de ocu
lo fratris tui Offr. Illumĩa ocu
los meos ne vnq̄ obdoꝛmiã in moꝛ=
te: neq̃ãdo dicat inimicꝰ meus pꝛe=
ualui aduerſus eum. Secreta.
Reſpice domĩe munera ſup
plicantis eccleſie: et ſaluti
credentium perpetua ſanctifica=
tione ſumenda concede. Per do.
Coio. Dñs firmamentũ meum et
refugium meum: et liberatoꝛ meus
deus meus adiutoꝛ meus. Cõplen.
Sancta tua nos dñe ſũpta
viuificẽt: ⁊ miſericoꝛdie ſẽ
piterne pꝛeparẽt expiatos. Per.
¶ Feria. iiij. Ad timotheũ. ij. iiij
Charissime. Dominus mi=
chi aſtitit et cõfoꝛtauit me:
vt per me pꝛedicatio adimpleat:
et audiant omnes gentes: quia li
beratus ſum de oꝛe leonis. Libe=
rauit me dominus ab omni ope=
re malo: et ſaluũ faciet in regnũ
ſuum celeſte. Cui gloꝛia: in ſecu=
la ſeculoꝛũ amẽ. Scdm lucã. xiij
In illo tempoꝛe Acceſſerũt
quidam phariſeoꝛũ ad ie=
ſum dicẽtes illi. Exi et vade hinc:
quia herodes vult te occidere. Et
ait illis. Ite ⁊ dicite vulpi illi. Ec
ce eiicio demonia: et ſanitates p=
ficio hodie et cras: et tertia die cõ
ſummoꝛ. Ueruntamen opoꝛtet
me hodie et cras / et ſequenti die
ambulare: quia nõ capit pꝛophe=
tam perire extra hieruſalẽ. Hie=
ruſalẽ hieruſalẽ/ que occidis pꝛo=
phetas: ⁊ lapidas eos/ qui mittũ=
tur ad te: quotiens volui congre
gare filios tuos / quemadmodũ
auis nidum ſuum ſub pennis/ et
noluiſti? Ecce relinquetur vobis
domus veſtra deſerta. Dico au=
tem vobis: quia nõ videbitis me:
donec dicetis. Benedictus qui ve
nit in nomine domini. ¶ Feria.
vj. Secundum Marcum. x.
In illo tempoꝛe Exurgens
ieſus venit ĩ fines iudee vl=
tra ioꝛdanem: et conueniunt ite=
rum turbe ad eũ: ⁊ ſicut cõſueue=
rat iterum docebat illos. Et acce
dentes phariſei / interrogabant
eum ſi licet viro vxoꝛem dimitte
re/ temptãtes eum. At ille reſpõ=
dens dixit eis. Quid vobis pꝛece=
pit moyſes? Qui dixerunt. Moy
ſes permiſit libellũ repudij ſcri=
bere/ et dimittere. Quibus reſpõ
dens ieſus ait. Ad duriciam coꝛ=
dis veſtri: ſcripſit vobis pꝛece=
ptum iſtud. Ab initio autem cre=
ature: maſculum et feminam fe=
cit eos deꝰ. Et dixit. Propter hoc
relinquet homo patrẽ ſuũ et ma
trẽ: et adherebit vxoꝛi ſue/ et erũt
duo in carne vna. Itaq̨ iam non
ſunt duo: ſed vna caro. Quod er
go deus coniũxit: homo nõ ſepa
ret. ¶ Dñica. v. poſt trini. Offm̃
Exaudi dñe vocem
meam qua clama
ui ad te: adiutoꝛ
meus eſto ne dere
liquas me: neq̨ de
ſpicias me deꝰ ſa=

lutaris meus. ps. Domin⁹ illuminatio mea: et ſalus mea quem timebo. Gloria patri et filio. Collecta.

DA nobis q̄s dñe: vt et mūdi curſ⁹ pacifice nobis tuo ordine dirigatur: et eccleſia tua tranquilla deuotione letet̄. Per.

Lectio ep̄le beati petri ap̄li. j. iij

CHariſſimi. Oēs vnanimes in oratione eſtote: compatientes/fraternitatis amatores: miſericordes/modeſti/humiles. Non reddentes malū pro malo. nec maledictum pro maledicto: ſed econtrario benedicētes: quia in hoc vocati eſtis: vt benedictionem hereditate poſſideatis Qui enim vult vitam diligere/et dies videre bonos: coherceat linguā ſuam a malo: et labia eius ne loquātur dolum. Declinet autem a malo ⁊ faciat bonum: inquirat pacem/et ſequat̄ eam. quia oculi dñi ſuper iuſtos: et aures eius in preces eorū. Vultus autem dñi/ ſuper facientes mala. Et quis eſt qui vobis noceat/ ſi boni emulatores fueritis? Sed et ſi quid patimini propter iuſticiā/beati. Timorē autē eorū ne timueritis: vt non cōturbemini. Dñm autem chriſtū ſanctificate: in cordibus veſtris. Gr. Protector noſter aſpice deus: et reſpice ſuper ſeruos tuos. V. Domine deus virtutum exaudi preces ſeruorū tuorū. Alla. V. In te dñe ſperaui non confundar in eternum: in tua iuſticia libera me ⁊ eripe me: inclina ad me aurem tuam: accelera vt eripias me. Scdm lucā. v.

IN illo tempore. Cum turbe irruerēt ad ieſum vt audirent verbum dei: et ipſe ſtabat ſecus ſtagnum genezareth Et vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnū: piſcatores autem deſcenderant/ et lauabant rethia. Aſcendens autem in vnam nauim que erat ſymonis: rogauit eum vt a terra reduceret puſillum. Et ſedens: docebat de nauicula turbas Ut ceſſauit autem loqui/dixit ad ſymonem. Duc in altum: et laxate retia veſtra in capturam Et reſpondens ſymon dixit illi. Preceptor per totam noctem laborantes nichil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc feciſſent: cōcluſerūt piſcium multitudinē copioſam. Rūpebatur autem rete eorum. Et annuerūt ſocijs qui erāt in alia naui: vt venirent et adiuuarent eos. Et venerunt/ et impleuerunt ambas nauiculas: ita vt mergerentur. Quod cum videret ſymō petrus procidit ad genua ieſu dicēs. Exi a me domine: quia homo peccator ſum. Stupor enim circundederat eum/ et omnes qui cum illo erant in captura piſcium quā ceperant. Similiter autem iacobum et iohannē filios zebedei qui erāt ſocij ſymonis. Et ait ad ſymonem ieſus. Noli timere: ex hoc iam homines eris capiēs. Et ſubductis ad terram nauib⁹: relictis omnibus/ſecuti ſunt eum. Offr. Benedicam dñm qui tribuit michi intellectū: prouidebā deum in conſpectu meo ſemper/ quoniā a dextris eſt michi ne cōmouear. Secre.

AScēdant queſumus dñe preces humilitatis noſtre

in conſpectu clementie tue / et de-
ſcendat ſuper hec oblata virtus
tue diuinitatis: quã noſtris quo-
qꝫ purificãdis mentibus largia-
ris. Per. Coio. Unã petii a dño
hanc requirã: vt inhabitẽ in domo
dñi oĩbus diebus vite mee Cõplen.
Myſteria nos domine que-
ſumus ſancta purificent:
et ſuo munere tueantur Per do.
¶ Feria. iiii. Ad thimotheũ. j. ij.
Chariſſime. Obſecro igitur
primum omnium fieri ob
ſecrationes / orationes / poſtula-
tiones / gratiarum actiones / pro
omnibus hoĩbus: pro regibus / ⁊
omnibus qui in ſublimitate con
ſtituti ſunt: vt quietã et tranquil
lam vitam agamus / in omni pie
tate et caſtitate. Hoc enim bonũ
eſt / et acceptum coram ſaluatore
noſtro deo: qui omnes homines
vult ſaluos fieri: ⁊ ad agnitionẽ
veritatis venire. Unus enim de-
us: vnus et mediator dei et homi
num homo chriſtus ieſus: qui de
dit redemptionẽ ſemetipſũ pro
omnibꝰ. Cuius teſtimoniũ tem-
poribus ſuis confirmatũ eſt: in
quo poſitus ſum ego predicator
et apoſtolus. Ueritatẽ dico non
mentior. Doctor gẽtiũ: in fide et
veritate. Secdm Marcum. vij.
In illo tempore. Surgens
ieſus abijt in fines tyri ⁊ ſy
donis: Et ingreſſus domum / ne-
minem voluit ſcire: et non potu-
it latere. Mulier enim ſtatim vt
audiuit de eo cuius filia habebat
ſpiritum immundũ: intrauit / et
procidit ad pedes eiꝰ. Erat enim
mulier gentilis ſyrophenicia ge-
nere: ⁊ rogabat eum vt demoniũ
eijceret de filia eius. Qui dixit il-
li. Sine priꝰ ſaturari filios. Nõ
eſt enim bonum ſumere panẽ fi-
liorum: et mittere canibus. At il
la reſpõdit / et dixit illi. Utiqꝫ dñe
Nam et catelli comedũt ſub mẽ-
ſa: de micis puerorum. Et ait illi
Propter hunc ſermonẽ vade: ex-
ijt demoniũ a filia tua Et cũ abi-
iſſet domũ: inuenit puellã iacen-
tẽ ſupra lectũ: et demoniũ exiſſe.
¶ Fer. vj. Secdm lucã. xij. ⁊ xiij.
In illo tempore Dicebat ie
ſus turbis iudeorũ. Cum
videritis nubem orientem ab oc-
caſu: ſtatim dicitis nimbus venit
et ita fit. Et cum auſtrum flantẽ:
dicitis / quia eſtus erit: et fit. Hy-
pocrite: faciẽ celi et terre noſtis
probare: hoc autem tempus quo
modo non probatis? Quid autẽ
et a vobis ipſis non iudicatis qđ
iuſtum eſt? Cum autem vadis cũ
aduerſario tuo ad principem in
via / da operam liberari ab illo:
ne forte trahat te apud iudicem:
et iudex tradat te exactori: et exa-
ctor mittat te in carcerem. Dico
tibi non exies inde donec etiã no
uiſſimũ minutum reddas. Ade-
rant autem quidam ipſo tempo-
re: nũciantes illi de galileis: quo
rum ſanguinem pylatus miſcu-
it cum ſacrificijs eorũ. Et reſpon
dens dixit illis. Putatis qꝫ hij ga
lilei pre omnibus galileis pecca-
tores fuerint: q̄a talia paſſi ſũt?
Non dico vobis: ſed niſi peniten
tiam habueritis: oĩes ſimiliter
peribitis: ſicut illi decem et octo
ſupra quos cecidit turris ĩ ſyloe:

et occidit eos. Putatis quia et ip
ſi debitores fuerint preter omnes
homines habitantes in hieruſa-
lem? Non dico vobis: ſed ſi nõ pe
nitentiam habueritis: omnes ſi
militer peribitis. ¶ Dñica ſexta
poſt Trini. Ad miſſam. Introi.
Dominꝰ fortitudo
plebis ſue et prote
ctor ſalutariũ chri
ſti ſui eſt: ſaluũ fac
populum tuũ do-
mine: et benedic
hereditati tue/et rege eos vſq; in
ſeculũ. ps. Ad te dñe clamabo: deus
meus ne ſileas a me/nequando tace-
as a me. Gloria patri. Collecta.
Deus qui diligẽtibus te bo
na inuiſibilia preparaſti:
infunde cordibꝰ noſtris tui amo
ris affectum: vt te in omnibus et
ſuper omnia diligentes: promiſ
ſiones tuas que omne deſideriũ
ſuperant: conſequamur. Per do
minum. Ad Romanos. vj.
Fratres. Quicunq; bapti-
zati ſumus in chriſto ieſu:
in morte ipſius baptizati ſumꝰ.
Conſepulti enim ſumus cum il-
lo per baptiſmum in mortem vt
quomodo ſurrexit chriſtꝰ a mor-
tuis per gloriã patris: ita et nos
in nouitate vite ambulemus. Si
enim complãtati facti ſumus ſi-
militudini mortis eius: ſimul et
reſurrectiõis erimus. Hoc ſcien-
tes: q̃a vetus homo noſter ſimul
crucifixus eſt vt deſtruat corpus
peccati: vt vltra nõ ſeruiamꝰ pec
cato. Qui enim mortuus eſt: iu-
ſtificatus eſt a peccato. Si autẽ
mortui ſumus cum chriſto: credi
mus quia ſimul etiam viuemus
cum chriſto. Scientes ꝙ chriſtus
reſurgens a mortuis: iam nõ mo
ritur/mors illi vltra non dñabi-
tur. Quod enim mortuus eſt pec
cato: mortuꝰ eſt ſemel. Quod au
tẽ viuit: viuit deo. Ita et vos eſti-
mate vos mortuos quidem eſſe
peccato/viuentes autem deo In
chriſto ieſu: domino noſtro. Gr.
Conuertere domine aliquantulũ:
et deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣.
Domĩe refugium factus es nobis: a
generatione et progenie. Alleluya
℣. Omnes gentes plaudite manibꝰ
iubilate deo in voce exultationis.
Secundum Matheum. v.
In illo tẽpore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis Amen dico
vobis: niſi abundauerit iuſticia
veſtra pluſq̃ ſcribarum et phari
ſeorum: non intrabitis in regnũ
celorum. Audiſtis quia dictũ eſt
antiquis non occides. Qui autẽ
occiderit/reus erit iudicio. Ego
autẽ dico vobis/quia omnis qui
iraſcitur fratri ſuo: reus erit iu-
dicio. Qui aũt dixerit fratri ſuo
racha: reus erit cõcilio. Qui au-
tem dixerit fatue: reus erit gehẽ-
ne ignis. Si ergo offers munus
tuum ad altare: et ibi recordatꝰ
fueris/q̃a frater tuus habet ali-
quid aduerſũ te: relinque ibi mu
nus tuũ ante altare: et vade pri-
us reconciliari fatri tuo Et tunc
veniẽs offeres munus tuũ. Offer.
Perfice greſſus meos in ſemitis tu-
is: vt non moueantur veſtigia mea:
inclina aurẽ tuã et exaudi verba mea
mirifica miſericordias tuas: qui ſal-
uos facis ſperãtes in te dñe. Secre.

PRopiciare domine ſupplicationibus noſtris: et has oblationes famuloꝛũ famularũq; tuarum benignus aſſume: vt quod ſinguli obtulerunt ad honoꝛem tui nominis/ cunctis pꝛoficiat ad ſalutem. Per do. Coio.

Circuibo et immolabo in tabernaculo eius hoſtiam iubilatiõis: cantabo et pſalmũ dicam dño. Cõplẽda.

QUos celeſti domine dona ſaciaſti: pꝛeſta q̃s: vt a noſtris mũdemur occultis: et ab hoſtium liberemur inſidijs. Per.

¶ Fe. iiij. Ad hebꝛeos. xij. et. xiij

FRatres habemus gratiã per quam ſeruiamus placentes deo: cum metu et reuerentia. Etenim deus noſter/ ignis cõſumens eſt. Caritas fraternitatis maneat in vobis: et hoſpitalitatem nolite obliuiſci. Per hãc enim quidam placuerunt angelis hoſpicio receptis. Memẽtote vinctoꝛum tanq̃ ſimul vincti/ et laboꝛantiũ tanq̃ et ipſi in coꝛpore moꝛantes. Honoꝛabile connubium in omnibus: et thoꝛus immaculat⁹. Foꝛnicatoꝛes enim et adulteros: iudicabit deus. Sint moꝛes ſine auaricia/ cõtenti pꝛeſentibus. Ipſe enim dixit. Nõ te deſeram/ neq; dereliquam: ita vt cõfidenter dicamus. Dñs michi adiutoꝛ eſt/ non timebo quid faciat mihi homo. Memẽtote pꝛepoſitoꝛum veſtroꝛũ qui vobis locuti ſunt verbũ dei quoꝛũ intuẽtes exitum conuerſationis: imitamini fidem. Jeſus chꝛiſtus heri et hodie/ ipſe eſt: in ſecula ſeculoꝛum amen. Scdm Marcũ. x.

IN illo tpe. Cum egreſſus eſſet ieſus in via: p̃currens quidam genuflexo ante illum rogabat eum dicens. Magiſter bone: quid faciam vt vitam eternã percipiam? Jeſus autem dixit ei Quid me dicis bonũ? Nemo bonus: niſi vnus deus. Pꝛecepta noſti: ne adulteres/ ne occidas/ ne fureris/ ne falſum teſtimoniũ dixeris/ ne fraudem feceris. Honoꝛa patrẽ tuũ/ et matrẽ. At ille reſpõdens ait illi. Magiſter/ hec om̃ia obſeruaui a iuuentute mea. Jeſus autẽ intuitus eum: dilexit eũ et dixit ei. Unum tibi deeſt Uade quecũq; habes vende/ et da pauperibus: et habebis theſaurum in celo: et veni/ ſequere me. ¶ Feria. vj. Secundum Marcum. v.

IN illo tẽpoꝛe. Uenit ieſus in regionẽ geraſenoꝛũ: et exeũti ei de naui: ſtatim occurrit de monumentis homo in ſpiritu immundo: qui domiciliũ habebat in monumentis. Et neq; cathenis iam quiſq̃ poterat eum ligare: quoniam ſepe cõpedibus ⁊ cathenis vinctus/ dirupiſſet cathenas: ⁊ compedes cõminuiſſet et nemo poterat eum domare. Et ſemper die ac nocte in monumentis ⁊ montibus erat clamãs et cõcidens ſe lapidibus. Uidens autem ieſum a longe cucurrit et adoꝛauit eum: ⁊ magna voce clamans dixit. Quid michi et tibi ieſu fili dei altiſſimi? Adiuro te p deum ne me toꝛqueas. Dicebat enim illi ieſus. Exi ſpiritus imũde ab homine iſto. Et interrogabat eũ. Quod tibi nomen eſt? Et

dicit ei. Legio michi nomen eſt:
quia multi ſumus. Et deprecaba
tur eum multum/ ne ſe expelleret
extra regionem. Erat autem ibi
circa montem grex porcorũ ma-
gnus paſcẽs in agris: et depreca-
bãtur eum ſpũs dicentes. Mitte
nos in porcos: vt in eos introea-
mus Et conceſſit eis ſtatim ieſus
Et exeuntes ſpiritus immũdi in-
troierunt in porcos. Et magno
impetu grex ꝑcipitat⁹ eſt in ma-
ri ad duo milia: et ſuffocati ſunt
in mari. Qui autẽ paſcebant eos
fugerunt: et nunciauerunt in ci-
uitatẽ/ et in agros. Et egreſſi ſũt
videre quid eſſet factum. Et vene
runt ad ieſum. Et vident illum
qui a demonio vexabatur ſeden-
tem veſtitum et ſane mentis: et ti
muerũt. Et narrauerũt illis qui
viderant qualiter factum eſſet ei
qui demoniũ habuerat: et de por
cis. Et rogare ceperunt eum/ vt
diſcederet de finibus eorum. Cũ-
qꝫ aſcenderet nauim: cepit illum
deprecari qui a demonio vexat⁹
fuerat: vt eſſet cum illo Et nõ ad-
miſit eum: ſed ait illi. Uade in do
mum tuam ad tuos/ ⁊ annuncia
illis quãta tibi dñs fecerit: et mi-
ſertus ſit tui. Et abijt/ ⁊ cepit pre
dicare in decapoli/ quanta ſibi fe
ciſſet ieſus: et omnes mirabãtur

¶ Dñica. vij. poſt Trinitatem.
Ad miſſam. Introitus.

Omnes gentes plaudi
te manibus/ iubilate
deo in voce exultatio
nis Ps. Subiecit popu
los nobis: ⁊ gentes ſub
pedibus noſtris. Gloria pa. Colla.

Deus virtutũ cuius eſt to-
tum quod eſt optimũ: in-
ſere pectoribus noſtris amorem
tui nominis: et preſta in nobis re
ligionis augmentũ: vt que ſunt
bona nutrias: ac pietatis ſtudio/
que ſunt nutrita cuſtodias. Per
dominũ. Ad Romanos. vj.

Fratres. Humanum dico:
propter ĩfirmitatẽ carnis
veſtre. Sicut eni exhibuiſtis mẽ-
bra veſtra ſeruire immundicie et
iniquitati ad iniquitatẽ: ita nũc
exhibete membra veſtra ſeruire
iuſticie in ſanctificationẽ. Cum
enim ſerui eſſetis peccati: liberi
fuiſtis iuſticie. Quẽ ergo fructũ
habuiſtis tũc/ in quibus nũc eru-
beſcitis? Nam finis illorũ mors
eſt. Nunc vero liberati a peccato
ſerui autẽ facti deo: habetis fru-
ctum veſtrum in ſanctificationẽ
finem vero vitam eternam. Sti-
pendia enim peccati mors: gra-
tia autẽ dei/ vita eterna. In chri-
ſto ieſu: domĩo noſtro. Gr. Ue-
nite filij audite me/ timorẽ dñi doce-
bo vos V. Accedite ad eum et illumi
namini: et facies veſtre non confun-
dẽtur. Alla. V. Eripe me de inimi-
cis meis de⁹ me⁹: et ab inſurgẽtib⁹ in
me libera me. Scdm marcũ. viij.

In illo tempore. Cum tur-
ba mlta eſſet cum ieſu: nec
haberent quod manducarẽt con
uocatis diſcipulis/ ait illis. Mi-
ſereor ſuper turbã quia ecce iam
triduo ſuſtinent me: nec habent
quod manducent Et ſi dimiſero
eos ieiunos in domũ ſuam: defi-
cient in via. Quidã autem ex eis
de longe venerunt. Et reſponde-

rũt ei diſcipuli ſui Unde iſtos po
terit quis ſaturare panibus in ſo
litudine? Et interrogauit eos.
Quot panes habetis? Qui dixe-
runt. Septem. Et precepit turbe
diſcumbere ſuper terram. Et ac-
cipiẽs ſeptẽ panes/ gratias agẽs
fregit: et dabat diſcipulis ſuis vt
apponerent: et appoſuerunt tur
be. Et habebant piſciculos pau-
cos: et ipſos benedixit/ ⁊ iuſſit ap
poni. Et manducauerũt: et ſatu
rati ſunt. Et ſuſtulerũt quod ſu-
perauerat de fragmẽtis: ſeptem
ſportas. Erant autem qui man-
ducauerant quaſi quatuor milia
et dimiſit eos. Offr. Sicut in ho
locauſtum arietum ⁊ taurorum: et ſi
cut in milibus agnorum pinguiũ ſic
fiat ſacrificiũ noſtrũ in conſpectu tuo
hodie vt placeat tibi quia nõ eſt cõfu
ſio confidentibus in te dñe. Secre.
PRopiciare domine ſuppli
cationibus noſtris: et has
populi tui oblationes benignus
aſſume: et vt nullius ſit irritum
votum: nulliꝰ vacua poſtulatio:
preſta/ vt quod fideliter petimus
efficaciter conſequamur. Per do
minũ. Coio. Inclina aurẽ tuam:
accelera vt eruas nos. Cõplenda.
REpleti dñe muneribus tu-
is tribue queſumus: vt eo-
rum et mũdemur effectu: et mu-
niamur auxilio. Per dñm nr̃m.
¶ Feria. iiij. Ad romanos. viij.
FRatres. Nichil dãnatio-
nis eſt his qui ſunt in chri
ſto ieſu: qui nõ ſcḋm carnem am-
bulãt. Lex enim ſpiritus vite in
chriſto ieſu: liberauit me a lege
peccati/ ⁊ mortis. Nam quod im
poſſibile erat legi in qua īfirma-
batur per carnem: deus filiũ ſu-
um mittens in ſimilitudinẽ car-
nis peccati/ ⁊ de peccato dãnauit
peccatum in carne vt iuſtificatio
legis impleret̃ in nobis: qui non
ſcḋm carnem ambulamꝰ: ſed ſe-
cundũ ſpiritum. Qui enim ſecũ-
dum carnẽ ſunt: que carnis ſunt
ſapiunt. Qui vero ſcḋm ſpiritũ
ſunt: que ſunt ſpiritus ſentiunt:
Nam prudentia carnis mors eſt
prudentia autem ſpiritus vita ⁊
pax. In chriſto ieſu: dño noſtro.
Secundum Matheum. xvj.
IN illo tẽpore. Acceſſerunt
ad ieſum phariſei et ſadu-
cei tẽptantes: et rogauerũt eum
vt ſignum de celo oſtenderet eis.
At ille reſpondens/ ait illis. Fa-
cto veſpere dicitis: ſerenum erit/
rubicũdũ eſt enim celum. Et ma
ne hodie tempeſtas/ rutilat enim
triſte celum. Faciem ergo celi di-
iudicare noſtis:: ſigna autẽ tem-
porum non poteſtis. Generatio
mala et adultera ſignum querit
et ſignum non dabitur ei: niſi ſi-
gnum ione prophete. Et relictis
illis abijt. Et cum veniſſent diſci
puli eius trans fretũ: obliti ſunt
panes accipere. Qui dixit illis.
Intuemini et cauete a fermento
phariſeorum et ſaduceorũ. At il-
li cogitabant inter ſe dicentes.
Quia panes non accepimꝰ. Sci-
ens autẽ ieſus/ dixit. Quid cogi-
tatis inter vos modice fidei: quia
panes non habetis? Nõdum in-
telligitis neqꝫ recordamini quin
qꝫ panum/ et quinqꝫ milia homi-
num: ⁊ quot cophinos ſũpſiſtis?

Neqꝫ ſeptem panum et quatuor
milia hominum: et quot ſportas
ſumpſiſtis? Quare non intelligi
ſtis: quia non de pane dixi vobis
cauete a fermento phariſeorum
et ſaduceorum. Tunc intellexe=
runt quia non dixerat cauendũ a
fermento panum: ſed a doctrina
phariſeorum et ſaduceorũ. ¶ Fe
ria. vj. Secundum Matheũ. xvj.

IN illo tẽpore. Abijt ieſus
ſabbato per ſata: diſcipu=
li autem eius eſurientes ceperũt
vellere ſpicas et mãducare. Pha
riſei autem videntes/ dixerunt ei
Ecce diſcipuli tui faciunt: quod
non licet eis facere ſabbatis. At
ille dixit eis. Non legiſtis quid fe
cerit dauid quando eſurijt/ et qui
cum eo erãt: quomodo intrauit
in domũ dei: et panes propoſitio
nis comedit quos non licebat ei
edere: neqꝫ his qui cum eo erant:
niſi ſolis ſacerdotibus? Aut non
legiſtis in lege quia ſabbatis ſa=
cerdotes in templo ſabbatũ vio=
lant et ſine crimine ſũt. Dico au
tem vobis: quia tẽplo maior eſt
hic. Si autẽ ſciretis quid eſt miſe
ricordiã volo et non ſacrificium
nunꝙ condemnaſſetis innocen=
tes. ¶ Dñica. viij. poſt Trinita=
tem. Ad miſſam Introitus.

SUſcepimus deus
miſericordiã tuã
in medio tẽpli tui
ſecundũ nomẽ tu=
um deꝰ ita et laus
tua in fines terre
iuſticia plena eſt dextera tua. Ps.
Magnus dominus et laudabilis ni
mis: in ciuitate dei noſtri/ in mõte ſã=
cto eius. Gloria patri et filio. Colla

DEus cuius prouidẽtia in
ſui diſpoſitione non falli
tur te ſupplices exoramus: vt no
xia cuncta ſubmoueas: et omnia
nobis profutura concedas. Per
dominũ. Ad romanos. viij.

FRatres. Debitores ſumꝰ
non carni: vt ſecũdũ car=
nem viuamus Si enim ſecundũ
carnem vixeritis/ moriemini Si
autem ſpiritu facta carnis mor=
tificaueritis/ viuetis. Quicunqꝫ
enim ſpiritu dei agũtur: hij filij
ſunt dei. Non enim accepiſtis ſpi
ritum ſeruitutis iterum in timo
re: ſed accepiſtis ſpiritũ adoptio
nis filiorum in quo clamamus:
abba pater. Ipſe enim ſpiritꝰ te=
ſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro:
ꝙ ſumus filij dei. Si autem filij:
et heredes. Heredes quidẽ dei: co=
heredes autem chriſti. Gr. Eſto
michi in deum protectorem / et in lo=
cum refugij: vt ſaluũ me facias. ℣.
Deus in te ſperaui dñe non confun=
dar in eternum. Alla. ℣. Te decet
hymnus deus in ſyon: et tibi redde=
tur votum in hieruſalem. ℣. Reple=
bimur in bonis domus tue ſanctum
eſt templum tuum mirabile in equi=
tate. Secundum Matheum. vij.

IN illo tẽpore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Attendite
a falſis prophetis: qui veniũt ad
vos in veſtimẽtis ouium: intrin
ſecus autẽ ſunt lupi rapaces. A
fructibus eorũ cognoſcetis eos.
Nũquid colligũt de ſpinis vuas
aut de tribulis ficus? Sic omnis
arbor bona/ fructus bonos facit
Mala autem arbor / fructus ma

los facit Non poteſt arbor bona fructus malos facere: neqꝫ arbor mala/ fructus bonos facere Omnis arbor que nõ facit fructũ bonum: excidetur/ et in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorũ cognoſcetis eos. Non oĩs q̃ dicit michi dñe dñe/ intrabit in regnũ celorũ: ſed qui facit volũtatẽ patris mei qui in celis eſt: ipſe intrabit in regnũ celorum. Offr. Populum humilem ſaluum facies dñe/ et oculos ſuperborũ humiliabis: qm̃ quis deus preter te dñe. Secreta.

Deus qui legaliũ differentias hoſtiarũ vnius ſacrificij perfectiõe ſanxiſti: accipe ſacrificiũ a deuotis tibi famulis: ⁊ pari bñdictiõe ſicut mũera abel ſanctifica: vt qđ ſinguli obtulerũt ad maieſtatis tue honorẽ: cũctis pficiat ad ſalutẽ. Per. Coṁ. Guſtate ⁊ videte qm̃ ſuauis eſt dñs beatus vir qui ſperat in eo Cõplen.

Tua nos dñe medicinalis operatio/ et a noſtris peruerſitatib⁹ clemẽter expediat: et ad ea que ſũt recta/ pducat. Per.

¶ Feria. iiij. Ad romanos. v.

Fratres. Scimus quoniã cũ adhuc peccatores eſſemus ſcđm tempus: chriſtus pro nobis mortu⁹ eſt. Multo igitur magis: nũc iuſtificati in ſãguine ipſius: ſalui erimus ab ira per ipſum Si enim cũ inimici eſſemus recõciliati ſumus deo per mortẽ filij eius: mľto magis recõciliati ſalui erimus in vita ipſius. Non ſolum autẽ: ſed et gloriamur in deo. Per ieſum chriſtũ: dñm noſtrum. Secũdum Marcum. ix.

In illo tpe. Dixit iohannes ad ieſũ. Magiſter vidim⁹ quendã in noĩe tuo eijcientem demonia qui non ſequitur nos: et prohibuimus eum Jeſus autem ait. Nolite phibere eum. Nemo eſt enim qui faciat virtutẽ in nomine meo: et poſſit cito male loqui de me. Qui enĩ non eſt aduerſum vos: pro vobis eſt Quiſquis enim potum dederit vobis calicẽ aque frigide in noĩe meo / q̃a chriſti eſtis: amen dico vobis/ nõ perdet mercedẽ ſuã. Et quiſquis ſcãdalizauerit vnum ex his puſillis credentibus in me: bonum eſt ei magis ſi circũdaretur mola aſinaria collo eius: ⁊ in mare mitteretur. Et ſi ſcãdalizauerit te manus tua: abſcide illam. Bonum eſt tibi debilem introire in vitam q̃ duas manus habentẽ ire in gehennã/ in ignem inextinguibilẽ: vbi vermis eorũ non moritur: et ignis non extinguitur. Et ſi pes tuus ſcãdalizat te: amputa illũ Bonum eſt tibi claudum introire in vitã eternam: q̃ duos pedes habentẽ mitti in gehennã ignis inextinguibilis: vbi vermis eorũ non moritur: et ignis nõ extinguitur. Quod ſi oculus tuus ſcãdalizat te: eijce eum. Bonũ eſt tibi luſcũ introire in regnũ dei: q̃ duos oculos habentẽ mitti in gehẽnã ignis: vbi vermis eorũ nõ moritur: et ignis non extinguitur.

¶ Fer. vj. Scđm matheũ. xxiij.

In illo tẽpore. Dixit ieſus ſcribis et phariſeis. Ve vobis ſcribe et phariſei hypocrite: qui clauditis regnũ celorũ ante

homines. Vos enim nō intratis nec introeuntes intrare ſinitis. Ve vobis ſcribe et phariſei hypocrite: q̄ comeditis domos viduarum orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis iudicium. Ve vobis ſcribe et phariſei hypocrite: qui circuitis mare et aridam: vt faciatis vnū proſelitum. Et cum fuerit factus: facitis eum filium gehenne duplo / ꝙ vos. Ve vobis duces ceci: qui dicitis quicunqꝫ iurauerit per templum nichil eſt. Qui autem iurauerit in auro templi debitor eſt. Stulti et ceci: quid enim maius eſt aurum / an templū quod ſanctificat aurum? Et quicūqꝫ iurauerit in altari: nichil eſt. Qui autē iurauerit in dono quod eſt ſuper illud / debet. Ceci: quid enim maius eſt / donū: an altare quod ſanctificat donum? Qui ergo iurat in altari: iurat in eo et in omnibus que ſunt ſup illud. Et quicunqꝫ iurauerit in templo: iurat in illo / et in eo qui habitat ī ipſo. Et qui iurat in celo: iurat in throno dei ⁊ in eo qui ſedet ſuper eum. Ve vobis ſcribe et phariſei hypocrite: qui decimatis mentā et anetum et ciminū: et reliquiſtis que grauiora ſunt legis: iudicium et miſericordiā et fidem. Hec oportuit facere: et illa non omittere.

¶ Dn̄ica. ix. poſt trin. Introit⁹

Ecce de⁹ adiuuat me: et domin⁹ ſuſceptor eſt anime mee: auerte mala inimicis meis in veritate tua diſperde illos protector meus domine. Ps. Deus in nomine tuo ſaluum me fac: et in virtute tua iudica me. Cor.

Largire nobis queſumus domine ſemper ſpiritum cogitandi que recta ſunt propicius et agēdi: vt qui ſine te eſſe nō poſſumus ſecūdum te viuere valeamus. Per dominum noſtrum ieſum chriſtū filium tuū. Qui te.

Ad Corinthios. j. ix.

Fratres. Non ſimus concupiſcentes malorum: ſicut et ille cōcupierunt. Neqꝫ idolatre efficiamini / ſicut quidā ex ipſis: queadmodū ſcriptum eſt. Sedit populus manducare et bibere: et ſurrexerunt ludere. Neqꝫ fornicemur ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt: et ceciderunt vna die viginti tria milia. Neqꝫ temptemus chriſtum / ſicut quidā eorum temptauerūt: et a ſerpētib⁹ perierunt. Neqꝫ murmurauerítis ſicut quidam eorum murmurauerūt: et perierunt ab exterminatore. Hec autē omnia: in figura cōtingebāt illis. Scripta ſūt autem ad correptionē noſtram: in quos fines ſeculorum deuenerunt. Itaqꝫ qui ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat. Temptatio vos non apprehendat: niſi humana. Fidelis autē deus eſt: qui non patietur vos tēptari ſuper id quod poteſtis: ſed faciet cum tēptatione prouētum: vt poſſitis ſuſtinere. Gr. Domine dominus noſter: ꝙ admirabile eſt nomē tuum in vniuerſa terra. V. Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper celos. Alla. V. Attēdite popule meus legem meam. Secūdū Lucam. xvj

# Dñica.ix.poſt Trinitatem.

In illo tēpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam erat diues/ qui habebat villicum: et hic diffamatus eſt apud illum/ quaſi diſſipaſſet bona ipſius. Et vocauit illum/ ⁊ ait illi Quid hoc audio de te? Redde rationem villicatiōis tue: iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra ſe Quid faciam: quia dñs meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo: mendicare erubeſco. Scio quid faciam: vt cum amotus fuero a villicatiōe: recipiant me in domos ſuas. Conuocatis itaqꝫ ſingulis debitoribus domini ſui: dicebat primo. Quantum debes domino meo. At ille dixit. Centum cados olei. Dixitqꝫ illi. Accipe cautionē tuam: et ſede cito/ ſcribe quinquaginta. Deinde alio dixit Tu vero quantum debes? Qui ait illi Centum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas: et ſcribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis/ quia prudenter feciſſet: quia filij huius ſeculi prudentiores filijs lucis in generatiōe ſua ſunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de māmona iniquitatis vt cum defeceritis/ recipiant vos in eterna tabernacl'a. Offr. Iuſticie domini recte letificantes corda: et dulciora ſuper mel et fauum: nam et ſeruus tuus cuſtodit ea. Secreta

Suſcipe munera queſumꝰ domine que tibi de tua largitate deferimus: vt hec ſacroſācta myſteria gratie tue operante virtute: et preſentis vite nos conuerſatione ſanctificēt: et ad gaudia ſempiterna perducant. Per. Coio. Primum querite regnū dei: et omnia adiicientur vobis dicit dominus. Complenda.

Sit nobis domine reparatio mentis et corporis celeſte myſteriū: vt cuius exequimur actionē: ſentiamus effectū. Per dominū noſtrum ieſum chriſtū filium tuum. Qui tecum viuit.

¶ Feria.iiij. Ad Romanos. vj.

Fratres. Neſcitis quoniā cui exhibetis vos ſeruos ad obediendū: ſerui eſtis eius cui obediſtis ſiue peccati ad mortem ſiue obeditionis ad iuſticiā? Gratias autem deo quod fuiſtis ſerui peccati: obediſtis autem ex corde in eam formā doctrine: in qua traditi eſtis. Liberati autē a peccato: facti eſtis ſerui iuſticie. In chriſto ieſu: domino noſtro.

Secundum Lucam. xvj.

In illo tēpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis Qui fidelis eſt in minimo: et in maiore fidelis eſt. Et qui in modico iniquus eſt: et in maiori iniquus eſt. Si ergo in iniquo māmona fideles nō fuiſtis: quod verum eſt quis credet vobis? Et ſi in alieno fideles non fuiſtis: quod veſtrū eſt quis dabit vobis? Nemo ſeruꝰ poteſt duobus dñis ſeruire. Aut enim vnū odiet/ ⁊ alterum diliget: aut vni adherebit/ et alterū contēnet Non poteſtis deo ſeruire/ et māmone. Audiebant autem hec omnia phariſei qui erāt auari: ⁊ deridebant illum. Et ait illis. Vos eſtis qui iuſtificatis vos corā ho-

minibus: deus autẽ nouit corda
veſtra. Quia quod hoībus altũ
eſt: abhominatio eſt ante deum

¶ Feria. vj. Secundũ lucã. xj.

IN illo tẽpore. Rogauit ie
ſum quidã phariſeus: vt
prãderet apud ſe. Et igreſſus re
cubuit. Phariſeus autẽ cepit in
tra ſe reputãs dicere: quare nõ
baptizatus eſſet ante prandiũ.
Et ait dñs ad illũ. Nũc vos pha
riſei qđ de foris eſt calicis et ca=
thini mũdatis: qđ autẽ intus eſt
veſtrũ: plenũ eſt rapina et iniq=
tate. Stulte: nonne q̄ fecit qđ de
foris eſt. etiã id qđ deintus eſt fe
cit. Verũtamẽ qđ ſupereſt: date
elemoſynam: et ecce omnia mũ
da ſũt vobis. Sed ve vobis pha
riſeis/ qui decimatis mẽtã/ et ru
tam/ et omne olus: et p̄teritis iu
diciũ ⁊ charitatẽ dei. Hec autem
oportuit facere: et illa non omit
tere. Ve vobis phariſei: qui dili
gitis primas cathedras in ſyna=
gogis: et ſalutatiões in foro. Ve
vobis quia eſtis vt monumẽta
que nõ parent: et hoies ambulã
tes ſupra neſciũt. Reſpõdẽs au=
tem quidã ex legiſperitis ait illi
Magiſter hec dicens etiam cõtu
meliã nobis facis. At ille ait. Et
vobis legiſperitis ve: quia one=
ratis hoies oneribus que porta=
re nõ poſſunt: et ipſi vno digito
veſtro: non tangitis ſarcinas.

¶ Dñica. x. poſt trini. Introit⁹.

CUm clamarẽ ad do=
minũ exaudiuit vo=
cem meã ab his qui
appropinquant mi=
chi / et hũiliauit eos



qui eſt ante ſecula / et manet in
eternum: iacta cogitatũ tuum
in dño / et ipſe te enutriet. p̄s. Ex
audi deus orationem meam et ne de
ſpexeris deprecationẽ meam: inten=
de michi et exaudi me. Gloria patri
et filio et ſpiritui ſancto. Collecta.

PAteant aures mĩe tue do
mine precibus ſupplican
tiũ: et vt petentibus deſiderata
cõcedas: fac eos que tibi placita
ſunt poſtulare Per dñm noſtrũ

Ad corinthios. prime. xij.

FRatres. Scitis quoni=
am cum gẽtes eſſetis: ad
ſimulachra muta prout duce=
bamini euntes. Ideo notum vo
bis facio: ꝙ nemo in ſpiritu dei
loquens / dicit anathema ieſu.
Et nemo poteſt dicere dominus
ieſus. niſi in ſpiritu ſancto. Di=
uiſiones vero gratiarum ſunt:
idem autem ſpiritus. Et diuiſio
nes miniſtrationum ſunt: idem
autem dñs. Et diuiſiones ope=
rationum ſunt: idem vero deus
qui operat᷑ omnia in omnibus.
Vnicuiqȝ autem datur manife=
ſtatio ſpiritus: ad vtilitatẽ. Alij
quidem per ſpiritum datur ſer=
mo ſapiẽtie: alij autẽ ſermo ſciẽ=
tie ſecundũ eundẽ ſpiritũ. Alte=
ri fides: in eodem ſpiritu. Alia
gratia ſanitatũ: in vno ſpiritu.
Alia operatio virtutũ: alij pro=
phetia: alij diſcretio ſpirituum.
Alij genera linguarũ: alij inter
pretatio ſermonũ. Hec antẽ om=
nia operatur vnus atqȝ idẽ ſpiri
tus. Diuidẽs ſingulis: p̄ut vult

Gr. Cuſtodi me dñe vt pupillã ocli
ſub vmbra alarũ tuarũ ꝑtege me. V

De vultu tuo iudicium meum pro-
deat oculi tui videant equitatē. Al
leluya. v. Exultate deo adiutori no
ſtro: iubilate deo iacob / ſumite pſal-
mum iocundum cum cythara.

Secundū Lucam. xix.

In illo tpe Cum appropin
quaret ieſus hieruſalē: vi
dens ciuitatē / fleuit ſuper illā di-
cens. Quia ſi cognouiſſes et tu.
Et quidē in hac die tua / que ad
pacē tibi: nūc autē abſcōdita ſūt
ab oculis tuis. Quia veniēt dies
in te: ⁊ circūdabūt te inimici tui
vallo / et circūdabūt te / et coangu-
ſtabūt te vndiq;: et ad terrā pro-
ſternēt te / et filios tuos qui in te
ſūt. Et nō relinquēt in te lapidē
ſuper lapidē: eo ꝙ non cognoue-
ris tēpus viſitationis tue. Et in-
greſſus in tēplū cepit eijcere ven
dentes ⁊ emētes dicēs illis. Scri
ptū eſt: quia domus mea domus
orationis eſt. Vos autem feciſtis
illam / ſpeluncā latronū. Et erat
docēs: quotidie in templo. Offer.
Ad te dñe leuaui animā meam: de-
us meus in te confido non erubeſcā:
neq; irrideāt me inimici mei: etenim
vniuerſi qui te expectant non con-
fundentur. Secreta.

Concede nobis hec queſu-
mus dñe digne frequenta
re myſteria: quia quotiēs huius
hoſtie cōmemoratio celebratur:
opus noſtre redēptionis exercet.
Per. Cōio. Acceptabis ſacrificium
iuſticie oblatiōes ⁊ holocauſta ſuper
altare tuum domine. Complenda

Tui nobis domine com-
munio ſacramenti: et pu
rificationem conferat: et tribu-
at vnitatem. Per dominum no
ſtrum ieſum chriſtū filiū tuum.

¶ Feria.iiij. Ad corinthios. xv.

Fratres. Non omnis ca-
ro eadē caro: ſed alia qui-
dem hominum: alia pecorum /
alia volucrum / alia autem pi-
ſcium. Et corpora celeſtia / et cor-
pora terreſtria. Sed alia quidē
celeſtium gloria: alia autem ter-
reſtrium. Alia claritas ſolis:
alia claritas lune: et alia clari-
tas ſtellarum. Stella enim dif
fert a ſtella in claritate: ſic et re-
ſurrectio mortuorum. Semi-
natur in corruptione: ſurget in
incorruptione. Seminatur in
ignobilitate: ſurget in gloria.
Seminatur in infirmitate: ſur-
get in virtute. Seminatur au-
tem corpus animale: ſurget cor-
pus ſpiritale. Si eſt corpus ani-
male: eſt et ſpiritale / ſicut ſcri-
ptum eſt. Factus eſt primus ho-
mo adam in animam viuentem
nouiſſimus adam / in ſpiritum
viuificantem. Sed non prius
quod ſpiritale eſt: ſed quod ani-
male: deinde quod ſpiritale. In
chriſto ieſu: domino noſtro.

Secundū Lucam. xxi.

In illo tempore: Dixit ie-
ſus diſcipulis ſuis. Cum
videritis circundari ab exerci-
tu hieruſalem: tunc ſcitote quia
appropinquabit deſolatio eius.
Tunc qui in iudea ſunt fugient
ad montes: et qui in medio eius
diſcedant. Et qui in regionibus
non intrent in eam: quia dies
vltionis ſunt hij: vt impleantur
omnia que ſcripta ſunt. Ve aūt

pregnātibus et nutrientibus in illis diebus. Erit enim preſſura magna ſuper terram: et ira populo huic. Et cadent in ore gladij/et captiui ducētur in omnes gentes. Et hieruſalem calcabit a gētibus: donec impleantur tēpora nationum. Et erunt ſigna in ſole et luna et ſtellis: et in terris preſſura gentium pre confuſione ſonitus maris ⁊ fluctuum areſcentibus hominibus pre timore et expectatione: que ſuperuenient vniuerſo orbi.

¶Feria.vj. Secundū lucā.xxj.

In illo tēpore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Attendite vobis: ne forte grauentur corda veſtra in crapula/et ebrietate et curis huius vite: et ſuperueniat in vos illa dies repētina. Tanꝙ laqueus enim ſuperueniet: in omnes qui ſedent ſuper faciem omnis terre Uigilate itaqꝫ orantes omni tempore: vt digni habeamini fugere iſta omnia que ventura ſunt: et ſtare ante filiū hominis.

¶Dñica.xj.poſt trini. Introit⁹

Deus in loco ſctō ſuo deus qui inhabitare facit vnanimes ī domo: ipſe dabit virtutem et fortitudinem plebis ſue. Ps. Exurgat deus et diſſipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Gloria patri et filio ⁊ ſpiritui ſancto Collecta

Deus qui oīpotentiam tuam parcendo maxime et miſerādo manifeſtas: multiplica ſuper nos gratiam tuam: vt ad tua promiſſa currentes: celeſtium bonorum facias eſſe conſortes. Per. Ad corinthios.j.xv.

Fratres. Notum vobis facio euangeliū quod predicaui vobis: quod et accepiſtis in quo et ſtatis: per quod et ſaluamini. Qua ratiōe predicauerim vobis ſi tenetis: niſi fruſtra crediddiſtis. Tradidi enim vobis in primis/quod et accepi: quoniā chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundū ſcripturas: et quia ſepultus eſt/⁊ quia reſurrexit tercia die ſecundū ſcripturas: et qa viſus eſt cephe: et poſt hec vndecim. Deinde viſus eſt plusꝙ quingentis fratribus ſimul: ex quibus multi manent vſqꝫ adhuc quidam autem dormierunt. Deinde viſus eſt iacobo deinde apoſtolis omnibus. Nouiſſime autem oīm: tanꝙ abortiuo viſus eſt ⁊ michi. Ego enim ſum minimus apoſtolorū: qui non ſum dignus vocari apoſtolus: quoniā perſecutus ſum eccleſiā dei. Gratia aūt dei ſum: id quod ſum. Et gratia eius in me vacua non fuit. Gr. In deo ſperauit cor meum et adiutus ſum: et refloruit caro mea/et ex voluntate mea confitebor illi. ℣. Ad te dñe clamaui deus meus ne ſileas/ne diſcedas a me. Alleluya. ℣. Domine deus ſalutis mee: in die clamaui et nocte coram te.

Secundū Lucam. xviij.

In illo tēpore: Dixit ieſus ad quoſdā qui in ſe cōfidebāt tanꝙ iuſti: et aſpernabātur ceteros: parabolā iſtā. Duo ho=

mines aſcendebant in templum
vt orarent. Unus phariſeus: et
alter publican⁹. Phariſeus ſtās
hec apud ſe orabat. De⁹ gratias
ago tibi: quia non ſum ſicut cete
ri hominū: raptores/iniuſti adul=
teri velut etiam hic publicanus.
Ieiuno bis in ſabbato: decimas
do oīm que poſſideo. Et publica
nus a lōge ſtās: nolebat nec ocu=
los ad celum leuare: ſed percu=
tiebat pectus ſuum dicens. De=
us propicius eſto michi peccato=
ri. Amen dico vobis: deſcendit
hic iuſtificatus in domū ſuā ab
illo. Quia omnis qui ſe exaltat
humiliabitur: et qui ſe humiliat
exaltabit. Offr. Exaltabo te dñe
quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti
inimicos meos ſuper me dñe clama=
ui ad te: et ſanaſti me. Secreta.

Tibi dñe ſacrificia dicata
reddant que ſic ad hono
rem noīs tui deferenda tribuiſti
vt eadē fieri remedia noſtra pre
ſtares. Per. Cōio. Honora domi=
num de tua ſubſtātia/et de primitiis
frugum tuarum. vt impleantur hor
rea tua ſaturitate: et vino torcularia
redundabunt. Complenda.

Queſum⁹ dñe deus noſter:
vt quos diuinis repara=
re non deſinis ſacramētis: tuis
nō deſtituas benignus auxiliis.
Per dominū noſtrum ieſum.

¶ Feria.iiij. Ad corinthios.j.vj

Fratres. Neſcitis quoniā
corpora veſtra mēbra ſūt
chriſti? Tollēs ergo mēbra chri=
ſti: faciam membra meretricis?
Abſit. An neſcitis quoniam qui
adheret meretrici: vnū corpus
efficitur? Erūt enim duo inquit
in carne vna. Qui autem adhe=
ret dño: vnus ſpiritus eſt. Fugi=
te fornicationem. Omne enim
peccatum quodcunqȝ fecerit ho=
mo: extra corpus eſt Qui autem
fornicatur: in corpus ſuum pec=
cat. An neſcitis quoniam mem
bra veſtra templum ſunt ſpiri=
tus ſancti qui in vobis eſt: quem
habetis a deo: et non eſtis veſtri
Empti enim eſtis precio magno
Glorificate et portate deum: in
corpore veſtro.

Secundū marcum. viij.

In illo tempore. Exierunt
phariſei: et ceperunt con=
quirere cum ieſu/querentes ab
eo ſignum de celo temptantes
eum. Et ingemiſcens ſpiritu ait
Quid generatio iſta ſignū que=
rit? Amen dico vobis: ſi dabitur
generationi iſti ſignum. Et di=
mittens eos aſcendit iterum na
uim: et abiit trans fretum. Et
obliti ſunt panem ſumere: et ni=
ſi vnum panem non habebant
ſecū in naui. Et precipiebat eis
dicens. Uidete et cauete a fermē
to herodis et phariſeorum. Et
cogitabant ad alterutrum dicē
tes: quia panes non habemus.
Quo cognito: ait illis ieſ⁹ Quid
cogitatis/quia panes non ha=
betis? Nondum cognoſcitis nec
intelligitis? Adhuc cecatum ha
bebis cor veſtrum. Oculos ha=
bentes non videtis/et aures ha=
bentes non auditis. Nec recor=
damini quādo quinqȝ panes fre
gi in quinqȝ milia: et quot co=
phinos fragmentorum plenos

ſuſtuliſtis? Dicunt ei. Duode=
cim Quãdo ⁊ ſeptẽ panes ĩ quat
tuoꝛ milia: quot ſpoꝛtas frag=
mentoꝛũ tuliſtis? Et dicũt ei Se
ptem. Et dicebat eis. Quomodo
nõdũ ĩtelligitis? Et veniũt beth=
ſayda. Et adducunt ei cecũ: et ro
gabant eũ vt illũ tãgeret. Et ap
pꝛehenſa manu ceci: eduxit eum
extra vicũ. Et expuẽs in oculos
eius/impoſitis manib⁹ ſuis: in=
terrogauit eum ſi qđ videret. Et
aſpiciẽs ait. Video homines ve=
lut arboꝛes ambulantes. Dein=
de iterum impoſuit manus ſup
ocl'os eius: ⁊ cepit videre/ et reſti
tutus eſt: ita vt clare videret oĩa
Et miſit illum: in domũ ſuam.

¶ Feria. vj. Secundũ Lucã. xij

In illo tpe: Dixit ieſus di=
ſcipulis ſuis. Si cui mul=
tũ datũ eſt: multũ queret ab eo/
et cui cõmendauerunt multum:
plus petẽt ab eo. Ignẽ veni mit=
tere in terrã: et quid volo niſi vt
accendatur? Baptiſma autẽ ha
beo baptizari: et quomodo coar
toꝛ vſq; dũ perficiat? Putatis qꝛ
pacem veni mittere in terram?
Nõ dico vobis: ſed ſeparationẽ.
Erũt enĩ ex hoc quinq; in domo
vna diuiſi/tres in duo: et duo in
tres diuidẽtur. Pater in filiũ: et
fili⁹ in patrẽ ſuũ. Mater in filiã
et filia in matrẽ. Socrus in nu=
rum ſuã: et nurus in ſocrũ ſuã.

¶ Dñica. xij. poſt tri. Introitus

Deus ĩ adiutoꝛiũ me=
um intẽde dñe ad ad=
iuuandũ me feſtina:
confundantur et re=
uereant inimici mei
qui querũt animã meã. Ps. Auer
tantur retroꝛſum et erubeſcant: qui
volunt michi mala. Collecta.

Omnipotẽs ſempiterne de=
us: qui abundantia pieta
tis tue et merita ſupplicum exce
dis ⁊ vota effunde ſuper nos mi
ſericoꝛdiã tuã: vt dimittas que
cõſcientia metuit/et adijcias qđ
oꝛatio non pꝛeſumit. Per.

Ad coꝛinthios. ij. iij.

Fratres. Fiduciã talem
habemus per chꝛiſtũ ad
deum: non qꝛ ſufficientes ſimus
cogitare aliquid a nobis quaſi
ex nobis: ſed ſufficientia noſtra
ex deo eſt. Qui et idoneos nos fe
cit miniſtros noui teſtamẽti: nõ
littera/ſed ſpiritu. Littera enim
occidit: ſpiritus autem viuificat
Quod ſi miniſtratio moꝛtis lit=
teris defoꝛmata in lapidibus fu
it in gloꝛia/ita vt non poſſent in
tendere filij iſrael ĩ faciem moy=
ſi: pꝛopter gloꝛiam vultus eius
que euacuat: quomodo non ma
gis miniſtratio ſpiritus erit in
gloꝛia? Nam ſi miniſtratio dã=
nationis in gl'ia eſt: multo magis
abundat miniſterium iuſticie in
gloꝛia. Gr. Benedicã dñm in om=
ni tempoꝛe: ſemper laus eius in oꝛe
meo. V. In dño laudabitur anima
mea: audiant manſueti et letentur.
Alleluya. V. Dñe refugiũ factus
es nobis: a generatione et pꝛogenie.

Secundũ Marcu. vij.

In illo tpe. Exiẽs ieſus de
finib⁹ tyꝛi: venit per ſydo=
nẽ ad mare galilee/iter medios
fines decapoleos. Et adducũt ei
ſurdũ et mutũ: et depꝛecabãtur

eum vt imponat illi manum Et
apprehendens eum de turba ſe-
orſum: miſit digitos ſuos in au-
riculas eius. Et expuens tetigit
linguam eius. Et ſuſpiciens in
celum/ingemuit: et ait illi. Effe
ta: quod eſt adaperire Et ſtatim
aperte ſunt aures eius: ⁊ ſolutũ
eſt vinculũ lingue eius/et loque-
batur recte. Et precepit illis: ne
cui dicerent. Quanto autem eis
precipiebat: tãto magis plus pre
dicabant/⁊ eo amplius admira
bantur dicentes Bene omnia fe
cit: et ſurdos fecit audire/et mu-
tos loqui. Offer. Precatus eſt moy
ſes in cõſpectu dñi dei ſui et dixit/pre
catus eſt moyſes in cõſpectu dñi dei
ſui et dixit quare dñe iraſceris in po-
pulo tuo/parce ire animi tui memen
to abraham iſaac et iacob: quibus iu
raſti dare terram fluẽtem lac et mel:
et placat⁹ fact⁹ eſt dñs de malignita
te quã dixit facere poplo ſuo. Secr.

REſpice dñe queſumus no-
ſtram propicius ſeruitu-
tẽ: vt qd offerim⁹/ſit tibi munus
acceptum: ſit noſtre fragilitati
ſubſidiũ. Per dñm. Cõio. De fru
ctu operũ tuorũ dñe ſatiabitur terra
vt educas panem de terra: et vinum
letificet cor hominis. vt exhilaret fa-
ciem in oleo/et panis cor hominis cõ
firmet. Complenda.

SEntiamus domine queſu
mus tui perceptiõe ſacra-
mẽti ſubſidiũ mẽtis et corporis:
vt in vtroq; ſaluati celeſtis reme
dij plenitudine gloriemur. Per.

¶ Fer.iiij. Ad corinthios.ij.iiij.

FRatres. Non pdicamus
noſmetipſos: ſed ieſũ chri
ſtum dñm noſtrũ. Nos autẽ ſer-
uos veſtros per ieſum. Quoniã
deus qui dixit de tenebris lumen
ſplendeſcere/ipſe illuxit in cordi
bus noſtris/ad illuminationem
ſcientie claritatis dei: in facie ie-
ſu chriſti. Habemus autẽ theſau
rum iſtum in vaſis fictilibus: vt
ſublimitas ſit virtutis dei: et nõ
ex nobis. In omnibus tribula-
tionem patimur: ſed non angu-
ſtiamur. Aporiamur: ſed nõ de-
ſtituimur. Perſecutionem pati-
mur: ſed non derelinqmur. Hu-
miliamur/ſed non cõfundimur
Deijcimur: ſed non perimus.
Semper enĩ mortificationẽ ie-
ſu in corpore noſtro circunferen
tes: vt et vita ieſu: in corporibus
noſtris manifeſtetur.

¶ Secundũ Matheum. ix.

IN illo tpe Tranſeũte ieſu
ſecuti ſũt eum duo ceci cla
mantes et dicẽtes. Miſerere nr̃i
fili dauid. Cum autem veniſſet
domũ acceſſerũt ad eũ ceci Et di
cit eis ieſus Creditis/qa hoc poſ
ſũ facere vobis: Dicũt ei. Utiq;
dñe Tũc tetigit ocl'os eorũ dicẽs
Scdm fidẽ veſtrã fiat vobis. Et
aperti ſũt oculi eorũ. Et cõmina
tus eſt illis ieſus dicens. Uidete
ne quis ſciat Illi autẽ exeuntes:
diffamauerũt eũ in tota terra il
la. Egreſſis autẽ illis: ecce obtu-
lerunt ei hominẽ mutum/demo
niũ habentẽ. Et eiecto demonio
locutus eſt mut⁹. Et mirati ſunt
turbe dicentes. Nunq̃ apparuit
ſic in iſrael. Phariſei autem di-
cebant. In principe demoniorũ
eijcit demones. Et circuibat ieſ⁹

ciuitates omnes et caſtella: do-
cens in ſynagogis eorum: et pre-
dicans euangelium regni. Et cu
rans omnem languorem et om
nem infirmitatem. ¶ Feria.vj.
Secundũ Matheum. xj.
In illo tempore. Cepit ie-
ſus exprobrare ciuitatib⁹
in quibus facte ſunt plurime vir
tutes eius: quia non egiſſent pe-
nitentiam. Ve tibi corozaym: ve
tibi bethſayda quia ſi in tyro et
ſydone facte eſſent virtutes que
facte ſunt in vobis: olim in cili-
cio et cinere penitentiã egiſſent.
Veruntamen dico vobis/ tyro et
ſydoni remiſſius erit in die iudi
cij/ ꝙ vobis. Et tu capharnaum/
nunquid vſq₃ in celum exaltabe-
ris? Et ſi exaltata fueris: vſq₃ in
infernũ deſcendes. Quia ſi in ſo
domis facte fuiſſent ꝟtutes que
facte ſunt in te/ forte manſiſſent
vſq₃ in hunc diem. Veruntamen
dico vobis: quia terre ſodomo-
rũ remiſſi⁹ erit ĩ die iudicij ꝙ tibi
¶ Dñica.xiij.poſt tri. Introit⁹.
Reſpice domine in te-
ſtamentum tuum et
animas pauperum
tuorũ ne dereliquas
in finem: exurge dñe
et iudica cauſam meã/ et ne obli
uiſcaris voces querentiũ te. ps.
Ut quid deus repuliſti in finem: ira-
tus eſt furor tuus ſuper oues paſcue
tue. Gloria patri et filio. Collecta.
Omnipotẽs ſempiterne de
us: de cuius munere venit
vt tibi a fidelibus tuis digne et
laudabiliter ſeruiatur: tribue no-
bis queſumus vt ad promiſſiões
tuas ſine offenſione curramus.
Per. Ad galathas. iij.
Fratres. Abrahe dicte ſũt
promiſſiones: et ſemini
eius. Non dicit et ſeminibus qua
ſi in multis: ſed quaſi in vno et
ſemini tuo qui eſt chriſtus. Hoc
autem dico teſtamentum con-
firmatum a deo que poſt qua-
dringentos et triginta annos fa
cta eſt lex: non irritum fecit ad
euacuãdam promiſſionẽ. Nam
ſi ex lege hereditas: iam non ex
promiſſione. Abrahe autem per
repromiſſionem donauit deus.
Quid igitur lex propter tranſ-
greſſores poſita eſt: donec veni-
ret ſemen cui promiſerat ordi-
nata per angelos in manu me-
diatoris. Mediator autem vni-
us non eſt: deus autem vnus eſt
Lex ergo aduerſus ꝓmiſſa dei?
Abſit Si enim data eſſet lex que
poſſet viuificare: vere ex lege
eſſet iuſticia. Sed concluſit ſcri-
ptura omnia ſub peccato: vt ꝓ-
miſſio ex fide ieſu chriſti: daretur
credentibus. Grad. Reſpice do-
mine in teſtamentum tuum: et ani-
mas pauperum tuorum ne obliui-
ſcaris in finem. ℣. Exurge domine et
iudica cauſam meam memor eſto ob
probrij ſeruorum tuorum. Allelu
ya. ℣. Venite exultemus domino
iubilem⁹ deo ſalutari noſtro. ℣ Pre-
occupemus faciẽ eius in confeſſione:
et in pſalmis iubilemus ei.
Secundũ Lucam. x.
In illo tpe. Dixit ieſus di-
ſcipulis ſuis. Beati oculi
qui vident que vos videtis. Di-
co eñi vobis: ꝙ multi prophete et

reges voluerunt videre que vos
videtis/et non viderunt: et audi
re que auditis/et non audierunt
Et ecce quidam legiſperitus ſur
rexit temptans eum et dicens.
Magiſter: quid faciendo vitam
eternam poſſidebo? At ille dixit
ad eum. In lege quid ſcriptũ eſt
Quomodo legis? Ille reſpon=
dẽs dixit. Diliges dñm deũ tuũ
ex toto corde tuo: et ex tota ani=
ma tua/et ex omnibus viribus
tuis ⁊ ex omni mente tua: et pro
ximum tuum ſicut teipſum. Di
xitq; illi. Recte reſpondiſti. Hoc
fac et viues. Illi autem volens
iuſtificare ſeipſum: dixit ad ieſũ
Et quis eſt meus proximus? Su=
ſpiciens autem ieſus: dixit. Ho=
mo quidam deſcendebat ab hie=
ruſalem in hierico: et incidit in
latrones Qui etiam deſpoliaue
runt eum: et plagis impoſitis/
abierunt ſemiuiuo relicto. Acci
dit autem vt ſacerdos quidã de=
ſcenderet eadem via: et viſo illo
preteriuit Similiter ⁊ leuita cũ
eſſet ſecus locũ et videret eũ/per
tranſijt. Samaritanus autem
quidam iter faciens venit ſecus
eum: et vidẽs eum/miſericordia
motus eſt. Et appropiãs alliga=
uit vulnera eius: infundens ole
um et vinum. Et imponens illũ
in iumentũ ſuum: duxit in ſtabu
lum ſuum/⁊ curam eius egit. Et
altera die protulit duos denari=
os: et dedit ſtabulario/et ait Cu
ram illius habe. Et quodcũq; ſu
pererogaueris: ego cum redie=
ro reddam tibi. Quis horum tri
um videtur tibi proximus fuiſſe
illi/qui incidit in latrones? At
ille dixit. Qui fecit miſericordiã
in illum. Et ait illi ieſus. Vade:
⁊ tu fac ſimiliter. Offr. In te ſpe
raui dñe dixi tu es deus meus: in ma
nibus tuis tẽpora mea. Secreta.

Hoſtias q̃s domine propi=
cius intende/quas ſacris
altaribus exhibemus: vt nobis
indulgentiã largiendo/tuo no=
mini dent honorem. Per. Cõio.
Panem de celo dediſti nobis dñe ha
bentẽ omne delectamentũ: et oẽm ſa
porem ſuauitatis. Complenda.

Viuificet nos queſum⁹ do
mine huius participatio
ſancta myſterij: ⁊ pariter nobis
expiationẽ tribuat et munimen
Per dñm noſtrũ ieſum chriſtũ.

¶ Feria.iiij. Ad corinthios.ij.v.

Fratres. Scimus quoniã
ſi terreſtris dom⁹ noſtra
huius habitatiõis diſſoluaꝛ/q̃d
edificationẽ habemus ex deo do
mum non manufactã/ſed eter=
nam in celis. Nam et in hoc in=
gemiſcimus habitationẽ noſtrã
que de celo eſt ſuperindui cupiẽ=
tes: ſi tamen veſtiti et non nudi
inueniamur. Nam et qui ſum⁹
in hoc tabernaculo igemiſcim⁹
grauati: eo ꝙ nolumus expolia=
ri: ſed ſuperueſtiri vt abſorbeaꝛ
quod mortale eſt a vita. Qui au
tem efficit nos in hoc ipſum de⁹
qui dedit nobis pignus ſpiritus
Audentes igitur ſemper et ſciẽ=
tes/quoniã dum ſumus in hoc
corpore/peregrinamur a dño.
Per fidem enim ambulamus: ⁊
non per ſpeciem. Audemus au=
tem et bonam voluntatẽ habe=

mus: magis peregrinari a cor-
pore: ⁊ preſentes eſſe ad dñm. Et
ideo contẽdimus ſiue abſentes
ſiue preſentes placere illi. Om-
nes enim nos manifeſtari opor-
tet ante tribunal chriſti: vt refe-
rat vnuſquiſq; propria corporis
prout geſſit / ſiue bonũ ſiue ma-
lum. Scientes ergo timorẽ dñi:
hominibus ſuademus / deo autẽ
manifeſti ſumus. Spero autem
et in conſcientijs veſtris: manife
ſtos nos eſſe. Per ieſum chriſtũ
dominũ noſtrum.

Secundum Matheum. xij.

In illo tempore. Abeũtes
phariſei conſiliũ faciebãt
aduerſus ieſum: quomodo eum
perderent. Jeſus autem ſciens
receſſit inde: et ſecuti ſunt eum
multi: et curauit eos omnes. Et
precepit eis ne manifeſtũ eum fa
cerent: vt adimpleretur quod di
ctum eſt per iſayam prophetã di
centem. Ecce puer meus quẽ ele-
gi dilectus meus in quo bene cõ-
placuit anime mee. Ponam ſpiri
tum meũ ſuper eum: et iudiciũ
gentibus nunciabit. Non contẽ
det neq; clamabit neq; audiet ali
quis in plateis vocem eius. Arũ
dinem quaſſatam non confrin-
get: et linum fumigãs non exti-
guet donec eijciat ad victoriã iu
diciũ: et ĩ noĩe eiꝰ gẽtes ſperabũt

Feria. vj. Secundũ lucã. xiij.

In illo tẽpore: Jbat ieſus
per ciuitates ⁊ caſtella do
cens / et iter faciens in hieruſalẽ
Ait autem illi quidã Dñe ſi pau
ci ſunt qui ſaluantur. Ipſe autẽ
dixit ad illos. Contendite intra-
re per anguſtam portã: quia di-
co vobis / multi querent intrare
et non poterũt. Cum autẽ intra
uerit paterfamilias / et clauſerit
oſtiũ / incipietis foris ſtare: ⁊ pul
ſare ad oſtiũ dicẽtes. Dñe: aperi
nobis. Et reſpondens dicet vo-
bis Neſcio vos vnde ſitis. Tunc
incipietis dicere. Mãducauimꝰ
coram te et bibimus: et in plate-
is noſtris docuiſti. Et dicet vo-
bis. Neſcio vos: vnde ſitis. Di-
ſcedite a me omnes operarij ini
quitatis. Ibi erit fletus et ſtri-
dor dentiũ. Cum videritis abra
ham / et iſaac / et iacob: et omnes
prophetas in regno dei: vos au-
tem expelli foras. Et venient ab
oriente et occidente et aquilone
et auſtro: ⁊ accũbẽt in regno dei
Et ecce ſunt nouiſſimi q̃ erãt pri-
mi / et ſũt primi q̃ erãt nouiſſimi

Dñica. xiiij. poſt tri. Introitꝰ

Protector noſter aſpi
ce deus / et reſpice in
faciẽ chriſti tui / quia
melior eſt dies vna ĩ
atrijs tuis ſuper mi-
lia. Ps. Quam dilecta tabernacula
tua dñe virtutum concupiſcit et defi
cit anima mea ĩ atria dñi. Gloria pa
tri et filio ⁊ ſpiritui ſancto. Collecta

Omnipotẽs ſempiterne de-
us: da nobis fidei ſpei ⁊ ca
ritatis augmentũ: et vt merea-
mur aſſequi quod ꝑmittis: fac
nos amare quod precipis. Per
dominũ noſtrum ieſum.

Ad galathas. v.

Fratres. Spiritu ambu-
late: et deſideria carnis
non perficietis. Caro enim con-

cupiſcit aduerſus ſpiritũ: ſpiritus autẽ aduerſus carnẽ Hec eni ſibi inuicem aduerſant: vt non q̃cũq; vultis illa faciatis. Quod ſi ſpiritu ducimini: non eſtis ſub lege. Manifeſta autem ſunt opera carnis: q̃ ſunt fornicatio / immundicia / luxuria / idolorũ ſeruitus / veneficia / inimicitie / contẽtiones / emulationes / ire / rixe / diſſentiões / ſecte / inuidie / homicidia / ebrietates / cõmeſſationes / et his ſimilia. Que predico vobis ſicut predixi: quoniã qui talia agunt / regnũ dei non conſequentur. Fructus autem ſpiritus eſt charitas / gaudiũ / pax / patiẽtia / longanimitas / bonitas / benignitas / manſuetudo / fides / modeſtia / continentia: caſtitas. Aduerſus huiuſmodi / nõ eſt lex Qui autẽ ſunt chriſti: carnẽ ſuã crucifixerunt cum vicijs et cõcupiſcentijs. Gr. Bonũ eſt confidere in dño: q̃ confidere in hoie. V. Bonũ eſt ſperare in dño: q̃ ſperare i pricipibus. Alla. V. Quoniã deꝰ magnus dñs: et rex magnꝰ ſuper omnẽ terrã. ¶ Secundũ Lucam. xvij.

In illo tpe Dum iret ieſus in hieruſalẽ: trãſibat per mediã ſamariã et galileã. Et cũ ingrederet quoddã caſtellũ: occurrerũt ei decẽ viri leproſi. Qui ſteterũt a longe: et leuauerũt vocẽ dicẽtes. Ieſu p̃ceptor miſerere noſtri. Quos vt vidit / dixit. Ite oſtendite vos ſacerdotibus. Et factũ eſt dum irent: mundati ſunt. Unus autẽ ex illis vt vidit quia mũdatus eſt: regreſſus eſt cum magna voce magnificans deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius: gratias agẽs. Et hic erat ſamaritanus. Reſpondens autem ieſus dixit Nonne decem mundati ſunt: et nouem vbi ſũt Non eſt inuentus qui rediret et daret gloriã deo / niſi hic alienigena. Et ait illi. Surge vade: q̃a fides tua: te ſaluum fecit. Offr. Immittet angelus dñi in circuitu timentiũ eum et eripiet eos: guſtate ⁊ videte qm̃ ſuauis eſt dñs. Secreta

Propiciare dñe poplo tuo propiciare muneribus vt hac oblatiõe placatus: et indulgentiã nobis tribuas: et poſtulata cõcedas. Per. Cõio Panis quẽ ego dedero: caro mea eſt pro ſeculi vita. Complenda.

Sumptis dñe celeſtibus ſacramentis ad redemptionis eterne queſumus proficiamus augmentũ. Per. ¶ Fer. iiij

Ad corinthios. ij. vj.

Fratres. Nolite iugũ ducere cũ ĩfidelibꝰ. Que eni pticipatio iuſticie cũ iniquitate? Aut q̃ ſocietas luci ad tenebras? Que autẽ conuẽtio chriſti ad belyal. Aut que pars fideli cũ ĩfideli? Quis autẽ cõſenſus tẽplo dei cũ idolis Uos enim eſtis templũ dei viui ſicut dicit dñs. Quoniã inhabitabo in illis: et inambulabo inter eos. Et ero illorũ deus: et ipſi erũt michi populus. Propter quod exite de medio eorum ⁊ ſeparamini dicit dñs: ⁊ immũdum ne tetigeritis: et ego recipiam vos / et ero vobis in patrem: et vos eritis michi in filios et filias / dicit dñs omnipotens. Has

igit ꝑmiſſiones habẽtes fratres
chariſſimi: mũdemꝰ nos ab oĩ in
quinamẽto carnis ⁊ ſpũs/ ꝑficiẽ
tes ſanctificationẽ in timore dei
In chriſto ieſu: domino noſtro.

**Secundũ Marcum.** vj.

In illo tẽpore: Cõueniẽtes
apli ad ieſũ renũciauerũt
ei oĩa que egerãt ⁊ docuerãt. Et
ait illis. Venite ſeorſũ ĩ deſertũ
locũ: ⁊ requieſcite puſillũ Erãt enĩ
q̃ veniebãt ⁊ redibãt multi ⁊ nec
ſpacium mãducãdi habebãt. Et
aſcẽdẽtes in nauim: abierũt ĩ de=
ſertũ locũ ſeorſũ: et viderũt eos
abeũtes et cognouerũt multi: ⁊
pedeſtres de oĩbus ciuitatibꝰ cu
currerũt illuc: ⁊ preuenerũt eos
Et exiẽs vidit turbã multã ieſꝰ:
⁊ miſertus eſt ſuꝑ eos: quia erãt
ſicut oues non habentes paſtorẽ
Et cepit illos docere multa.

**Feria.vj. Secundũ lucã.** viij.

In illo tpe: Iter faciebat ie
ſus ꝑ ciuitates ⁊ caſtella/ p̃
dicãs ⁊ euãgelizãs regnũ dei: et
duodecĩ cũ illo: et mulieres aliq̃
que erãt curate a ſpiritibꝰ mali=
gnis et ĩfirmitatibꝰ. Maria que
vocatur magdalene: de qua ſe=
ptẽ demonia exierãt: et iohanna
vxor chuze ꝓcuratoris herodis/
et ſuſanna: et alie multe q̃ mini=
ſtrabãt ei: de facultatibus ſuis.

**Dñica.xv.poſt tri. Introitus**

Inclina dñe aurẽ tuã
ad me et exaudi me:
ſaluũ fac ſeruum tu
um deus meus ſpe=
rantẽ in te: miſerere
mihi dñe/ quoniã ad te clamaui
tota die. **Ps.** Letifica animã ſerui
tui: quoniã ad te dñe leuaui animã
meam. Gloria patri et filio. **Colla.**

Cuſtodi dñe q̃ſumus eccle=
ſiam tuam propiciatione
perpetua: et quia ſine te labitur
humana fragilitas: tuis ſemper
auxilijs/ et abſtrahatur a noxijs
et ad ſalutaria dirigatur. Per
dominũ.

**Ad galathas.** v.

Fratres. Si ſpiritu viui=
mus: ſpũ et ambulemus
Nõ efficiamur inanis glorie cu=
pidi: inuicẽ prouocantes/ inuicẽ
inuidẽtes. Fratres/ et ſi preoccu
patus fuerit homo in aliquo de=
licto: vos qui ſpiritales eſtis hu=
iuſmodi inſtruite in ſpiritu leni
tatis: conſiderans teipſum ne et
tu tempteris Alter alterius one
ra portate: et ſic adimplebitis le
gem chriſti. Nam ſi quis exiſti=
mat ſe aliquid eſſe cũ nichil ſit:
ipſe ſe ſeducit. Opus autem ſuũ
probet vnuſquiſqꝫ: ⁊ ſic in ſemet
ipſo tantũ gloriã habebit/ ⁊ non
in altero Vnuſquiſqꝫ enim onus
ſuum portabit. Cõmunicet autẽ
is qui cathezizat verbo: ei qui ſe
cathezizat ĩ omnibus bonis No
lite errare: deus non irridetur.
Que enĩ ſeminauerit homo: hec
⁊ metet. Quoniã qui ſeminat in
carne ſua: de carne et metet cor=
ruptionem Qui autem ſeminat
in ſpiritu: de ſpiritu metet vitã
eternam. Bonum autem facien
tes non deficiamus: tẽpore enim
ſuo metemus non deficientes.
Ergo dum tempus habemus:
operemur bonum ad omnes.
Maxime autem: ad domeſticos
fidei. **Grad.** Bonum eſt confiteri

domino : et pſallere nomini tuo altiſ
ſime. ℣. Ad annunciandũ mane mi
ſericordiam tuam : et veritatem tu=
am per noctẽ. Alleluya. ℣. Do=
mine exaudi orationẽ meam : et cla=
mor meus ad te veniat.

Secundũ Matheum. vj.

In illo tempore. Dixit ie=
ſus diſcipulis ſuis. Nemo
poteſt duobus dñis ſeruire. Aut
enim vnum odio habebit/ et alte
rum diliget : aut vnum ſuſtine=
bit/ ⁊ alterum contẽnet. Non po
teſtis deo ſeruire et mammone.
Ideo dico vobis / ne ſoliciti ſi=
tis anime veſtre quid manduce=
tis : neqꝫ corpori veſtro quid in=
duamini. Nõne anima plus eſt
ꝙ eſca : et corpus plus ꝙ veſtimen
tũ? Reſpicite volatilia celi : qui
non ſerunt neqꝫ metũt : neqꝫ con
gregant in horrea : et pater ve=
ſter celeſtis paſcit illa. Nõne vos
magis pluris eſtis illis? Quis
autem veſtrum cogitans poteſt
adijcere ad ſtaturã ſuam cubitũ
vnum? Et de veſtimento quid ſo
liciti eſtis? Cõſiderate lilia agri
quomodo creſcũt : non laborant
neqꝫ nent. Dico autẽ vobis : quo
niã nec ſalomon in omni gloria
ſua coopertus eſt ſicut vnum ex
iſtis. Si autẽ fenum agri quod
hodie eſt/ ⁊ cras in clibanũ mitti
tur/ deus ſic veſtit : quanto ma=
gis vos minime fidei? Nolite er
go ſolliciti eſſe dicẽtes/ quid mã=
ducabimus/ aut quid bibemus/
aut quo operiemur? Hec enim
omnia gentes inquirunt. Scit
enim pater veſter. quia his om=
nibus indigetis. Querite ergo
primũ regnũ dei/ ⁊ iuſticiã eius :
et hec omnia adijcientur vobis.

Offr. Expectans expectaui domi=
num et reſpexit me. et exaudiuit de=
precationem meam : et immiſit in os
meum canticum nouum / hymnum
deo noſtro. Secreta.

Concede nobis queſumus
domine : vt hec hoſtia ſalu
taris : et noſtrorum fiat purga=
tio delictorũ : et tue propiciatio
pietatis. Per. Cõio. Qui mandu
cat carnẽ meam : et bibit ſanguinem
meum in me manet / et ego in eo di=
cit dominus. Complenda.

Purificent ſemper et mu=
niant tua ſacramẽta nos
deus : et ad perpetue ducant ſal=
uatiõis effectũ. Per dñm noſtrũ

¶ Feria. iiij. Ad coloſſenſes. j.

Fratres. Gratias agim⁹
deo patri qui dignos nos
fecit ĩ partem ſortis ſanctorũ in
lumine : qui eripuit nos de pote=
ſtate tenebrarum : et trãſtulit in
regnum filij dilectionis ſue. In
quo habemus redemptionẽ / in
remiſſionem peccatorũ : qui eſt
imago dei inuiſibilis : primoge=
nitus omnis creature / quoniã
in ipſo condita ſunt vniuerſa in
celis et in terra / viſibilia et inui=
ſibilia : ſiue throni ſiue dñatiões
ſiue principatus ſiue poteſtates
omnia per ipſum et in ipſo crea
ta ſunt. Et ipſe eſt ante omnes : ⁊
omnia in ipſo conſtant. Et ipſe
eſt caput corporis eccleſie : qui eſt
principiũ primogenitus ex mor
tuis : vt ſit in omnibus ipſe pri=
matum tenẽs ieſus chriſtus : do=
minus noſter.

Secundũ Matheum. v.

IN illo tẽpore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Audiſtis/
quia dictũ eſt antiquis non per-
iurabis: reddes autem dño iura
menta tua. Ego autem dico vo-
bis: nõ iurare omnino: neqꝫ per
celum/quia thronus dei eſt: neqꝫ
per terram/ quia ſcabellum eſt
pedum eius. Neqꝫ her hieroſoly
mam: quia ciuitas eſt magni re-
gis. Neqꝫ per caput tuum iura-
ueris: quia non poteſt vnum ca-
pillum album facere/ aut nigrũ
Sit autem ſermo veſter: eſt eſt/
non non. Quod autem his abũ-
dantius eſt: a malo eſt. Audiſtis
quia dictum eſt/oculũ pro oculo
dentẽ pro dẽte. Ego autem dico
vobis: non reſiſtere malo. Sed
ſi quis te percuſſerit ĩ dexteram
maxillã tuam: prebe illi ꝛ alterã
Et ei qui vult tecũ in iudicio con
tendere/ et tunicã tuam tollere:
dimitte ei et palliũ. Et quicunqꝫ
te angariauerit mille paſſus: va
de cum illis et alia duo. Qui aũt
petit a te: da ei. Et volenti mu-
tuare a te: ne auertaris.

¶Feria.vj. Secundũ Lucã.xx.

IN illo tẽpore. Factũ eſt in
vna dierũ docente ieſu po
pulũ in tẽplo et euãgelizãte: ꝯue
nerũt principes ſacerdotũ ꝛ ſcribe
cũ ſenioribꝰ ꝛ aiũt dicẽtes ad illũ
Dic nobis in qua poteſtate hec
facis. Aut q̃s eſt q̃ dedit tibi hãc
poteſtatẽ? Reſpõdens autem ie-
ſus: dixit ad illos. Interrogabo
vos et ego vnum verbũ: reſpon
dete michi Baptiſmũ iohannis
de celo erat: an ex hoĩbus? At il-
li cogitabant intra ſe dicentes.
Quia ſi dixerimus de celo/ dicet
Quare ergo non crediſtis illi?
Si autem dixerimus ex homini
bus: vniuerſa plebs lapidabit
nos. Certi ſunt enim: iohãnem
prophetam eſſe. Et reſpõderunt
ſe neſcire vnde eſſet. Et ieſus ait
illis. Neqꝫ ego dico vobis: in qua
poteſtate hec facio.

¶Dñica.xvj.poſt tri. Introitꝰ.

MIſerere michi domi-
ne/ quoniã ad te cla-
maui tota die: q̃a tu
dñe ſuauis ac mitis
es: et copioſus in mi
ſericordia oĩbus inuocãtibus te.
ps. Inclina dñe aurem tuam ꝛ exau
di me: quoniã inops et pauper ſum
ego. Gloria patri et filio. Colla.

ECcleſiã tuã dñe miſeratio
cõtinuata mundet et mu-
niat: et quia ſine te nõ poteſt ſal-
ua conſiſtere: tuo ſemper mune
re gubernetur. Per.

Ad epheſios. iij.

FRatres. Obſecro vos ne
deficiatis in tribulationi
bus meis pro vobis/ que eſt glo-
ria veſtra. Huius rei gratia fle-
cto genua mea ad patrẽ dñi no-
ſtri ieſu chriſti: ex quo omnis pa
ternitas in celis ꝛ in terra nomi
natur: vt det vobis ſecundũ diui
tias glorie ſue virtutẽ corrobo-
rari per ſpiritũ eius in interiori
homine chriſtũ habitare per fi-
dem in cordibus veſtris. In cha
ritate radicati et fundati: vt poſ
ſitis cõprehẽdere cum oĩbus ſan
ctis: q̃ ſit latitudo lõgitudo ſub-
limitas: et profundũ. Scire eti-

am ſupereminentē ſcientie cha-
ritatē chriſti: vt impleamini in
omnem plenitudinē dei. Ei autē
qui potens eſt omnia facere ſup
abundanter quam petimus aut
intelligimus: ſecundū virtutem
que operatur in nobis ipſi glo-
ria in eccleſia / et in chriſto ieſu:
in omnes generationes ſeculi ſe
culorum. Amen. Gr. Timebunt
gentes nomen tuum dñe: et omnes
reges terre gloriā tuam. ℣. Quoniā
edificauit dñs ſyon: et videbit in ma
ieſtate ſua. Alleluya. ℣. Confite-
mini dño et inuocate nomen eius: an
nunciate inter gentes opera eius.

Secundū Lucam. vij.

In illo tēpore. Ibat ieſus
in ciuitatem que vocatur
naym: et ibant cum illo diſcipu-
li eius: et turba copioſa. Cum
autem appropinquaret porte ci
uitatis: ecce defunctus effereba-
tur: filius vnicus matris ſue. Et
hec vidua erat: et turba ciuita-
tis multa cum illa. Quam cum
vidiſſet dñs miſericordia motꝰ
ſuper eam / dixit illi. Noli flere.
Et acceſſit: et tetigit loculū. Hij
autem qui portabant ſteterunt.
Et ait. Adoleſcens tibi dico ſur-
ge. Et reſedit qui erat mortuus:
et cepit loqui. Et dedit illum ma
tri ſue. Accepit autem omnes ti
mor et magnificabāt deū dicen-
tes. Quia ꝓpheta magnꝰ ſurre-
xit ī nobis: et qa deꝰ viſitauit ple
bē ſuā. Offer. Dñe i auxiliū meū re
ſpice cōfundant et reuereāt qui que
rūt aīam meā vt auferāt eā. Secre.

Tua nos dñe ſacramenta
cuſtodiant: et contra dia
bolicos tueantur ſemper incur-
ſus. Per dñm. Cōio. Dñe memo-
rabor iuſticie tue ſolius: deus docui-
ſti me a iuuentute mea: et vſqꝫ in ſe-
nectam et ſenium deus ne derelin-
quas me. Complenda.

Mentes noſtras et corpora
poſſideat queſumus dñe
doni celeſtis operatio: vt non no
ſter ſenſus in nobis: ſed iugiter
eius ꝓualeat effectus. Per dñm.

¶ Feria. iiij. Ad coloſſenſes. ij.

Fratres. Uidete ne quis
vos decipiat per philoſo
phiam et inanem fallaciā: ſecun
dum traditionē hominū: ſecun-
dum elementa mundi: et non ſe
cundum chriſtum: quia in chri-
ſto inhabitat omnis plenitudo
diuinitatis corporaliter: et eſtis
in illo repleti / qui eſt caput om-
nis p̄ncipatus et poteſtatis. In
quo et circunciſi eſtis circunciſio
ne nō manufacta: in expoliatio-
ne corporis carnis: ſed in circun
ciſione chriſti. Conſepulti ei in
baptiſmo: in quo et reſurrexiſtis
per fidem operatiōis dei qui ſu-
ſcitauit illum a mortuis. Et vos
cum eſſetis mortui in delictis: et
p̄putio carnis veſtre: conuiui-
ficauit cū illo donans vobis om
nia delicta. Per ieſum chriſtū do
minū noſtrū. Secundū lucā. vij.

In illo tēpore. Dixit ieſus
turbis iudeorū. Maior in
ter natos mulierū ꝓpheta iohā
ne baptiſta nemo eſt. Qui autē
minor eſt in regno dei: maior eſt
illo. Et omnis populus audiens
et publicani iuſtificauerunt deū
baptizati baptiſmo iohannis.

Phariſei autem et legiſperiti cõ
ſiliũ dei ſpꝛeuerũt in ſemetipſos
non baptizati ab eo. Ait autem
dñs. Cui ergo ſimiles dicam ho
mines generatiõis huius: et cui
ſimiles ſunt? Similes ſunt pue
ris ſedentibus in foꝛo: et loquen
tibus adinuicem / et dicentibus.
Cantauimus vobis tybijs / et
non ſaltaſtis. lamentauimus / et
non ploꝛaſtis. Venit autem io-
hannes baptiſta: neqꝫ mandu-
cans panem / neqꝫ bibens vinum
et dicitis demoniũ habet. Venit
filius hominis manducans ⁊ bi
bens: et dicitis ecce homo deuo-
ratoꝛ bibẽs vinũ: amic⁹ publica
noꝛũ / et peccatoꝛũ. Et iuſtificata
eſt ſapiẽtia: ab oĩbus filijs ſuis.

¶ Feria. vj. Scdm Marcũ. viij

IN illo tempoꝛe: Venit ie-
ſus in bethſayda: et addu-
cunt ei cecum: et rogabant eum
vt illum tangeret. Et appꝛe-
henſa manu ceci: eduxit eum ex-
tra vicum. Et expuens in ocu-
los eius: impoſitis manibus ſu-
is interrogauit eũ ſi aliqd vide-
ret. Et aſpiciẽs ait. Video hoĩes
velut arboꝛes ãbulãtes. Deinde
iterũ ipoſuit man⁹ ſuper oculos
eius: et cepit videre. Et reſtitut⁹
eſt: ita vt videret clare omnia. Et
miſit illũ in domũ ſuam / dicẽs.
Vade in domũ tuam: et ſi in vi
cum introieris: nemini dixeris.

¶ Dñica. xviij. poſt tri. Introit⁹

IUſtus es dñe / ⁊ rectũ
iudiciũ tuũ: fac cum
ſeruo tuo ſecundum
miam tuã. ps. Beati
immaculati in via: qui
ambulãt in lege domini. Collecta.

TUa nos dñe qſumus gra
tia ſemper et pꝛeueniat ⁊
ſequatur: ac bonis operibus iu-
giter pꝛeſtet eſſe intẽtos. Per do
minum noſtrũ. Ad epheſios. iiij

FRatres. Obſecro vos ego
vinctus in dño: vt digne
ambuletis vocatione qua voca-
ti eſtis: cum omni humilitate et
mãſuetudine: cum patiẽtia ſup-
poꝛtantes inuicẽ in caritate. So
liciti ſeruare vnitatẽ ſpiritus: in
vinculo pacis. Unũ coꝛp⁹ ⁊ vnus
ſpiritus: ſicut vocati eſtis in vna
ſpe vocatiõis veſtre. Unus dñs /
vna fides / vnũ baptiſma. Unus
deus et pater oĩm: qui eſt ſuper
oẽs et per oĩa / et in oĩbus nobis
qui eſt benedictus: in ſecula ſecu
loꝛum amen. Gꝛ. Beata gens cu
ius eſt dñs deus eoꝛũ: populus quẽ
elegit dñs in hereditatẽ ſibi. ℣. Ver-
bo dñi celi firmati ſunt: ⁊ ſpiritu oꝛis
eius omnis virtus eoꝛum. Alleiu
ya. ℣. Paratum coꝛ meum deus pa
ratum coꝛ meum: cãtabo et pſallam
in gloꝛia mea.

Secundũ Lucam. xiiij.

IN illo tempoꝛe: Cum in-
traret ieſus in domũ cu-
iuſdam pꝛincipis phariſeoꝛum
ſabbato manducare panem: et
ipſi obſeruabãt eum. Et ecce ho-
mo quidam hydꝛopicus erat an
te illum. Et reſpondens ieſus: di
xit ad legiſperitos et phariſeos.
Si licet ſabbato curare? At illi
tacuerunt. Ipſe vero appꝛehen-
ſum ſanauit eum ac dimiſit. Et
reſpondens ad illos: dixit. Cui⁹
veſtrum aſinus aut bos in pute-

um cadet: et non cõtinuo extra-
het illum die ſabbati? Et nõ po-
terant ad hec reſpondere illi. Di
cebat autem et ad inuitatos pa-
rabolam: intendens quomodo
primos accubitus eligerent: di-
cens ad illos. Cum iuitatus fue-
ris ad nuptias: non diſcumbas
in primo loco ne forte honorati-
or te ſit inuitatus ab eo. Et veni
ens is qui te et illum vocauit: di
cat tibi. Da huic locum. Et tunc
incipias cum rubore/nouiſſimũ
locum tenere Sed cum vocatus
fueris: vade ⁊ recumbe in nouiſ
ſimo loco: vt cum venerit qui te
inuitauit dicat tibi. Amice: aſcẽ
de ſuperius. Tunc erit tibi glo-
ria: coram ſimul diſcumbẽtibus
Quia omnis qui ſe exaltat hu-
miliabitur: et qui ſe humiliat ex
altabitur. Offer. Oraui deum me
um ego daniel dicens exaudi dñe pre
ces ſerui tui. illumina faciem tuam
ſuper ſanctuariũ tuum et propicius
intende populũ iſtum ſuper quẽ inuo
catũ eſt nomẽ tuũ deus. Secreta.

Munda nos dñe ſacrificij
preſentis effectu: et pfice
miſeratꝰ in nobis: vt eius merea
mur eſſe participes. Per domi-
num. Cõio. Vouete et reddite dño
deo veſtro omnes qui in circuitu eiꝰ
affertis munera: terribili et ei qui au
fert ſpiritũ principũ/terribili apud
omnes reges terre. Complenda

Purifica dñe q̃s mẽtes no-
ſtras benignꝰ/et renoua
celeſtibus ſacramẽtis: vt ꝯſequẽ
ter et corporũ preſens pariter et
futurũ/capiamus auxiliũ. Per.
¶ Fer. iiij. quatuor tpm. Intro.

Exultate deo adiutori
noſtro/iubilate deo
iacob: ſumite pſal-
mum iocundũ cum
cythara: canite inici-
um menſis tuba: quia preceptũ
in iſrael eſt/et iudiciũ deo iacob.
Ps. Teſtimoniũ in ioſeph poſuit il-
lud: cũ exiret de terra egypti. Sine
Dñs vobiſcũ. Oremus. Flecta-
mus genua leuate. Collecta.

Miſericordie tue remedijs
q̃s dñe fragilitas noſtra
ſubſiſtat: vt q̃ ſua cõditione atte
rit: tua clemẽtia reparet. Per do
minũ. Lectio amos pphete. ix.

Hec dicit dñs. Ecce dies ve-
nient: et cõprehendet ara-
tor meſſorẽ/et calcator vue mit-
tentem ſemen. Et ſtillabunt mõ
tes dulcedinem: et omnes colles
culti erunt. Et conuertã captiui
tatem populi mei iſrael/et edifi-
cabunt ciuitates deſertas: et ha-
bitabunt in eis. Et plantabunt
vineas/et bibent vinum earum
Et facient ortos: et comedẽt fru
ctus eorum. Et plantabo eos ſu
per humũ ſuam: et non euellam
eos vltra de terra ſua quam de-
di eis. Dicit dominus: omnipo-
tens. Gr. Propicius eſto dñe pecca
tis noſtris: nequando dicant gentes
vbi eſt deus eorum. V. Adiuua nos
deus ſalutaris noſter: et propter ho-
norẽ nominis tui domine libera nos
Dominus vobiſcũ. Sine Flecta
mus genua leuate. Collecta.

Preſta queſumus domine
familie ſupplicãti: vt dũ
a cibis corporalibus ſe abſtinet:
a vicijs mente ieiunet. Per do-

minū noſtrum ieſum. Lectio libri heſdre prophete Neemie. viij

IN diebus illis. Congregatus eſt omnis popul9 quaſi vir vnus ad plateā: que eſt ad portam aquarum: et dixerūt heſdre ſcribe vt afferret librum legis moyſi: quem precepit domin9 iſraeli. Attulit ergo heſdras ſacerdos legem coram multitudine virorum ⁊ mulierum: cunctiſq; qui poterāt intelligere in die prima menſis ſeptimi: ⁊ legit in eo aperte in platea que erat ante portā aquarum / a mane vſq; ad mediā diem: in conſpectu virorū / et mulierum / et ſapientium. Et aures omnis popli erāt erecte ad librū Stetit autem heſdras ſcriba ſuper gradum ligneum quem fecerat ad loquendū: et ſteterunt iuxta eum. Et aperuit heſdras librū coram omni populo. Et benedixit heſdras domino deo magno: et reſpōdit omnis popul9. Amen amen: eleuans manus ſuas. Et incuruati ſūt: ⁊ adorauerūt proni in terram. Porro leuite ſilentium faciebant in populo: ad audiēdam legem. Populus autem ſtabat in gradu ſuo: et legerūt in libro legis dei diſtincte et aperte ad intelligendū. Et intellexerūt cum legeretur. Dixit autem neemias ſacerdos et heſdras ſcribis et leuitis. Dies ſanctificatus eſt domino deo noſtro: nolite lugere / et nolite flere. Et dixit eis. Ite et comedite piguia et bibite mulſum / et mittite partes eis / qui nō preparauerūt ſibi: quia ſanctus dies domini eſt. Et nolite contriſtari: gaudiū etenim domini eſt: fortitudo veſtra. Gr. Quis ſicut dn̄s deus noſter qui in altis habitat / et humilia reſpicit in celo / et in terra. ℣. Suſcitans a terra inopem: et de ſtercore erigens pauperem.

Secundum Marcum. ix.

IN illo tēpore. Reſpondēs vnus de turba: dixit ad ieſum. Magiſter / attuli filium meum ad te: habētem ſpiritum mutum. Qui vbicunq; eum apprehēderit: allidit illum et ſpumat / et ſtridet dentibus / et areſcit. Et dixi diſcipulis tuis vt eijcerent illū et non potuerunt. Qui reſpondens eis: dixit O generatio incredula: q̄diu apud vos ero: q̄diu vos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidiſſet eum: ſtatim ſpiritus conturbauit illum: et eliſus in terra volutabatur ſpumans. Et interrogauit patrem eius. Quantū temporis eſt: ex quo hoc ei accidit? At ille ait. Ab infantia. Et frequenter eum et in ignem et in aquas miſit: vt eū perderet. Sed ſi quid potes: adiuua nos miſertus noſtri. Ieſus autem / ait illi. Si potes credere: omnia poſſibilia ſūt credenti. Et continuo exclamās pater pueri cum lachrymis aiebat. Credo domīe / adiuua incredulitatē meam. Et cum videret ieſus cōcurrentē turbā: cōminatus eſt ſpiritui immūdo dicēs illi. Surde et mute ſpūs: ego precipio tibi exi ab eo: et amplius ne introeas in eum. Et exclāmās et multū diſcerpens eū: exijt ab eo Et factus eſt ſicut mortuus: ita

vt multi dicerent/quia mortuus eſt. Jeſus autem tenens manum eius eleuauit eum: et ſurrexit. Et cum introiſſet in domum: diſcipuli eius ſecreto interrogabant eum. Quare nos non potuimus eijcere eum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo poteſt exire: niſi in oratione et ieiunio. Offr. Meditabar in mādatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

Hec hoſtia domīe queſum⁹ emundet noſtra delicta: et ad ſacrificiū celebrandum ſubditorum tibi corpora menteſq; ſanctificet. Per. Coio Comedite pinguia et bibite mulſum et mittite partes eis qui non preparauerunt ſibi: ſanctus enī dies domini eſt nolite contriſtari / gaudium etenim domini eſt fortitudo veſtra. Complenda.

Sumentes domine dona celeſtia, ſuppliciter deprecamur: vt que ſedula ſeruitute donāte te gerimus: dignis ſenſibus tuo munere capiamus. Per do.

¶ Feria. vj. quatuor temporum

Letetur cor querentiū dūm: querite dñm et confirmamini querite faciē eius ſemper. Ps. Confitemini dño et inuocate nomē eius: annūciate inter gentes opera eius. Dñs vobiſcum Oremus. Flectamus ge. Colla.

Preſta queſumus omnipotens deus: vt obſeruationes ſacras annua deuotiōe recolentes: et corpore tibi placeamus et mente. Per dominū noſtrum.

Lectio oſee prophete. xiiij.

Hec dicit dñs deus. Cōuertere iſrael ad dñm deū tuū quoniam corruiſti in iniquitate tua. Tollite vobiſcū verba et cōuertimini ad dominū / et dicite ei Omnem aufer iniquitatem: ⁊ accipe bonum: et reddem⁹ vitulos labiorum noſtrorū. Aſſur nō ſaluabit nos. Sup equos non aſcēdemus: nec dicemus vltra: dij noſtri opera manuum noſtrarum: quia eius qui ī te eſt miſereberis populi. Sanabo cōtritiones eorum: diligā eos ſpontanee: quia auerſus eſt furor meus ab eis. Ero quaſi ros iſrael germinabit ſicut lilium. Erumpet radix eius vt lybani ībūt rami eius. Et erit quaſi oliua gloria eius: et odor eius vt lybani. Conuertentur ſedentes in vmbra eius: viuent tritico: et germinabūt quaſi vinea. Memoriale eius: ſicut vinum lybani. Ego exaudiam et dirigam eum: ego vt abietem virentem: ex me fructus tuus inuentus eſt. Quis ſapiens ⁊ intelliget iſta: intelligens et ſciet hec? Quia recte vie domini: et iuſti ambulabunt in eis. Gr. Cōuertere dñe aliquātulum et deprecare ſuper ſeruos tuos. V. Domine refugium factus es nobis a generatione et progenie.

Secundum Matheum. xv.

In illo tēpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Miſereor turbe: quia triduo iam perſeuerant mecum / et non habēt quod manducent. Et dimittere eos ieiunos nolo: ne deficiant in via. Et dicunt ei diſcipuli. Unde ergo nobis in deſerto panes tātos:

vt ſaturemus turbam tantam?
Et ait illis ieſus. Quot panes ha
betis? At illi dixerunt. Septem:
et paucos piſciculos. Et pꝛecepit
turbe: vt diſcūberēt ſuper terrā
Et accipiens ſeptem panes et pi-
ſces: et gratias agēs fregit/ dedit
diſcipulis: et diſcipuli dederunt
populo. Et comederūt omnes: ⁊
ſaturati ſunt. Et quod ſuperfu-
it de fragmentis: tulerūt ſeptem
ſpoꝛtas plenas. Erāt autem qui
māducauerūt quatuoꝛ milia ho
minum: extra paruulos ⁊ mulie
res Et dimiſſa turba aſcēdit i na
uiculā: ⁊ diſcipli eius cū eo. Offꝛ.
Benedic aīa mea dn̄o/ et noli obliui
ſci oēs retributiões eius: et renouabi
tur ſicut aquile iuuentus tua. Sec.
Accepta tibi ſint domine
queſumus noſtri dona ie
iunii: que ⁊ expiādo nos tua gra
tia dignos efficiant: et ad ſempi-
terna pꝛomiſſa perducant. Per
dominū noſtrum ieſum. Coio.
Aufer a me oppꝛobꝛium et contem
ptum: quia mandata tua exquiſiui
domine: nam et teſtimonia tua me-
ditatio mea eſt. Complenda.
Queſumus omnipotēs de-
us: vt de perceptis mune-
ribus gratias exhibentes: bene-
ficia potioꝛa ſumamus. Per do.
¶ Sabbato quatuoꝛ tempoꝛū.
Venite adoꝛemꝰ de-
um/ ⁊ pꝛocidamus
ante dn̄m ploꝛemꝰ
ante eum qui fecit
nos: qꝛ ipſe eſt do-
minꝰ deus noſter.
Ps. Uenite exultemus domino iubi-
lemꝰ deo ſalutari noſtro. Gloꝛia pa-
tri et filio. Sine Dn̄s vobiſcū Oꝛe
mus. Flectamus genua. Colla.
Omnipotēs ſēpiterne deus:
qui per cōtinētiā ſalutarē/
et coꝛpoꝛibꝰ mederis et mētibus:
maieſtatē tuam ſupplices exoꝛa-
mus: vt pia ieiunantium depꝛe-
catione placatus: et pꝛeſentia no
bis ſubſidia pꝛebeas/ et futura.
Per. Lectio libꝛi leuitici. xxiij.
In diebus illis. Locutꝰ eſt
dominus ad moyſen dicēs
Decimo die menſis huius ſepti-
mi dies expiationū erit celeberri
mus/ et vocabitur ſanctus. Affli
getiſqꝫ animas veſtras in eo: et
offeretis holocauſtum domino.
Omne opus ſeruile non facietis
in tempoꝛe diei huius: quia dies
pꝛopiciatiōis eſt: vt pꝛopiciet vo
bis dominꝰ deus veſter. Omnis
anima que afflicta non fuerit die
hac: peribit de populis ſuis. Et q̄
operis quippiam fecerit: delebo
eam de populo ſuo. Nichil ergo
operis facietis in eo. Legittimū
ſempiternū erit vobis in cunctis
generatiōibus/ et habitaculis ve
ſtris. Sabbatū requietionis eſt:
affligetiſqꝫ animas veſtras. Die
nono menſis ſeptimi a veſpera
vſqꝫ ad veſperū: celebꝛabitis ſab-
bata veſtra. Dicit dominus: om
nipotens. Gr. Pꝛopicius eſto do-
mine peccatis noſtris nequando di-
cant gentes vbi eſt deus eoꝛum. V.
Adiuua nos deus ſalutaris noſter:
et pꝛopter honoꝛem nominis tui do-
mine libera nos. Oꝛemus. Flecta-
mus genua Leuate. Collecta.
Da nobis q̄s o ōipotēs deus:
vt ieiunando tua gratia

ſatiemur: et abſtinendo cunctis
efficiamur hoſtibꝰ foꝛtioꝛes. Per

Lectio libꝛi leuitici. xxiij.

IN diebus illis. Locutꝰ eſt
dominus ad moyſen dicēs
Quītodecimo die menſis huius
ſeptimi: quando congregaueri-
tis omnes fructꝰ terre veſtre: ce-
lebꝛabitis ferias domini ſeptem
diebus. Die pꝛimo et die octauo
erit ſabbatum: id eſt requies Su
metis vobis die pꝛimo fructus
arboꝛis pulcherrime: ſpatulaſqꝫ
palmarum: et ramos ligni den-
ſarum frondium: ⁊ ſalices de toꝛ
rente: et letabimini coꝛam domi
no deo veſtro: celebꝛabitiſqꝫ ſolē-
nitatem eius ſeptem diebus per
annum. Legitimū ſempiternū
erit in generatiōibꝰ veſtris. Mē-
ſe ſeptimo feſta celebꝛabitis: ⁊ ha
bitabitis in vmbꝛaculis ſeptem
diebus. Omnis qui de genere eſt
iſrael manebit in tabernaculis:
vt diſcant poſteri veſtri / qꝛ in ta-
bernaculis habitare fecerim fili-
os iſrael: cum educerē eos de ter-
ra egypti. Ego dominꝰ: deus ve-
ſter Gꝛ. Pꝛotectoꝛ noſter aſpice de
us: et reſpice ſuper ſeruos tuos. V⁹.
Dñe deus virtutum exaudi pꝛeces
ſeruoꝛum tuoꝛum. Oꝛemus. Fle-
ctamus genua Leuate. Oꝛatio.

Uere queſumus domine
familiam tuam: vt ſalu-
tis eterne remedia que te aſpirā-
te requirimus: te largiente conſe
quamur. Per dominū noſtrum
ieſum chꝛiſtū filium tuum. Qui

Lectio michee pꝛophete. vij.

DOmine deus noſter paſce
populum tuum in virga
tua gregem hereditatis tue: ha-
bitantes ſolos in ſaltu: iuxta di-
es antiquos. Uidebunt gentes: ⁊
confundentur ſuper omni foꝛti-
tudine ſua / quoniā quis deus ſi-
milis tui? Qui aufers iniquitatē
et transfers peccatum reliquiaꝝ
hereditatis tue. Nō immittet vl-
tra furoꝛem ſuum: quoniam vo
lens eſt miſericoꝛdiā Reuertetur
et miſerebitur noſtri. Deponet
iniquitates noſtras: ⁊ pꝛoijciet in
pꝛofundum maris omnia pecca
ta noſtra. Dabis veritatē iacob /
miſericoꝛdiā abꝛaham / que iura
ſti patribus noſtris a diebus an-
tiquis: domine deus noſter. Gꝛ.
Ad dñm dum tribularer clamaui:
et exaudiuit me. V⁹. Domine libera
animam meam a labijs iniquis: et a
lingua doloſa. Oꝛemus Flectamꝰ
genua Leuate. Collecta.

PReſta queſumus domine
ſic nos ab epulis carnali-
bus abſtinere: vt a vicijs irruen-
tibus pariter ieiunemꝰ. Per do-
minum noſtrum ieſum chꝛiſtū.

Lectio zacharie pꝛophete. viij.

IN diebus illis. Factum eſt
verbum dñi ad me dicens.
Hec dicit dñs deus exercituū. Si
cut cogitaui vt affligerē vos: cū
ad iracundiam me pꝛouocaſſent
patres veſtri: ⁊ nō ſum miſertus
ſic conuerſus cogitaui in diebus
iſtis vt benefaciā hieruſalē et do-
mui iuda. Nolite timere. Hec ſūt
ergo verba que facietis. Loqui-
mini veritatem vnuſquiſqꝫ cum
pꝛoximo ſuo. Ueritatē et iudiciū
pacis iudicate in poꝛtis veſtris: ⁊
vnuſquiſqꝫ malū cōtra amicum

ſuum ne cogitetis in cordibus ve
ſtris: et iuramentū mendax ne di
ligatis. Omnia enī hec ſunt que
odi: dicit dñs. Et factum eſt ver-
bum domini exercituū ad me di-
cens. Hec dicit dñs exercituū. Ie-
iunium quarti et ieiunium quin
ti: et ieiunium ſeptimi / et ieiuniū
decimi: erit domui iude: in gau-
dium et leticiā: et in ſolēnitates
preclaras. Veritatē tātū / et pacē
diligite. Dicit dñs omnipotens
Gr. Dirigatur oratio mea ſicut in-
cenſum in cōſpectu tuo dñe ℣. Eleua
tio manuū mearū: ſacrificiū veſperti
nū. Oremus Flectam⁹. Collecta
Ut nos domine tribuis ſo
lenne tibi deferre ieiuniū
ſic nobis queſumus indulgentie
tue preſta ſubſidiū. Per dominū
noſtrum ieſum. Lectio danielis
prophete. Angelus dñi deſcēdit.
Hymnus. Benedictus es domie.
Require in aduētu dñi in ſabba-
to quatuor temporum. folio. vj.
Hic dicitur Dñs vobiſcū. Sine
Flectamus genua. Collecta.
Deus qui tribus pueris mi
tigaſti flammas ignium:
concede propicius: vt nos famu
los tuos non exurat flamma vi-
ciorum. Per dominū noſtrum ie
ſum chriſtum. Ad hebreos. ix.
Fratres. Tabernaculū fa-
ctū eſt primū in quo erant
candelabra / et menſa et propoſi-
tio panum: que dicitur ſancta.
Poſt velamentū autem ſecundū
tabernaculū quod dicitur ſācta
ſanctorum: aureum habens thu
ribulum / ⁊ arcam teſtamenti cir
cuntectam auro ex omni parte:
in qua vrna aurea habens man-
na / et virga aaron que frondue-
rat / et tabule teſtamenti: ſuper
que erant cherubin glorie obum
brantia propitiatoriū: de quibus
non eſt modo dicendum per ſin-
gula His vero ita compoſitis: in
priori quidem tabernaculo ſem-
per introibant ſacerdotes ſacri-
ficiorum officia conſummantes
In ſecūdo vero ſemel in anno ſo
lus pontifex: non ſine ſanguine
quem offerret pro ſua et populi
ignorantia. Hoc ſignificante ſpi
ritu ſancto nōdum propalatam
eſſe ſanctorum viam: adhuc prio
re tabernaculo habente ſtatum:
que parabola eſt temporis inſtā-
tis. Iuxta quā munera et hoſtie
offeruntur: que non poſſunt iux
ta conſcientiā perfectū facere ſer
uientē ſolūmodo in cibis ⁊ in po
tibus ⁊ in varijs baptiſmatibus
et iuſticijs carnis / vſq; ad temp⁹
correctionis impoſitis Chriſtus
autem aſſiſtens pontifex futuro-
rum bonorū per āplius ⁊ ꝑfectius
tabernaculū non manufactū: id
eſt non huius creatiōis: neq; per
ſanguinē hircorum aut vitulorū:
ſed per proprium ſanguinem in-
troiuit ſemel in ſancta: eterna re
demptione inuenta. Tractus.
Laudate dominū omnes gen
tes: ⁊ collaudate eum omnes
populi ℣. Quoniam confirmata eſt
ſuper nos miſericordia eius: et veri-
tas domini manet in eternum.
Secundum Lucam. xiij.
In illo tpe. Dicebat ieſus
turbis ſimilitudinē hanc.
Arborē fici habebat quidā plan-

tatã in vinea ſua: et venit querēs
fructũ in illa/ et non inuenit. Di=
xit autē ad cultoꝛē vinee. Ecce an
ni tres ſunt: ex quo venio querēs
fructũ in ficulnea hac: et non in=
uenio. Succide ergo illã. Ut qđ
etiam terram occupat? At ille re
ſpondens dixit illi. Dñe: dimitte
illam ⁊ hoc anno: vſq3 dum fodi=
am circa illam: et mittam ſterco
ra Et ſi quidem fecerit fructum:
ſin autē in futuro ſuccides eam.
Erat autem docēs in ſynagoga
eoꝛũ ſabbatis Et ecce mulier que
habebat ſpiritũ infirmitatis an
nis decem et octo: et erat inclina
ta: nec omnino poterat ſurſũ re=
ſpicere. Quã cum vidiſſet ieſus:
vocauit eam ad ſe/ et ait illi. Mu
lier/ dimiſſa es ab īfirmitate tua.
Et impoſuit illi manus: et confe
ſtim erecta eſt: et gloꝛificabat de=
um. Reſpondens autem archiſy
nagogus/ indignans quia ſabba
to curaſſet ieſus: dicebat turbe.
Sex dies ſunt in quibus opoꝛtet
operari. In his ergo venite et cu
ramini: et non in die ſabbati. Re
ſpondit autem ad illum domin⁹
et dixit. Hipocrite: vnuſquiſq3 ve
ſtrum ſabbato nõ ſoluit bouem
ſuum aut aſinũ a pꝛeſepio: et du=
cit adaquare Hanc autem filiam
abꝛahe quã alligauit ſathanas:
ecce decē et octo annis/ non opoꝛ=
tuit ſolui a vinculo iſto die ſabba
ti? Et cum hec diceret: erubeſce=
bant omnes aduerſarij eius. Et
omnis populus gaudebat in vni
uerſis que gloꝛioſe fiebant ab eo
Offr. Dñe deus ſalutis mee in die
clamaui et nocte coꝛam te: intret oꝛa
tio mea in cõſpectu tuo dñe. Secre.
COncede queſumus omni=
potens deus: vt oculis tue
maieſtatis munus oblatũ: ⁊ gra
tiam nobis deuotionis obtineat
et effectum beate perēnitatis ac=
quirat. Per dñm. Coio. Menſe
ſeptimo feſta celebꝛabitis: cum in ta=
bernaculis habitare fecerim filios iſ=
rael cum educerem eos de terra egy=
pti ego domin⁹ deus veſter. Cõplē.
PErficiant in nobis domine
queſumus tua ſacramen=
ta quod cõtinent: vt que nũc ſpe=
cie gerimus: rerum veritate ca=
piamus. Per do. ¶ Dñica. xviij.
poſt Trini. Ad miſſã Introit⁹.
DA pacem domine
ſuſtinētibus te: vt
pꝛophete tui fide=
les inueniãtur. ex
audi pꝛetes ſerui
tui et plebis tue iſ
rael. ps. Letatus ſum in his que di
cta ſunt mihi: in domum domini ibi=
mus. Gloꝛia patri et filio. Collecta
DA queſumus domine po=
pulo tuo diabolica vitare
contagia: et te ſolum dñm pura
mente ſectari. Per dominum no
ſtrum. Ad coꝛinthios. j. j.
FRatres. Gratias ago deo
meo ſemper pꝛo vobis in
gratia dei que data eſt vobis in
chꝛiſto ieſu/ quia in omnibus di=
uites facti eſtis in illo ī omni ver
bo/ et in omni ſcientia ſicut teſti=
monium chꝛiſti cõfirmatum eſt
in vobis: ita vt nichil vobis deſit
in vlla gratia/ expectantibus re=
uelationē domini noſtri ieſu chꝛi
ſti. Qui et confirmabit vos vſq3

in finem ſine crimine: in die ad-
uẽtus domini noſtri: ieſu chriſti.
Gr. Letatus ſum in his que dicta
ſunt mihi: in domum dñi ibimus. ℣.
Fiat pax in virtute tua: et abundã-
tia in turrib⁹ tuis. Alla. ℣. In exi-
tu iſrael de egypto domus iacob de
populo barbaro. ℣. Facta eſt iudea
ſãctificatio eius iſrael poteſtas eius.

Secundum Matheum. xxij.

In illo tẽpore. Acceſſerunt
ad ieſum phariſei: et inter-
rogauit eum vnus ex eis legiſdo
ctor tẽptans eũ. Magiſter: quod
eſt mandatũ magnũ in lege? Ait
illi ieſus. Diliges dñm deum tuũ
ex toto corde tuo: et ex tota ani-
ma tua: et in tota mente tua. Hoc
eſt maximũ et primũ mandatũ.
Secundũ autem ſimile eſt huic.
Diliges proximũ tuũ ſicut teip-
ſum. In his duob⁹ mãdatis vni-
uerſa lex pendet et prophete. Con
gregatis autem phariſeis inter-
rogauit eos ieſus dicens. Quid
vobis videtur de chriſto: cuius fi
lius eſt? Dicunt ei. Dauid. Ait il
lis. Quomodo ergo dauid in ſpi
ritu vocat eum dñm dicens. Di-
xit dñs domino meo / ſede a dex-
tris meis. donec ponã inimicos
tuos: ſcabellũ pedũ tuorũ? Si er
go dauid vocat eũ dñm quomo-
do filius eius eſt? Et nemo pote-
rat reſpõdere ei verbũ: neq; auſ⁹
fuit quiſq; ex illa die: eum ampli-
us interrogare. Offer. Sanctifi-
cauit moyſes altare dño offerens ſu
per illud olocauſta / et immolans vi-
ctimas fecit ſacrificium veſpertinum
in odorem ſuauitatis dño deo in con
ſpectu filiorum iſrael. Secreta.

Maieſtatem tuam dñe ſup-
pliciter deprecamur: vt hec
ſancta que gerimus: et a preteri-
tis nos delictis exuant et futuris
Per dñm. Coio. Tollite hoſtias
et introite in atria eius: adorate do-
minum in aula ſancta eius. Cõplẽ.
Sanctificationib⁹ tuis om-
nipotens deus: et vicia no
ſtra curentur: et remedia nobis
eterna proueniant. Per dñm no
ſtrum. Ad coloſſenſes. iij.

Fratres. Mortificate mẽ-
bra veſtra que ſunt ſuper
terram. Fornicationẽ / immun-
ditiam / libidinem / cõcupiſcentiã
malam / et auariciam: que eſt ſi-
mulachrorum ſeruit⁹. Propter que
venit ira dei ſuper filios incredu
litatis: in quibus ambulaſtis ali
quando: cum viueretis in illis.
Nunc autem deponite et vos om
nia: iram / indignationẽ / malici-
am / blaſphemiã / turpem ſermo-
nem de ore veſtro. Nolite menti-
ri inuicem: expoliantes vos vete
rem hominem cum actibus ſuis
et induentes nouum: eum qui re-
nouatur in agnitionẽ dei ſecun-
dum imaginem eius / qui creauit
eum. Ubi non eſt gentilis et iude-
us: circunciſio et preputiũ / bar-
barus et ſcita: ſeruus et liber: ſed
omnia et in omnibus chriſtus.

Secundum Matheum. xiij.

In illo tpe Dixit ieſus diſci
pulis ſuis parabolã hanc.
Simile factũ eſt regnũ celorũ ho
mini qui ſeminauit bonũ ſemen
in agro ſuo. Cum autẽ dormirẽt
hoies / venit inimicus eius: et ſu-
perſeminauit zizania / in medio

tritici/ et abijt. Cum autẽ creuiſ-
ſet herba ⁊ feciſſet fructum: tunc
apparuerunt et zizania. Accedẽ-
tes autem ſerui patriſfamilias:
dixerunt ei. Domine: nonne bo-
nũ ſemen ſeminaſti in agro tuo?
Unde ergo habet zizania? Et ait
illis. Inimicus homo hoc fecit.
Serui autẽ dixerũt ei. Uis imus
et colligim⁹ ea? Et ait. Non. Ne
forte colligentes zizania: eradice
tis ſimul et triticũ. Sinite vtra-
qꝫ creſcere vſqꝫ ad meſſẽ: et in tem
pore meſſis dicam meſſoribus.
Colligite primum zizania: et al-
ligate ea in faſciculos ad combu
rendũ. Triticum autem congre
gate: in horreum meũ. ¶ Feria.
vi. Secundum Matheum. xiij.

In illo tempore dixit ieſus
diſcipulis ſuis parabolam
hanc. Simile eſt regnum celorũ
grano ſynapis: quod accipiens
homo ſeminauit in agro ſuo: qđ
minimum quidem eſt omnibus
ſeminibus. Cum autem creuerit
maius eſt omnib⁹ oleribus: et fit
arbor: ita vt volucres celi veniãt
et habitent in ramis eius. Aliam
parabolam locutus eſt eis Simi
le eſt regnum celorum fermento
quod acceptum mulier abſcon-
dit in farine ſatis tribus: donec
fermentatum eſt totum. Hec om
nia locutus eſt ieſus in parabo-
lis ad turbas: et ſine parabolis
non loquebatur eis: vt implere-
tur quod dictũ erat per prophe-
tam dicentem. Aperiam in para
bolis os meũ/ eructuabo abſcon
dita: a cõſtitutione mũdi. ¶ Do-
minica. xix. poſt trini. Introit⁹.

Salus populi ego
ſum dicit dñs/ de
quacunqꝫ tribula
tione clamauerit
ad me exaudiam
eos: et ero illorũ
dñs imperpetuũ. Ps. Attẽdite po
pule me⁹ legẽ meã: inclinate aurẽ ve
ſtram in verba oris mei. Gloria pa.

Dirigat corda no- Colle.
ſtra queſum⁹ domine tue
miſerationis operatio: quia tibi
ſine te placere nõ poſſumus. Per
dñm. Ad epheſios. iiij.

Fratres. Renouamini ſpi
ritu mẽtis veſtre: ⁊ indui-
te nouum hominẽ qui ſecũdum
deũ creatus eſt: in iuſticia/ et ſan-
ctitate veritatis. Propter quod
deponentes mendacium: loqui-
mini veritatem vnuſquiſqꝫ cum
proximo ſuo: quoniã ſumus in-
uicem mẽbra. Iraſcimini: et no-
lite peccare. Sol non occidat/ ſu-
per iracũdiam veſtram. Nolite
locum dare diabolo Qui furaba
tur: iam non furetur. Magis au
tem laboret operando manibus
ſuis quod bonum eſt: vt habeat
vnde tribuat: neceſſitatẽ patien-
ti. Grad. Dirigatur oratio mea ſi
cut incenſum in conſpectu tuo domi-
ne. ℣. Eleuatio manuum mearũ ſa-
crificium veſpertinũ. Alla. ℣. Di-
lexi quoniam exaudiuit dñs vocem
meam. Secundũ Matheum. ix.

In illo tempore. Aſcendẽs
ieſus in nauiculam tranſ-
fretauit: ⁊ venit in ciuitatẽ ſuam
Et ecce offerebant illi paraliticũ
iacentem in lecto Uidens autem
ieſus fidem illorũ/ dixit paraliti-

co. Confide fili: remittũtur tibi peccata tua. Et ecce quidã de ſcribis dixerũt intra ſe. Hic blaſphemat. Et cum vidiſſet ieſus cogitatiões eorum/ dixit. Et quid cogitatis mala in cordibus veſtris Quid eſt facilius dicere/ dimittũtur tibi pctã tua: an dicere/ ſurge et ambula? Ut autem ſciatis quoniam filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata: tũc ait paralitico. Surge: tolle lectum tuum/ et vade in domũ tuam. Et ſurrexit: et abijt in domum ſuam. Uidẽtes autem turbe: timuerunt Et glorificauerũt deum: qui dedit poteſtatẽ talem hominibus. Offr. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine: et ſuper iram inimicorũ meorum extendes manum tuam: et ſaluum me fecit dextera tua. Secre

Deus qui nos per huius ſacrificij veneranda cõmertia vnius ſũmeq; diuinitatis participes efficis: preſta queſumus: vt ſicut tuam cognoſcimus veritatem: ſic eam dignis mentibus et moribus aſſequamur. Per dominũ noſtrum ieſum. Coio Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis vtinam dirigantur vie mee ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.

Gratias tibi referimus domine ſacro munere vegetati: tuam miſericordiam deprecantes: vt dignos nos eius participatione perficias. Per dominum noſtrum ieſum. Cõplẽ.

¶ Feria iiij. Ad theſſalonicenſes. ij.iij.

Fratres. State et tenete traditiones quas didiciſtis: ſiue per ſermonem ſiue per epiſtolam noſtram. Ipſe autem dominus noſter ieſus chriſtus et pater noſter qui dilexit nos: et dedit nobis conſolationẽ eternam et ſpem bonam in gratia: exhortetur corda veſtra et cõfirmet in omni opere ⁊ ſermone bono. De cetero fratres orate pro nobis vt ſermo dei currat ⁊ clarificetur ſicut et apud vos/ vt liberemur ab importunis ⁊ malis hominibus Non enim omnium eſt fides. Fidelis autem deus eſt: qui confirmabit vos et cuſtodiet a malo. Confidimus autrem fratres de vobis in dño: quoniam quecũq; precepimus et facitis/ et facietis. Dñs autem dirigat corda veſtra in caritate dei et patientia chriſti

Secundum Matheum. xiij.

In illo tẽpore. Acceſſerunt ad ieſum diſcipuli eius dicentes. Ediſſere nobis parabolã zizaniorũ agri. Qui reſpondens ait. Qui ſeminat bonum ſemen/ eſt filius hominis. Ager autem/ eſt mundus. Bonum vero ſemẽ/ hij ſunt filij regni: zizania autẽ filij ſunt neq;. Inimicus autẽ qui ſeminauit ea: eſt diabolus. Meſſis vero/ conſummatio ſeculi eſt. Meſſores autẽ/ angeli ſunt. Sicut ergo colliguntur zizania/ et igni cõburuntur: ſic erit in conſummatiõe ſeculi. Mittet filius hoĩs angelos ſuos: et colligẽt de regno eius omnia ſcãdala: et eos qui faciunt iniquitatẽ: et mittent eos in caminũ ignis. Ibi erit fletus et ſtridor dentium. Tunc iuſti fulgebũt ſicut ſol in regno pa-

tris eorum. Qui habet aures au-
diendi: audiat. ¶ Feria ſexta.
Secundum Marcum. xiij.
IN illo tēpore. Interroga-
tus ieſus a diſcipulis de cō-
ſūmatione ſeculi/dixit eis. Cum
videritis abhominationē deſola
tionis ſtantem vbi non debet: qui
legit intelligat. Tunc qui in iu-
dea ſunt fugient in mōtes: et qui
ſuper tectum ne deſcendat in do-
mum: nec introeat vt tollat quid
de domo ſua. Et qui in agro erit
non reuertatur retro tollere ve-
ſtimentum ſuum. Ue autem pre-
gnantibus et nutriētibus in illis
diebus. Orate vero vt hyeme nō
fiant. Erunt enim dies illi tribu
lationis tales: quales nō fuerūt
ab initio creature/ quam cōdidit
deus vſqꝫ nunc: neqꝫ fient. Et niſi
breuiaſſet dominꝰ dies/non fuiſ-
ſet ſalua omnis caro. Sed pro-
pter electos quos elegit: breuia-
uit dies. Et tunc ſi quis vobis di-
xerit: ecce hic eſt chriſtus/ecce illic
ne credideritis. Surgent enim
pſeudo chriſti/et pſeudo prophe-
te: et dabunt ſigna et portēta ad
ſeducendos/ſi fieri poteſt etiam
electos. Uos ergo videte: ecce pre
dixi vobis omnia. ¶ Dñica. xx.
poſt Trini. Ad miſſam Officiū.

Omnia q̄ feciſti no-
bis dñe/in vero iu
dicio feciſti: quia
peccauimus tibi/
et mandatis tuis
non obediuimus
ſed da gloriā nōi tuo/et fac nobi-
ſcū ſcḋm multitudinē miſericor-
die tue. Ps. Magnus dñs et lauda-
bilis nimis: in ciuitate dei noſtri in
monte ſancto eius. Gloria pa. Col.

Omnipotens et miſericors
deus/vniuerſa nobis ad-
uerſantia propiciatus exclude:
vt mente et corpore pariter expe
diti: que tua ſūt liberis mētibus
exequamur. Per dñm noſtrum
ieſum chriſtum. Ad epheſios. vi.

Fratres Uidete quomodo
caute ambuletis: nō qua-
ſi inſipientes/ſed vt ſapiētes. Re-
dimentes tempus: quoniam di-
es mali ſūt. Propterea nolite fie-
ri imprudētes: ſed intelligentes
que ſit volūtas dei. Et nolite ine-
briari vino/in quo eſt luxuria:
ſed impleamini ſpiritu ſācto: lo-
quētes vobiſmetipſis in pſalmis
et in hymnis et canticis ſpiritali
bus: cantantes et pſallētes in cor
dibus veſtris domino. Gratias
agentes ſemper pro omnibus in
nomine domini noſtri ieſu chri-
ſti: deo et patri: Subiecti inuicē:
in timore chriſti. Gr. Oculi om-
nium in te ſperant domine: et tu das
illis eſcam in tempore oportuno. ℣.
Aperis tu manū tuā: et imples om-
ne animal benedictione. Alleluya
℣. Laudate dominum omnes gen-
tes: et collaudate eum omnes populi
Secundum Matheum. xxij.

IN illo tempore. Loqueba
tur ieſus cum diſcipulis ſu
is in parabolis dicēs. Simile fa-
ctum eſt regnum celorum homi-
ni regi qui fecit nuptias filio ſuo
Et miſit ſeruos ſuos vocare inui
tatos ad nuptias/et nolebant ve
nire. Iterum miſit alios ſeruos/
dicēs. Dicite inuitatis. Ecce pran-

dium meum paraui: tauri mei/
et altilia occiſa ſunt/ ⁊ omnia pa
rata: venite ad nuptias. Illi au
tem neglexerũt. Et abierunt ali
us in villam ſuam: alius vero ad
negociationẽ ſuam. Reliqui ve
ro tenuerunt ſeruos eius: et con
tumelijs affectos/ occiderũt. Rex
autem cum audiſſet iratus eſt: et
miſſis exercitibꝰ ſuis perdidit ho
micidas illos: et ciuitatem illoꝛũ
ſuccendit. Tunc ait ſeruis ſuis.
Nuptie quidem parate ſunt: ſed
qui inuitati erant/ non fuerũt di
gni. Ite ergo ad exitus viarum:
et quoſcunqꝫ inueneritis/ vocate
ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius
in vias/ congregauerunt omnes
quos inuenerũt bonos ⁊ malos:
et implete ſunt nuptie diſcumbẽ
tium. Intrauit autem rex vt vi
deret diſcũbentes: et vidit ibi ho
minem non veſtitum veſte nup
tiali: et ait illi. Amice: quomodo
huc intraſti/ non habens veſtem
nuptialẽ? At ille obmutuit. Tũc
dixit rex miniſtris. Ligatis ma
nibus eius et pedibus: mittite eũ
in tenebꝛas exterioꝛes: ibi erit fle
tus/ et ſtridoꝛ dẽtium. Multi eni
ſunt vocati: pauci vero electi.
Offer. Super flumina babylonis
illic ſedimus et fleuimus: dum recoꝛ
daremur tui ſyon. Secreta
Hec munera queſumus do
mine que oculis tue maie
ſtatis offerimꝰ: ſalutaria nobis
eſſe concede. Per dominum no
ſtrũ ieſum. Coio. Memento ver
bi tui ſeruo tuo domine in quo michi
ſpem dediſti: hec me conſolata eſt in
humilitate mea. Complenda.

Tua nos queſumus domi
ne medicinalis operatio:
et a noſtris aduerſitatibꝰ clemen
ter expediat: ⁊ tuis faciat ſemper
inherere mãdatis. Per dñm no
ſtrum ieſum chꝛiſtum. ¶ Feria
iiij. Ad theſſalonicenſes. ij. vlti.
Fratres. Denũciamus vo
bis in nomine domini no
ſtri ieſu chꝛiſti: vt ſubtrahatꝭ vos
ab omni fratre ambulante inoꝛ
dinate: et non ſecundũ traditio
nem quam acceperunt a nobis.
Ipſi enim ſcitis: quemadmodũ
opoꝛteat imitari nos. Quoniam
non inquieti fuimus inter vos:
neqꝫ gratis panem manducaui
mꝰ ab aliquo: ſed in laboꝛe et fa
tigatione/ nocte et die operantes
ne quem veſtrum grauaremus.
Non quaſi non habuerimus po
teſtatem: ſed vt nos metipſos foꝛ
mam daremus vobis ad imitan
dum nos. Nam et cum eſſemus
apud vos: hoc denũciabamꝰ vo
bis: quoniã ſi quis non vult ope
rari: nec mãducet. Audiuimus
enim inter vos quoſdam ambu
lantes in quiete: nichil operãtes
ſed curioſe agentes. His autẽ qui
huiuſmodi ſunt: denũciamus et
obſecramus in domino ieſu chꝛi
ſto: vt cum ſilentio operantes ſu
um panem manducent. Vos au
tem fratres: nolite deficere bene
facientes. In chꝛiſto ieſu: domio
noſtro. Secũdum Lucam. xiiij.
In illo tempoꝛe. Dicebat ie
ſus cuidam pꝛincipi phari
ſeoꝛum. Cum facis pꝛandiũ aut
cenam: noli vocare amicos tuos
neqꝫ fratres tuos/ neqꝫ cognatos

neqꝫ vicinos/ neqꝫ diuites:ne for-
te et ipſi te reinuitent: et fiat tibi
retributio. Sed cum facis cõui-
uium: voca pauperes/ ac debiles
cecos/et claudos / et beatus eris:
quia non habent retribuere tibi.
Retribuetur enim tibi: in reſur-
rectiõe iuſtorum. Hec cum audiſ-
ſet quidam de ſimul diſcumben-
tibus: dixit illi. Beatus qui man
ducabit panẽ in regno dei. ¶ Fe-
ria.vi. Secundum Lucam. vi.

IN illo tẽpore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Beati eri-
tis cum vos oderint homines:et
cum ſeparauerint vos / et expro-
brauerint et eiecerint nomen ve-
ſtrum tanꝙ malum propter fili-
um hominis. Gaudete in illa die
et exultate: ecce enim merces ve-
ſtra multa eſt in celo. Scdm hec
enim faciebãt prophetis patres
eorum. Ueruntamen ve vobis di
uitibus: qui habetis conſolatio-
nem veſtrã. Ue vobis qui ſatura
ti eſtis: quia eſurietis. Ue vobis
qui ridetis nunc: quia lugebitis
et flebitis. Ue vobis cum benedi-
xerint vobis omnes hoies: ſcdm
hec eni faciebant pſeudo prophe
tis patres eorum. Sed vobis di-
co qui auditis Diligite inimicos
veſtros: bñfacite his qui oderũt
vos Benedicite maledicentibus
vobis: et orate pro calumnianti-
bus vos. Et qui te percutit in ma
xillã: prebe illi et alteram. Et ab
eo qui aufert tibi veſtimentum:
etiam tunicam noli prohibere.
Omni autem petenti te tribue: &
qui aufert que tua ſunt / ne repe-
tas. Et prout vultis vt faciãt vo-
bis homines: et vos facite illis ſi
militer. Et ſi diligitis eos/ q vos
diligunt: que vobis eſt gratia?
Nam et peccatores diligentes ſe
diligunt Et ſi bñfeceritis his qui
vobis benefaciunt: que vobis eſt
gratia? Siquidem et peccatores
hoc faciunt. Et ſi mutuum dede
ritis his a quibus ſperatis reci-
pere: que gratia eſt vobis? Nam
et peccatores peccatoribus fene-
rantur: vt recipiant equalia. Ue
runtamen diligite inimicos ve-
ſtros: benefacite: et mutuum da-
te/nichil inde ſperantes. Et erit
merces veſtra: multa in celis.

¶ Dñica.xxi.poſt trini. Introi.

IN voluntate tua
domine vniuerſa
ſunt poſita: et nõ
eſt qui poſſit reſi-
ſtere volũtati tue
tu eni feciſti om-
nia celum et terram et vniuerſa
que celi ambitu continentur: do-
minus vniuerſorũ tu es. ps. Bea
ti immaculati in via: qui ambulant
in lege domini. Gloria patri. Colla

LArgire queſumus domi-
ne fidelibus tuis indulgẽ-
tiam placatus et pacem: vt pari-
ter ab omnibus mundentur of-
fenſis: et ſecura tibi mente deſer-
uiant. Per dñm noſtrum ieſum
chriſtum. Ad epheſios. vi.

FRatres Confortamini in
dño: et in potentia virtu-
tis eius. Induite vos armaturã
dei: vt poſſitis ſtare aduerſus in-
ſidias diaboli. Quoniã nõ eſt no
bis colluctatio aduerſus carnẽ &
ſanguinem: ſed aduerſus princi-

patus et poteſtates: et aduerſus mundi rectores tenebrarũ harũ: contra ſpiritalia nequitie in celeſtibus. Propterea accipite armaturam dei/ vt poſſitis reſiſtere in die malo / et in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate: et induti loricã iuſtitie: et calciati pedes in preparatiõe euangelij pacis. In õibus ſumentes ſcutum fidei in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Et galeam ſalutis aſſumite/ et gladium ſpiritus: quod eſt verbum dei. Gr. Dñe refugiũ factus es nobis: a generatiõe et progenie. V. Priuſq̃ mõtes fierẽt aut formaretur terra et orbis: a ſeculo et in ſeculum tu es deus Alleluya V. De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocem meã.

Secundum Johannem. iiij.

In illo tempore. Erat quidam regulus cuius filius infirmabat capharnaũ Hic cum audiſſet / quia ieſus adueniret a iudea in galileam: abijt ad eum et rogabat eum vt deſcenderet & ſanaret filium eius. Incipiebat eni mori. Dixit ergo ieſus ad eũ. Niſi ſigna et prodigia videritis: non creditis. Dicit ad eum regulus. Domie deſcende priuſq̃ moriatur filius meus. Dicit ei ieſus Vade: filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni quẽ dixit ei ieſus: et ibat. Jam autem eo deſcendẽte/ſerui occurrerũt ei: et nunciauerunt dicentes: quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis: in qua melius habuerit. Et dixerunt ei. Quia heri hora ſeptima: reliquit eum febris. Cognouit ergo pater q̃a illa hora erat in qua dixit ei ieſus: filius tuus viuit. Et credidit ipſe: et domus eius tota. Offr. Vir erat in terra hus noie iob / ſimplex et rectus ac timens deum: quem ſathan petijt vt temptaret: et data eſt ei poteſtas a domio in facultate et in carne eius: perdiditq; omnem ſubſtantiã ipſius et filios carnem quoq; eius graui vlcere vulnerauit.

Secreta.

Celeſtem nobis prebeãt hec myſteria queſumus domine medicinam: et vicia noſtri cordis expurgent. Per dñm. Coio. In ſalutari tuo aĩa mea / et in verbum tuum ſperaui: quãdo facies de perſequentibus me iudicium iniqui perſecuti ſunt me adiuua me domie deus meus.

Complenda.

Ut ſacris reddamur domine digni muneribus: fac nos queſumus tuis ſemper obedire mandatis. Per dñm noſtrũ

¶ Feria.iiij. Ad thimotheũ. j.j.

Hariſſime. Finis precepti eſt charitas: de corde puro et conſcientia bona: et fide nõ ficta. A quibus quidam aberrantes conuerſi ſunt in vaniloquiũ: volentes eſſe legiſdoctores: non intelligentes neq; que loquũtur: neq; de quibus affirmãt. Scim⁹ autem quia bona eſt lex: ſi quis ea legittime vtatur. Sciẽtes hoc quia lex iuſto non eſt poſita / ſed iniuſtis et non ſubditis: impijs & peccatoribus/ſceleratis/et contaminatis/patricidis & matricidis homicidis/et fornicarijs maſculorum concubitoribus / plagia-

rijs/mendacibus et periuris. Et ſi quid aliud ſane doctrine aduerſatur: que eſt ſecũdũ euãgelium glorie beati dei quod creditũ eſt michi. Gratias ago ei qui me cõfortauit: in chriſto ieſu: domino noſtro. Secundum Lucam. vj.

IN illo tempore. Factũ eſt vt intraret ieſus in ſinagogam ꝛ doceret. Et erat ibi homo et manꝰ eius dextera erat arida. Obſeruabant autẽ ſcribe et phariſei ſi in ſabbato curaret: vt inuenirent vnde accuſarent eum. Ipſe vero ſciebat cogitatiões eorum: et ait homini qui habebat manum aridam. Surge et ſta in medium. Et ſurgẽs ſtetit. Ait autẽ ad illos ieſus. Interrogo vos ſi licet ſabbatis bñfacere an male: animã ſaluã facere an perdere? Et circumſpectis omnibus/dixit homini. Extende manum tuam. Et extẽdit/et reſtituta eſt manus eius Ipſi autem repleti ſunt inſipientia: et colloquebãtur ad inuicem: quidnã facerent de ieſu ¶ Fer. vj. Scdm Matheũ. viij.

IN illo tẽpore. Cum veniſſet ieſus in domũ petri/ vidit ſocrum eius iacentem ꝛ febricantem. Et tetigit manum eius: et dimiſit eam febris: et ſurrexit et miniſtrabat eis. Veſpere autẽ facto: obtulerũt ei multos demonia habentes. Et eijciebat ſpiritus verbo: et omnes male habentes curauit: vt adimpleret quod dictum eſt per iſayam prophetã dicentem. Ipſe infirmitates noſtras accepit: et egrotationes noſtras portauit. ¶ Dñica.xxij. poſt Trini. Ad miſſã Introitus

SI iniquitates obſeruaueris domine: domĩe quis ſuſtinebit. qa apꝺ te propiciatio eſt deus iſrael. ps. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto. Col.

FAmiliam tuam queſumꝰ domine continua pietate cuſtodi: vt a cunctis aduerſitatibus te protegente ſit libera: et in bonis actibus tuo nomini ſit deuota. Per dñm noſtrum ieſum. Ad philippenſes. j.

FRatres. Cõfidimus in domino ieſu: quia qui cepit in vobis opus bonum: perficiet vſqꝫ in diem chriſti ieſu. Sicut eſt michi iuſtum hoc ſentire pro omnibꝰ vobis: eo ꝙ habeam vos in corde et in vinculis meis: et in defenſione: et confirmatione euangelij: ſocios gaudij mei oẽs vos eſſe. Teſtis enim michi eſt deus: quomodo cupiam vos omnes in viſceribus ieſu chriſti. Et hoc oro vt charitas veſtra magis ac magis abundet in ſcientia et in omni ſenſu: vt probetis potiora: vt ſitis ſinceres/ et ſine offenſa in diem chriſti ieſu: repleti fructu iuſticie. Per ieſum chriſtum: in gloria et laude dei. Gr. Ecce ꝙ bonũ et ꝙ iocundum: habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentum in capite: quod deſcendit in barbam: barbam aaron. ℣. Mandauit dñs benedictionem et vitam vſqꝫ in ſeculum. Alleluya. ℣. Lauda anima mea

dominum: laudabo dominum in vi-
ta mea: pſallam deo meo ꝙdiu ero.

Secundum Matheum. xviij.

IN illo tempoꝛe Dixit ieſus
diſcipulis ſuis ſimilitudi-
nem hanc. Simile eſt regnum ce
loꝛum homini regi: qui voluit ra
tionem ponere cum ſeruis ſuis.
Et cum cepiſſet rationem pone-
re: oblat⁹ eſt ei vnus qui debebat
decem milia talenta. Cum autẽ
non haberet vnde redderet: iuſſit
eum dominus eius venundari: ⁊
vxoꝛẽ eius/ et filios/ et omnia que
habebat/ et reddi. Pꝛocidens au-
tem ſeruus ille: rogabat eum di-
cens. Pacientiam habe in me: et
omnia reddam tibi. Miſertus au
tem dñs ſerui illius/ dimiſit eum
et debitũ dimiſit ei. Egreſſus au-
tem ſeruus ille: inuenit vnum de
conſeruis ſuis/ qui debebat ei cẽ-
tum denarios. Et tenens: ſuffo-
cabat eum dicẽs. Redde quod de
bes. Et pꝛocidens cõſeruus eius/
rogabat eum dicens. Pacientiã
habe in me: et omnia reddam ti-
bi. Ille autem noluit: ſed abijt et
miſit eum in carcerẽ: donec red-
deret debitum. Videntes autem
conſerui eius que fiebant: contri
ſtati ſũt valde. Et venerũt: et nar
rauerunt dño ſuo oĩa que facta
fuerant. Tunc vocauit illũ dñs
ſuus: et ait illi. Serue neꝙ omne
debitũ dimiſi tibi quoniã roga-
ſti me. Nonne ergo opoꝛtuit et te
miſereri conſerui tui: ſicut et ego
tui miſert⁹ ſũ? Et iratus dñs ei⁹:
tradidit eum toꝛtoꝛibus: quoad-
uſꝗ redderet vniuerſum debitũ.
Sic ⁊ pater meus celeſtis faciet vo
bis ſi non remiſeritis vnuſquiſꝗ
fratri ſuo: de coꝛdibus veſtris.

Offr. Recoꝛdare mei dñe oĩpoten
tatui dominans da ſermonẽ rectum
et bñſonãtem in os meũ vt placeant
verba mea in conſpectu pꝛincipum.

Suſcipe domĩe pꝛo- Secre.
picius hoſtias: quib⁹ et te
placari voluiſti: et nobis ſalutẽ
potẽti pietati reſtitui. Per. Coĩo

Dico vobis gaudiũ eſt angelis dei
ſuper vno peccatoꝛe penitẽtiã agẽte

Immoꝛtalitatis ali- Cõplẽ.
moniã cõſecuti queſumus
dñe: vt quod oꝛe percepimus pu-
ra mente ſectemur. Per dominũ

¶ Feria.iiij. Ad romanos. viij.

FRatres Spe ſalui facti ſu
mus. Spes autem que vi
detur: nõ eſt ſpes. Nam quod vi-
det quis/ quid ſperat? Si autem
quod nõ videmus ſperamus: per
pacientiã expectamus. Simili-
ter autem: ⁊ ſpiritus adiuuat in-
firmitatẽ noſtrã. Nam quid oꝛe-
mus ſicut opoꝛtet neſcimus: ſed
ipſe ſpiritus poſtulat pꝛo nobis
gemitibus inenarrabilib⁹. Qui
autem ſcrutatur coꝛda: ſcit quid
deſideret ſpiritus: quia ſecundũ
deum: poſtulat pꝛo ſanctis.

Secundum Marcum. iiij.

IN illo tpe. Dixit ieſus diſci
pulis ſuis. Videte quid au-
diatis. In qua menſura mẽſi fue
ritis/ remetietur vobis: et adijcie
tur vobis. Qui enim habet/ dabi
tur illi: et qui non habet/ etiam
quod habet auferet ab eo. Et dice
bat. Sic eſt regnum dei quemad
modum ſi homo iaciat ſementẽ
in terram/ et doꝛmiat et exurgat

nocte ac die: et ſemen germinet ⁊
increſcat: dum neſcit ille. Ultro
enim terra fructificat primũ her
bam: deĩde ſpicam: deinde plenũ
frumẽtum in ſpica. Et cum ex ſe
produxerit fructus ſtatim mittit
falcem quoniam adeſt meſſis.

¶ Feria. vj. Scdm Marcum. ij.

In illo tempore. Cum pre
teriret ieſus / vidit leui al
phei ſedentẽ ad theloneum: et ait
illi. Sequere me. Et ſurgens ſe
cutus eſt eum Et factum eſt dum
accumberet in domo illius: mul
ti publicani et peccatores ſimul
diſcumbebãt cum ieſu et diſcipu
lis eius. Erant enim multi qui ſe
quebantur eum. Et ſcribe et pha
riſei videntes: quia manducaret
cum publicanis et peccatoribus
dixerunt diſcipulis eius. Quare
cum publicanis et peccatoribus
mãducat ⁊ bibit magiſter veſter?
Hoc audito ieſus ait illis. Nõ ne
ceſſe habent ſani medico: ſed qui
male habent. Non enim veni vo
care iuſtos: ſed peccatores. ¶ Do
minica vacãte. Ad miſſã Introit.

Si iniquitates ob
ſeruaueris domĩe
domine quis ſuſti
nebit. quia apud
te propiciatio eſt:
deus iſrael Ps. De
profundis clamaui ad te dñe: dñe ex
audi orationẽ meam. Gloria. Col.

Excita dñe queſumus tuorum
fidelium voluntates: vt di
uini operis fructũ propẽſius exe
quẽtes: pietatis tue remedia ma
iora percipiant. Per dominũ no
ſtrum. Ad philippenſes. iij.

Fratres. Imitatores mei
eſtote / ⁊ obſeruate eos qui
ita ambulant: ſicut habetis for
mam noſtram. Multi enim am
bulãt: quos ſepe dicebam vobis.
Nunc autem et flens dico inimi
cos crucis chriſti: quorum finis
interitus: quorũ deus venter eſt
et gloria in confuſione ipſorum
qui terrena ſapiunt. Noſtra aũt
cõuerſatio in celis eſt. Unde etiã
ſaluatorem expectamus dñm no
ſtrum ieſum chriſtum qui refor
mabit corpus huĩlitatis noſtre
cõfiguratũ corpori claritatis ſue
ſcdm operationem virtutis ſue /
qua poſſit etiã ſubijcere ſibi om
nia. In chriſto ieſu: dño noſtro.
Gr. Ecce ꝙ̃ bonum et ꝙ̃ iocũdum:
habitare fratres in vnum. ℣. Sicut
vnguentum in capite: quod deſcen
dit in barbam / barbã aaron ℣. Mã
dauit dominus benedictionem: et vi
tam vſq; in ſeculum. Alleluya ℣.
Lauda aĩa mea dominũ / laudabo
dñm in vita mea: pſallam deo meo /
ꝙ̃diu ero. Scdm Matheum. xxij.

In illo tempore. Abeuntes
phariſei cõſilium inierunt
vt caperent ieſum in ſermone.
Et mittunt ei diſcipulos ſuos cũ
herodianis: dicentes. Magiſter
ſcimus quia verax es / et viam dei
in veritate doces: et nõ eſt tibi cu
ra de aliquo. non eni reſpicis per
ſonam hominum. Dic ergo no
bis / quid tibi videtur? Licet cen
ſum dari ceſari an non? Cogni
ta autem ieſus nequicia eorum /
ait. Quid me temptatis hypocri
te? Oſtendite michi nummiſma
cenſus. At illi obtulerũt ei dena

nariũ. Et ait illis ieſus Cuius eſt imago hec/et ſupſcriptio? Dicũt ei. Ceſaris. Tunc ait illis ieſus. Reddite ergo que ſũt ceſaris ceſari: et que ſunt dei deo. Offer. Recordare mei dñe oipotẽtatui dñans: da ſermonem rectum et beneſonantem in os meum vt placeant verba mea in conſpectu principum Secre.

Propicius eſto domĩe ſupplicatiõibus noſtris et populi tui oblationibus precibuſq; ſuſceptis: omnium noſtrum ad te corda cõuerte: vt a terrenis cupiditatibus liberi: ad celeſtia deſideria tranſeamus. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum.

Coio Dico vobis gaudium eſt angelis dei ſuper vno peccatore penitẽtiam agente. Complenda.

Concede nobis dñe queſumus: vt per hec ſacramenta que ſũpſimus: quicquid in noſtra mẽte vicioſum eſt: ipſius medicationis dono curetur. Per dominũ noſtrum ieſum chriſtum.

¶ Dñica.xxiiij.poſt tri. Introit⁹

Dicit dominus ego cogito cogitationes pacis/et non afflictiõis inuocabitis me/et ego exaudiam vos/et reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis Ps. Benedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem iacob. Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto. Collecta.

Excita dñe potentiã tuam ⁊ veni: et qđ eccleſie tue promiſiſti: vſq; in finẽ ſeculi clementer operare. Qui viuis et regnas

Lectio Hieremie prophete. xxiij.

Ecce dies veniunt dicit dominus: et ſuſcitabo dauid germen iuſtum: et regnabit rex/et ſapiens erit: ⁊ faciet iudicium et iuſticiam in terra. In diebus illis ſaluabitur iuda: et iſrael habitabit cõfidenter. Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum dominus iuſt⁹ noſter. Propter hoc ecce dies veniunt/dicit dominus: ⁊ non dicent vltra/viuit dominus qui eduxit filios iſrael/de terra egypti: ſed viuit domin⁹/qui eduxit et adduxit ſemen domus iſrael de terra aquilonis: et de cũctis terris ad quas eieceram eos illuc Et habitabũt in terra ſua. Dicit dominus: omnipotens. Gr. Liberaſti nos dñe ex affligentibus nos et eos qui nos oderunt confudiſti ℣. In deo laudabimur tota die: et nomini tuo cõfitebimur in ſecula. Alleluya. ℣. Magnus dñs et magna virtus eius: et ſapientie eius non eſt numerus. Scđm Johannem. vj.

In illo tpe. Cum ſubleuaſſet ergo oculos ieſus et vidiſſet quia mltitudo maxima venit ad eum: dicit ad philippum/vnde ememus panes vt manducent hij? Hoc autẽ dicebat tẽptãs eum Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. Reſpondit philippus. Ducẽtorũ denariorũ panes non ſufficiunt eis: vt vnuſquiſq; modicum quid accipiat. Dicit ei vn⁹ ex diſcipulis eius andreas frater ſymonis petri. Eſt puer vnus hic qui habet quinq; panes ordeaceos ⁊ duos piſces: ſed hec quid ſũt inter tantos? Dicit ergo ieſus. Facite homines diſcũbere. Erat

autem fenum multum in loco.
Diſcubuerunt ergo viri / nume=
ro quaſi quinqꝫ milia. Accepit er
go ieſus panes: et cum gratias
egiſſet diſtribuit diſcumbētibus
Similiter et ex piſcibus quantū
volebant. Ut autē impleti ſunt:
dixit diſcipulis ſuis. Colligite q̄
ſuperauerunt fragmenta: ne pe=
reant. Collegerūt ergo: et imple
uerūt duodecim cophinos frag=
mentoꝛum ex quinqꝫ panibus oꝛ
deaceis / et duobus piſcibus / qui
ſuperfuerunt his qui manduca=
uerant. Illi ergo homines cum
vidiſſēt quod fecerat ſignum di=
cebant. Quia hic eſt vere pꝛophe
ta qui venturus eſt in mundum.
Offeꝛ. De pꝛofundis clamaui ad te
dñe: dñe exaudi oꝛationē meā. Sec.
Sacrificium tibi domine ce
lebꝛandū placatus inten=
de: quod et nos a vitijs noſtre cō=
ditionis emundet / et tuo nomini
reddat acceptos. Per do. Coio.
Amen dico vobis / quicquid oꝛan=
tes petitis: credite quia accipietis / et
fiet vobis. Complenda.
Anime noſtre diuino mu=
nere ſaciate: queſum⁹ om
nipotēs deus: hoc potiantur deſi
derio: et a tuo ſpiritu inflammē=
tur: vt et ante cōſpectum venien=
tis chꝛiſti filij tui velut clara lu=
minaria fulgeamus. Per eundē.
Feria.iiij. Ad thimotheū. ij.j.
Chariſſime. Noli erubeſce=
re teſtimoniū domini no=
ſtri ieſu chꝛiſti: neqꝫ me vinctum
eius: ſed collaboꝛa euangelio ſe=
cundum virtutem dei qui nos li=
berauit / ⁊ vocauit vocatione ſua
ſancta. Non ſcḋm opera noſtra /
ſed ſecundum pꝛopoſitum ſuum
et gratiam que data eſt nobis in
chꝛiſto ieſu: ante tempoꝛa ſecula=
ria. Manifeſtata eſt autem nunc
per illuminationē ſaluatoꝛis do
mini noſtri ieſu chꝛiſti. Qui de=
ſtruxit quidem moꝛtem: illumi=
nauit autem vitam / et incoꝛrup
tionem per euangelium: in quo
poſitus ſum ego p̄dicatoꝛ / et apo
ſtolus / et magiſter gentium. Ob
quam cauſam etiam hec patioꝛ:
ſed non confundoꝛ. Scio enī cui
credidi: ⁊ certus ſum / quia potēs
eſt depoſitū meum ſeruare in il=
lum diem. Foꝛmam habe ſano=
rum verboꝛum que a me audiſti:
in fide et dilectione. In chꝛiſto ie=
ſu: domino noſtro..
Secundum Lucam. x.
In illo tēpoꝛe. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Ite. Ecce
ego mitto vos / ſicut agnos inter
lupos. Nolite poꝛtare ſacculum
neqꝫ perā / neqꝫ calciamenta: ⁊ ne=
minem per viam ſalutaueritis:
in quācunqꝫ domū intraueritis:
pꝛimum dicite. Pax huic domui
Et ſi ibi fuerit fili⁹ pacis: requie=
ſcet ſuper illū pax veſtra. Si nau
tem / ad vos reuertetur. In eadē
autem domo manete / edentes et
bibentes que apud illos ſunt. Di=
gnus eſt enim operarius merce=
de ſua. Nolite tranſire de domo
in domū. Et in quācunqꝫ ciuita=
tem intraueritis / et ſuſceperint
vos: manducate que apponun=
tur vobis: et curate infirmos qui
in illa ſunt / et dicite illis. Appꝛo=
pinquabit in vos regnū dei. In

# Orationes ante cõmunionẽ.

quamcunqꝫ autem ciuitatem intraueritis et nõ ſuſceperint vos: exeuntes in plateas eius dicite. Etiam puluerem que adheſit nobis de ciuitate veſtra / extergimꝰ in vos. Tamen hoc ſcitote: quia appropinquabit regnum dei.

Feria. vj. Scdm Marcũ. xiij.

In illo tẽpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Uidete vigilate: et orate. Neſcitis eni quãdo tempus ſit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domũ ſuam: et dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſqꝫ operis: ꝛ ianitori precepit vt vigilet. Uigilate ergo: neſcitis enim quando dominus domus veniat: ſero / an media nocte: an gallicantu / an mane. Ne cũ venerit repente: inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico: oĩbꝰ dico vigilate. Finis.

Oratio ante communionem.

Ad menſam dulciſſimi cõuiuij tui o domine rex angelorum ego peccator acceſſurꝰ vereor / et cõtremiſco. cor habens multis maculis aſperſum. corpꝰ varijs flagitijs violatum / et non caute cuſtoditum. oculos / aures mẽtem / et linguam non pure obſeruatos. Et quidem cum peccatricis conſcientie mee latebras reuoluo. veſtẽ innocentie mee grauiter maculatam et conſciſſam inuenio. vulnerum peccatorum meorum cicatrices quas ex cõſenſu fragilitatis et inſipientie mee aduerſariꝰ in me infixit: magis corruptas ꝙ ſanatas inſpicio. Unde ego miſer inter anguſtias deprehenſus / quid eligam ignoro. Scio enim et recordor verba reuerende ac dulce veritatis tue quibus diſcipulos tuos exhortatus es dicens. Niſi manducaueritis carnem filij hominis: et biberitis eius ſanguinem / non habebitis vitam in vobis. Sed propter graues et multiplices exceſſus meos / terrent me verba apoſtoli tui quibus comminatus eſt dicens. Qui mãducat corpus domini: et bibit calicẽ eius indigne iudicium ſibi manducat et bibit. O beata et pia diuinitas / o tremẽda maieſtas: o ineffabilis / immo inexcogitabilis ſãctitas. quo ibo a ſpiritu tuo: et quo a facie tua fugiã. Siquidem corda ſcrutaris / et cõſcientiarũ queqꝫ ſecretiſſima nude et aperte intueris. Ad te igitur fõtem miſericordie lauandus curro. Ad te piũ ſamaritanum infirmitatis humane ſingularem medicũ / ſanabũdus feſtino. et quem iudicem ſuſtinere nequeo / ſaluatorem habere ſuſpiro. Tibi domine plagas meas oſtẽdo / tibi verecũda mea detego. Uideo peccata mea multa et magna nimis: et timeo. Uideo ſuauitatem et miſericordias tuas quarum non eſt numerus / et ſperare audeo. Reſpice domine ieſu chriſte rex eterne glorie: homo propter homines crucifixe. Reſpice ſacroſanctam virgineam carnem tuam clauis confixam. lancea perforatã. verberibus mirabiliter ſauciatã. Recordare ſacroſancti ſudoris tui tãꝙ gutte ſanguinis in terram decurrentis. Et hec omnia ſed et mul-

to plura te pro me ſuſtinuiſſe memēto. Illa ergo pietas que te traxit et vicit: vt in ſtatera victorioſe crucis totius mundi peccata librares. ipſa te cogat et moueat clemētia: vt miſerearis michi pleno miſerijs/ tu qui in fonte miſerationis nunq̄ manare ceſſabis. Amen.

Alia oratio.

O Domie ieſu chriſte ſupple de te quod minus habeo in me: et cum celeſti iſta cōmunione veniant michi om̄ia bona: ſit hec requies mea in ſeculū ſeculi. Diſpone domui anime mee: ne inimicus reuertens / faciat nouiſſima mea peiora priorib⁹. noli me condemnare. ſed pone crucem ⁊ mortem tuam inter iudicium tuum et animam meam in hac ſanctiſſima cōmunione. ne dicas ad me. Ecce manus tradentis me/ mecum eſt in menſa.

Oratio poſt ſacram cōionem.

Vera perceptio corporis et ſanguinis tui omnipotēs deus: non veniat michi ad iudicium neq̄ ad condemnationem: ſed ſit omnium peccatorum meorum optata remiſſio / aie ⁊ corporis mei pia gubernatio / ⁊ potens ad vitam eternam introductio. Qui viuis et regnas deus.

Alia oratio.

O Sereniſſima et inclyta virgo maria mater dn̄i noſtri ieſu chriſti: regina celi et terre: q̄ eūdem creatorem omnium creaturarum in tuo ſanctiſſimo vtero digna fuiſti portare. Cuius idem veraciſſimū corpus et ſanguinē ego indignus ſumere preſumpſi. Rogo te per virginalem humilitatem tuam et per paſſionem et mortem eiuſdem filij tui: vt ad ipſū ꝓ me miſero peccatore intercedere digneris: vt quicquid in eius ſacrificatiōe et benedictiſſima ignoranter/ negligenter/ vel accidēter obmiſi: tuis ſanctiſſimis precibus michi digneř indulgere. Amen.

Alia oratio

O Benigniſſime domīe ieſu chriſte reſpice ſuper me indignum famulum tuum oculis miſericordie tue quibus reſpexiſti Petrum in atrio. Mariā magdalenam in conuiuio: latronē in crucis patibulo Et concede michi vt cum petro peccata mea digne fleam: ⁊ cum maria magdalena perfecte te diligam ⁊ cum latrone in celeſti paradiſo eternaliter te videam. Amen.

# Hymnus angelicus.

In ſū mis feſtis.



Ite Kyꝛie



miſſa eſt eleyſon.

In maioribus dupl.



Ite Kyꝛie



miſ ſa eſt.eleyſon.



Gloꝛia in excel ſis deo.

A paſcha vſq ad octauas pēthecoſtes quando Te deum dicitur.



Ite Kyꝛie ek miſſa eſt



Ite Kyꝛiek miſſa eſt.



Gloꝛia in excel ſis deo.

Et in terra pax hoībus bone volūtatis. Laudam⁹ te. Bñdicimus te. Adoꝛam⁹ te. Gloꝛificamus te. Gratias agim⁹ tibi ꝑpter magnā gloꝛiā tuā. Dñe de⁹ rex celeſtis deus pater oīpotēs. Dñe

t

fili vnigēite ieſu chꝛiſte altiſſime. Dñe deus agnus dei filius patris. Qui tollis pctā mūdi miſerere nobis. Qui tollis pctā mūdi/ſuſcipe depcationē noſtram. Qui ſedes ad dexterā pr̄is miſerere nobis. Quoniā tu ſolus ſanctus. Tu ſolus dñs. Tu ſolus altiſſimus ieſu chꝛiſte Cum ſancto ſpū in gl'ia dei patris Amen.

In feſtis et in octauis et in commēoꝛatione beate marie virginis.



Ky ri e eleyſon.



Ite miſ ſa eſt.



Glo ria in excelſis de o. Et in terra pax hoībus bone volūtatis. Laudamus te Bñdicimus te Adoꝛam⁹ te Glorificam⁹ te. Gratias agimus tibi ꝑpter magnā gl'iam tuā. Dñe de⁹ rex celeſtis de⁹ pr̄ oīps. Dñe fili vnigenite ieſu xp̄e. Spūs et alme oꝛphanoꝛū paraclite. Dñe de⁹ agnus dei fili⁹ pr̄is. Pꝛimogenit⁹ marie virginis matris. Qui tollis pctā mūdi miſerere nobis. Qui tollis pctā mūdi/ſuſcipe depꝛecationē noſtrā. Ad marie gloꝛiā. Qui ſedes ad dexterā patris miſerere nobis. Qm̄ tu ſolus ſanct⁹ Mariam ſanctificans. Tu ſo-

# Hymnus angelicus.

lus dñs. Mariã gubernãs Tu ſolus altiſſimus. Mariam corona nans ieſu chriſte. Cũ ſancto ſpiritu in gloria dei patris. Amen.

In du feſtis apoſtolorum

Ite Kyrie

ley ſon miſſa eſt.

Glo ria in excelſis de o.

In du marty ꝯfeſ. at q̃ vĩgi.

I te Kyrie

miſſa eſt eleyſon.

Glo ria in excelſis de o.

In feſtis. ix. lectionum.

Ite Kyrie

miſſa eſt eleyſon.

Glori a in excelſis deo.

Dñicis diebus quãdo nõ. dr.

Ite Kyrie el miſſa eſt.

Glori a in excelſis de o.

In fe. iij. lec. q̃n Te deũ dr. et infra oc. et i cõ. ſcti ſpũs patroni/ ſacri

Kyrie eleyſon. Ite miſſa eſt.

Glori a in excelſis de o.

In duplici= bus feſtis.

Be nedica mus do mino

In fe. ix. lec. et qñ Rm repetitur/

Benedicamus do mino.

Dieb9 ferialibus.

Benedicamus domino.

Tẽpore paſchali.

Benedicam9 dño alleluya

# Preparatio ad miſſam

❡ In duplicibus feſtis et ſupra.




Ceteris dieb⁹.

Credo in vnum deum. Patrē oīpotētē/factorē celi ⁊ terre. Uiſibiliū oīm et inuiſibiliū. Et in vnū dñm ieſū chriſtū filiū dei vnigenitū. Et ex patre natū ante oīa ſecula. Deū de deo: lumen de lumie: deū verū de deo vero. Genitū nō factū cōſubſtātialē pr̄i per quē oīa facta ſūt. Qui pp̄ter nos hoīes et pp̄ter noſtrā ſalutē deſcēdit de celis. Et incarnat⁹ eſt de ſpū ſctō ex maria virgine Et homo fact⁹ eſt Crucifixus etiā pro nobis ſub pōtio pilato: paſſus ⁊ ſepult⁹ eſt. Et reſurrexit tertia die ſcdm ſcripturas. Et aſcēdit in celū ſedet ad dexteram patris. Et iterū ventur⁹ eſt cū gl'ia iudicare viuos et mortuos. Cui⁹ regni nō erit finis Et in ſpiritū ſanctū dñm/ ⁊ viuificātē. Qui ex patre filioq; pcedit. Qui cū pr̄e et filio ſimul adoratur/ ⁊ cōglorificatur. Qui locutus eſt per pphetas. Et vnā ſanctā catholicā/et apoſtolicā eccleſiā. Cōfiteor vnū baptiſma ī remiſſionē pctōrū. Et expecto reſurrectionē mortuorū. Et vitā venturi ſeculi. Amē. Preparatio ſacerdotis celebrātis. ❡ In noīe pr̄is ✠ et filij/ ⁊ ſpūs ſcti. Quid retribuā dño pro oībus que retribuit mihi. Calicē ſalutaris accipiam/et nomē dñi īuocabo. In ſpū hūilitatis et in aīo cōtrito ſuſcipiamur dñe a te/ vt ✠ ſic fiat ſacrificiū noſtrū/ vt a te ſuſcipiatur hodie/ ⁊ placeat tibi dñe deus.

Accipe patenā cum oblata: et dic

Acceptū ſit hoc ſacrificiū oīpotēti deo altari ſuo ſuppoſitū. P xp̄m d. Bñdic vtrūq;

Ueni inuiſibilis ſctificator oṗs eterne deus bñ ✠ dic et ſāctifica hoc ſacrificiū noī tuo pparatū. Per chriſtū. Hic iclinet.

Suſcipe ſancta trinitas hāc oblationē quā tibi offerimus in memoriā paſſionis reſurrectionis/ aſcēſionis dñi nr̄i ieſu chriſti: et in honore ſctiſſime dei genitricis marie/ ⁊ ſāctorū quorū hodie feſtiuitas celebrat/ et quorū hic noīa et reliquie habētur/ nec non et oīm ſāctorū tuorū qui tibi placuerūt ab initio mūdi: vt proueniat illis ad honorē. nobis aūt et oībus fidelib⁹ viuis et defunctis ad ſalutem et ad remiſſionē omniū pctōrū. Et vt illi oēs pro nobis dignent intercedere in celis: quorū memoriā facimus in terris. Per eundē chriſtū dñm nr̄m. ✝ Hic accipitur incenſum.

❡ Uertens ſe ad populum: dicat

Orate pro me pctōre fratres et ſorores: vt meū pariter et veſtrū ſacrificiū acceptum ſit oīpotenti deo. v. Dñe exaudi orationē meam: et cla. Oremus. Sequit Secreta: cuius finis eſt initiū prefa.

❡ In natiuitate dñe nota ſolen.

Incenſum iſtud a te Dñe benedicatur, & aſcendat ad te, deſcendatq; ſuper nos miſericordia tua. Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo dñe. Eleuatio manuū mearū, ſacrificiū veſpertinum. Dñe deus noſter, qui ſuſcepiſti munera Abel iuſti, Noe, Aaron, Zacharie, & Samuel, ſuſcipere dignare de indignis manibus meis, hoc incenſum, in conſpectu tuo, in odorem ſuauitatis, & in remiſſionem omniū peccatorum noſtrorū. Amen.

# Pꝛefatio de natiuitate nota solēnis



# Pꝛefatio de epyphania dñi sũma nota

Per omnia ſecula ſeculoꝛũ

Dñs vobiſcũ. Surſũ coꝛda.

Gratias agam⁹ dño deo nr̃o

Vere dignũ et iuſtum eſt

equũ et ſalutare. Nos tibi ſẽ-

per et vbiq; gratias agere/ do-

mine ſancte pater omnipotens

eterne deus. Quia per incar-

nati verbi myſteriũ noua men-

tis noſtre oculis lux tue clarita

tis infulſit. Ut dũ viſibiliter

deum cognoſcimus per hunc

in inuiſibiliũ amoꝛẽ rapiamur

Et ideo cũ angelis et archãge-

lis cũ thꝛonis et dominationi-

bus Cumq; omni milicia cele-

ſtis exercitus hymnũ gloꝛie tue

canimus ſine fine dicentes.

¶ Infra actionem.

Communicãtes et diem ſa-
cratiſſimum celebꝛantes:
quo beate marie intemerata vir-
ginitas huic mundo edidit ſalua
toꝛem. Sed et memoꝛiã veneran
tes. In pꝛimis gloꝛioſe ſemper
virginis marie genitricis eiuſdẽ

# Pꝛefatio de epyphania dñi ſũma nota

dei et domini noſtri ieſu chꝛiſti.
Sed et beatoꝛum apoſtoloꝛũ ac.

¶ Pꝛefatio in epyphania domi-
ni ſumma nota. Pꝛefatio.

Per omnia ſecula ſeculoꝛũ
Dominus vobiſcũ. Surſum
coꝛda. Gratias agamus do-
mino deo noſtro.

Uere dignũ et iuſtũ
eſt equum et ſalutare. Nos ti-
bi ſemp̄ et vbiq; gratias agere
domine ſancte pater omnipo-
tens eterne deus. Quia cũ vni-
genitus tuus in ſubſtantia no
ſtre moꝛtalitatis apparuit /
noua nos imoꝛtalitatis ſu e
luce reparauit. Et i-
deo cum angelis et archan-
gelis cũ thꝛonis et domi na-
tionibus. Cũq; omni milicia
celeſtis exercitus hymnũ glo-
rie tue canimus ſine fi
ne di centes

¶ In ſimplici feſto.

# Prefatio in ſimplici feſto.

Per omnia ſecula ſeculoꝛū

Dominus vobiſcū. Surſum
coꝛda. Gratias agamus do-
mino deo noſtro.

Vere dignum ⁊ iuſtum eſt.
equum et ſalutare. Nos tibi ſem
per et vbiq; gratias agere/ do-
mine ſancte pater omnipotens
eterne deus. Quia cum vni-
genitus tuus in ſubſtantia no-
ſtre moꝛtalitatis apparuit/ no
ua nos immoꝛtalitatis ſue lu-
ce reparauit. Et ideo cum an-
gelis et archangelis cum thꝛo
nis et dominationibus. Cumq;
omni milicia celeſtis exercitus
hymnū gloꝛie tue canimus/
ſine fine dicētes. Infra actionē

veſter maneat. Scđm iohānē. xx.

I N illo tpe: Thomas vnus
ex duodecim q̄ dicit didim⁹
non erat cum eis quando venit ie
ſus. Dixerūt ergo ei alii diſcipuli
Uidimus dñm. Ille aūt dixit eis
Niſi videro ī manib⁹ eius fixurā
clauorū / et mittam digitū meum
in locum clauorū: et mittā manū
meam in latus eius / nō credam.
Et poſt dies octo: iterum erant di
ſcipuli eius intus: ⁊ thomas cum
eis. Uenit ieſus ianuis clauſis: et
ſtetit in medio / ⁊ dixit eis. Pax vo
bis. Deinde dicit thome. Infer di
gitum tuū huc: et vide man⁹ me-
as: et affer manum tuā / et mitte ī
latus meū: ⁊ noli eſſe incredulus /
ſed fidelis. Reſpondit thomas: et
dixit ei. Dominus meus: et deus
meus. Dixit ei ieſus. Quia vidi-
ſti me thoma credidiſti: beati qui
non viderunt: ⁊ crediderūt. Cre
do. Offe. In omnem terram exiuit
ſonus eorum: ⁊ in fines orbis terre
verba eorum. Secreta.
D Ebitum tibi domine no-
ſtre reddimus ſeruitutis
ſuppliciter exorantes: vt ſuffragi
is beati thome apoſtoli tui in no-
bis tua munera tuearis: cui⁹ ho-
norando confeſſionem laudis ti-
bi hoſtias immolamus. Per. Pre
fatio de apłis. Cōio. Mitte manū
tuā / et cognoſce loca clauorū allła: et
noli eē incredul⁹ / ſed fidelis allła allła
S Umpſim⁹ dñe diui Cōpł.
na myſteria btī thome apo
ſtoli tui feſtiuitate letantes: que ſi
cut tuis ſanctꝭ ad gloriam / ita no-
bis queſumus ad veniā prodeſſe
perficias. Per dominum.
¶ Silueſtri pape. Introitus.

Sacerdotes tui domi-ne induãt iuſticiam: et ſancti tui exultent: propter dauid ſeruũ tuũ / non auertas fa-ciẽ chriſti tui. Ps. Memẽto dñe da-uid: et oĩs mãſuetudĩs eiꝰ. Glia pa.

Da q̃s oṗs deus: vt Colla. beati ſiluestri confeſſoris tui atq; pontificis veneranda ſolẽni-tas: & deuotionẽ nobis augeat / et ſalutẽ. Per. Epla. Ecce ſacerdos magnꝰ. In cõi fo. ix. Gr. Ecce ſa-cerdos magnꝰ: qui ĩ diebꝰ ſuis placu-it deo. ℣. Non eſt inuentꝰ ſimilis illi qui ꝯſeruaret legẽ excelſi. Alla. ℣. Inueni dauid ſeruum meũ / oleo ſã-cto meo vnxi eũ. Euãg. Hõ q̃dã pe-gre. In cõi fo. viii. Credo. Offr. Inueni dauid ſeruũ meum / oleo ſã-cto vnxi eũ: manus eni mea auxilia-biẗ ei: et brachiũ meũ cõfortabit eũ.

Sanctorũ tuorũ no Secreta bis dñe pia nõ deſit oratio: que & munera noſtra cõciliet: & tu am nobis indulgentiã ſemꝑ obti neat. Per. Prefatio de nati. dñi. Cõio. Beatꝰ ſeruus quẽ cũ venerit dñs ĩuenerit vigilantẽ: amẽ dico vo bis ſuper oĩa bona ſua cõſtituet eũ.

Queſumus oṗs deꝰ: Cõpl. vt hodierne munꝰ ſolenni tatis acceptũ: intercedente btõ ſil ueſtro confeſſore tuo atq; põtifice: et corporibus noſtris ſalutem pre ſtet / et mentibus. Per dominum.

¶ Pontiani martyris introitus.

In virtute tua dñe le-tabiẗ iuſtus: et ſup ſa lutare tuuz exultabit vehementer: deſideri um aĩe eiꝰ tribuiſti ei. Ps. Quõ preueniſti eũ in benedictio-nibus dulcedinis: poſuiſti ĩ capite eiꝰ coronã de lapide precioſo. Glia pri.

Da q̃s oṗs deꝰ: vt bea Col. tus martyr pontianꝰ / qui donis tuis extitit glioſus: apud te pro nobis in oĩbus exiſtat ido-neus interuentor. Per dominũ.

¶ Eodẽ die de ſctõ felice Collecta.

Concede q̃s oṗs deus: vt ad meliorem vitã ſanctorũ tuo rũ exẽpla nos ꝓuocent / quatenus quorũ ſolẽnia agimus: etiã actus imitemur. Per. Epla. Juſtũ de-duxit. In cõi fo. iiii. Gr. Poſuiſti dñe ſuper caput eiꝰ: coronã de lapide precioſo. ℣. Deſideriũ aĩe eiꝰ tribui-ſti ei: & volũtate labiorũ eiꝰ nõ frau-daſti eũ. Alla. ℣. Letabiẗ iuſtꝰ in dño / et ſperabit ĩ eo: & laudabũẗ oẽs recti corde. Euãge. Si q̃s vult. In cõi fo. iiii. Offr. Glia et honore co-ronaſti eũ: et cõſtituiſti eũ ſuper ope-ra manuum tuarum dñe. Secreta.

Queſumꝰ oṗs deꝰ: vt hodier ne ſolẽnitatꝭ munꝰ acceptũ intercedẽte btõ põtiano martyre tuo et corporibus nr̃is ſalutẽ pſtet / & mẽ tibus. ¶ De ſctõ felice Secreta.

Hoſtias tibi dñe pro cõmẽo ratiõe ſcti felicis cõfeſſoris tui offerimꝰ / ſuppliciter deprecan tes: vt ſicut illi tribuiſti ſacre fidei largitatẽ: ſic nobis ĩdulgẽtiã lar-giaris & pacẽ. P. Cõio. Poſuiſti do mine in capite eius: coronã de lapide precioſo. Complenda.

Adeſto domĩe ſupplicatio-nibus noſtris: nec vllis mentis et corporis patiaris ſubia cere periculis: quos beati pontia-ni martyris tui muniuit glorioſa

# Marcelli pape

cõfeſſio. ¶ De ſctõ felice Cõplẽda

Q Ueſumus dñe ſalutaribꝰ repleti myſteriis: vt cuius ſolennia celebramus: eius orationibus adiuuemur. Per dñm.

¶ Marcelli pape. Introitus.

S Tatuit ei dñs teſtamentũ pacis et principem fecit eum/ vt ſit illi ſacerdotij dignitas ĩ eternum. ps. Mĩas dñi: ĩ eternũ cãtabo. Gloria pa. Col.

P Reces populi tui q̄s domine clementer exaudi: vt btĩ marcelli martyris tui atqꝫ pontificis meritis adiuuemur: cuiꝰ paſſione letamur. Per d. Epła. Plures facti ſunt. In cõi fo. x. Grad.

Inueni dauid ſeruum meũ: in oleo ſãcto vnxi eũ. manꝰ eñi mea auxiliabit ei: et brachiũ meũ cõfortabit eũ. V. Nihil ꝓficiet ĩimicꝰ in eo: et filius ĩiquitatis nõ nocebit eũ. Alła. V. Poſuiſti dñe ſuper caput eius: coronã de lapide precioſo. Euãge. Uigilate qr neſcitis. In cõi fo. x. Offr.

Ueritas mea et mĩa mea cũ ipſo: et ĩ noĩe meo exaltabit cornu eiꝰ. Secr.

S Uſcipe q̄s dñe munera dignãter oblata: et btĩ marcelli martyr̄ tui ſuffragãtibꝰ meritis/ ad nr̄e ſalut̄ auxiliũ ꝑuenire cõcede. p. Cõio. Dñe quinqꝫ talẽta tradidiſti mihi: ecce alia quinqꝫ ſuperlucratus ſũ. euge ſerue fidelis: qr ĩ pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te ꝯſtituã: ĩtra ĩ gaudiũ dñi tui. Cõplẽ

S Aciaſti dñe familiã tuam muneribus ſacris: eius q̄s ſemꝑ interuẽtione nos refoue: cuius ſolennia celebramus. Per d.

¶ Anthonii abbatis Introitus.

# Anthonij abbatis

S Citote qm̃ mirificauit dñs ſanctũ ſuũ: dñs exaudiuit eũ/ ⁊ cõſtituit eũ ĩ pace. ps. Cũ inuocarẽ exaudiuit me deꝰ iuſticie mee: ĩ tribulatione dilataſti mihi. Gloria patri. Collecta.

D Eus ꝗ cõcedis obtentu btĩ anthonii cõfeſſor̄ tui morbidum ignẽ extingui: ⁊ membris egris refrigeria ꝓſtari fac nos propicius ipſiꝰ precibꝰ et merit̄/ a gehenne ignis ĩcendiis liberatos: integros mente ⁊ corꝑe/ tibi feliciter in gł̄ia preſẽtari. p. Epła. Dilectꝰ deo. In cõi fo. iiii. Gr. Deus qui das vindictas mihi: et ſubdis ppłos ſub me/ liberator meꝰ de ĩimicis meis iracũdis. V. Et precinxiſti me virtute ad bellũ: et ſupplãtaſti ĩſurgentes in me ſubtꝰ me. Alła. V. Felix corpꝰ/ ⁊ felix aĩa: felix virtꝰ ſctĩ ãthonii. cuiꝰ nomẽ collaudãt oĩa/ ⁊ verentur gentes et ppłi: flãmas/ ignis/ orchi/ ĩcẽdia: mox ſuffocat victor demonii: tua prece laude et gloria/ nos copula ſanctorum cetui. Sequentia.

A Lme cõfeſſor/ ⁊ ꝓfeſſor fidei: triplicis aggreſſor/ lucte et euictor. Heremi poſſeſſor/ pauli ſucceſſor: leḡ dilatator/ miſeror̄ cõſolator: v̄tutũ ſator/ egrorũ curator. Anthoni indolis clare nobilis/ ꝗ nouenis ſub bis ãnis paterna ꝓdia/ minimis xp̄i/ diſtribuiſti. Qui iter ſacratã/ deſpõſatam xp̄o gratã: virginalẽ cohortẽ tuã pulcherrimã ſororem locaſti. Egypti terris/ in ſpelũcis et latebris: contra mũdum/ ſathanam/

carnēq̄ propriam/fortiter certaſti
Qui vt virilis xp̄i pugil/ et q̄ris ī
hoc triplici cōflictu: ceruice in celū
protēſa/mire triūphaſti. Qui af
famine xp̄i in certamīe/hoc reſpō=
ſum accepiſti: ꝑ orbē faciā vniuer
ſum te noīari. Qui bis nouē mo
naſterijs ſtructis ī egypti termis/
mirum ī modū paulo ſepulto: cū
p̄dicatiōis verbo ad fratres facto/
paternaliter ſub ſecreto ſepultus
inuentꝰ myſterialiter. Et ceſarꝫ
vnigenita regis conſtantini filia
vnum ꝑ hauſtū limphe: obſeſſa
a nouē ſpiritibꝰ per te liberaret ꝑ=
ſonaliter et clareret ī mūdo nomē
tis vniuerſaliter. Lucente ſtella
maris ꝓcella ad fines egypti: ſan
ctus theophilus ep̄us te noſtrum
patronū/diuina ope mente ſedu=
la prope ſe traducebat. Qui ta=
cto tui feretro/frui facis ſanitate
tenerrimā ceſaris filiā: ſathanis
oppreſſam ignē gehenne iacens ī
terra viēne mortifica. Audi nos
nam te trinitas/quicquid petis ex
audit. Salua nos ieſu/ꝑ quibꝰ
anthonius applaudit. Da tem=
pus penitentie/auerte morbos va
lidos et epidimie. Tuos miſeri=
cordie cōuerte in nos oculos/o fili
marie. O anthoni/noſtroꝝ miſe
rere peccatorū: per tuū precatum
perduc nos tuos ſeruos ī ſtatū ad
te vt poſſimus tranſire. Amen.
Euange. Ecce nos reliq̄mus oīa.
in cōi f. iij. Offer. Quis ſilis ei ī for=
tibꝰ dn̄e quis ſilis ī ſctītate. terribilis
atq̄ laudabilis/et faciēs mirabilia.
Sacrificiū dn̄e qđ Secreta.
ad laudē/et ad gloriā noīs
tui deferimꝰ ītercedentibꝰ meritis
bti anthonij cōfeſſorꝫ tui placatꝰ
ſuſcipe: ⁊ eiꝰ ſctiſſimis p̄cibꝰ/a no
ſtroꝝ nos peccatoꝝ vinculis abſol
ue. Per. Cōio. Orabat dei famulꝰ
anthonius inter multifarias demo=
num tētatiōes dicēs: nullus me ſepa
rabit a charitate chriſti. Cōplenda
Proſit nobis q̄s dn̄e ad ſa=
lutē corporis ⁊ aīe ſacri mu
neris oblatio: ꝑ quā beati antho=
nij fulti preſidio: exemplo ipſius
tela neq̄ſſimi hoſtis ignea extin=
guentes: ſanctoꝝ mereamur ad=
iungi conſortio. Per. ¶ Priſce vir
ginis et martyris. Introitus.



Loquebar de te=
ſtimonijs tuis
ī cōſpectu regū
et nō confunde
bar: et medita=
bar in mādatis
tuis q̄ dilexi ni=
mis. Ps. Beati imaculati ī via: qui
ambulāt ī lege dn̄i. Gloria pa. Col.
Da q̄s oīps deus: vt q̄ btē pri
ſce martyris tue natalicia
colimus: et annua ſolēnitate lete=
mur/et tante fidei ꝓficiamus exē=
plo. Per. Ep̄la. Sapientia vincit
maliciā. In cōi fo. xj. Gr. Specie
tua et pulchritudine tua: intēde ꝓſpe
re ꝓcede et regna. V. Propter verita
tē et māſuetudinē et iuſticiā: et dedu
cet te mirabiliter dextera tua. Alle
luya. V. Diffuſa eſt gratia ī labijs
tuis: ꝓpterea bn̄dixit te deus in eter
nū. Euāge. Simile eſt regnū celo
rū theſauro. In cōi fol. xij. Offer.
Filie regū in honore tuo aſtitit regi=
na a dextris tuis ī veſtitu deaurato
circūdata varietate. Secre.
Hoſtia dn̄e q̄s quā in ſctōꝝ

tuorū natalicijs recēſentes offeri-
mus/ ⁊ vincula nr̄e prauitatis ab
ſoluat: et tue nobis mie dona cōſi
liet. p. Cōio. Feci iudiciū et iuſticiā
dn̄e nō calūnientur mihi ſuperbi. ad
oīa mādata tua dirigebar / oēm viā
iniquitatis odio habui. Complēda

QUeſumꝰ dn̄e ſalutaribꝰ re
pleti myſterijs vt cuiꝰ ſolē-
nia celebramꝰ: eiꝰ orationibꝰ adiu-
uemur. p. ¶ Marij ⁊ marthe colˀ.

EXaudi dn̄e populū tuū cū
ſanctorꝝ tuorꝝ marij ⁊ mar
the tibi patrocinio ſupplicātē: vt
et tēporalis vite nos tribuas pace
gaudere: et eternum reperire ſub
ſidium. Per. Secreta.

PReces dn̄e tuorum reſpice
oblationeſqꝫ fidelium: vt ⁊
tibi grate ſint pro tuorꝝ feſtiuitate
ſanctorꝝ: et nobis cōferant tue ppi
ciationis auxiliū. Per. Cōplēda.

SAnctorū tuorꝝ dn̄e interceſ
ſione placatus/ pſta qs: vt
que temporali celebramus actiōe
perpetua ſaluatione capiamꝰ. p.

¶ Fabiani et ſebaſtiani. Intro.



INtret i con
ſpectu tuo
dn̄e gemitꝰ
cōpeditorū
redde vici-
nis noſtris ſeptuplū in
ſinu eorū/ vindica ſanguinē ſan-
ctorū tuorū q̄ effuſus eſt. ps. Deꝰ
venerūt gentes i hereditatē tuā pol
luerūt tēplū ſc̄ū tuū: poſuerūt hie-
ruſalē in pomorū cuſtodiā. Colla.

INfirmitatē noſtrā reſpice
oṗs deꝰ: ⁊ quia pondus pro
prie actionis nos grauat: beati fa
biani martyris tui atqꝫ pontificis
interceſſio glorioſa nos protegat
Sub vno Per do. Eodē die Col.

DEus qui beatum ſebaſtia-
num martyrem tuum vir
tute conſtantie in paſſiōe robora-
ſti: ex eius nobis imitatiōe tribue
p amore tuo pſpera mundi deſpi
cere: et nulla eius aduerſa formi-
dare. Per. Epla. Sancti per fidē.
In cōi fo. vij. Grad. Glorioſus de
us in ſanctis ſuis: mirabilis in maie
ſtate faciens prodigia. ꝟ. Dextera
tua dn̄e glorificata eſt in virtute: dex
tera manus tua cōfregit inimicum.
Alla. ꝟ. Iudicabunt ſancti natio
nes et dn̄abunt populis: ⁊ regnabit
illorum rex in eternum.

¶ In ſeptuageſima. Tractus.

QUi ſeminant in lachrymis: i
gaudio metēt. ꝟ Eūtes ibāt
⁊ flebāt: mittētes ſemina ſua. ꝟ. Ue
niētes aūt veiēt cū exultatiōe portā
tes manipulos ſuos. Euāg. Deſcē
dens ieſus de mōte. In cōi fo. vij.
Offer. Letamini i dn̄o et exultate iu
ſti: et gl'iamini oēs recti corde. Secr.

HOſtias tibi dn̄e bti fabiani
martyris tui atqꝫ pontifi-
cis dicatas meritis benignꝰ aſſu-
me: et ad perpetuū nobis tribue
prouenire ſubſidium. Sub vno
Per dominum. Alia ſecreta.

ACcepta ſit i conſpectu tuo
dn̄e noſtra deuotio: et eiꝰ
nobis fiat ſupplicatiōe ſalutaris:
pro cuius ſolēnitate defert. Per.
Cōio. Multitudo languentiū ⁊ qui
vexabant a ſpiritibꝰ immundis ve-
niebāt ad eū: quia virtꝰ de illo exibat
et ſanabat omnes. Complenda.

REfecti participatiōe mune
ris ſacri qs domie deus no-

ſter: vt cuius exequimur cultum/ ſentiamus effectũ. Sub vno Per dominum. Alia complenda.

SAcro munere ſatiati ſup=plices te dñe deprecamur: vt quod debite ſeruitutis celebra=mus officio: intercedente beato ſe baſtiano martyre tuo/ ſaluatiõis tue ſentiamus augmentũ. Per.

¶ Agnetis virginis. Introitus.

ME expectauerunt pec=catores vt perderent me/ teſtionia tua dñe intellexi: oĩs conſum=mationis vidi finẽ/ la tũ mandatũ tuũ nimis. Ps. Bea=ti immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Gloria patri. Collecta.

OMñs ſempiterne deꝰ: q̊ in=firma mundi eligis/ vt for tia queqꝫ cõfundas: cõcede propi=cius/ vt qui beate agnetis marty=ris tue ſolẽnia colimꝰ: eius apud te patrocinia ſentiamꝰ. p. Epła. Cõfitebor. In cõi fo. xiij. Gr. Dif fuſa eſt gratia ĩ labiis tuis: ꝓpterea bñdixit te deus in eternum. V. Pro=pter veritatẽ et mãſuetudinẽ et iuſti ciã: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluya. Vꝰ. Emulor enim vos dei emulatione: deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere chriſto. Sequentia.

LAus ſit regi glorie cuiꝰ for mam gratie/ ſolis ſplẽdor obſtupeſcit. In ortos eccłie/ lilia colligere: tanq̃ ſpõſus dum ꝓceſ=ſit. Ecce agnes iuenit/ ⁊ inuenta colligit: liliũ de lilio. Anulo cuiꝰ munit: et in ſponſã eligit/ regi re=gis filio. Cuius feruẽs in amore mundũ ſpernit cũ decore: blandi=mentis nec tormẽtis/ emollita iu=dicis. Cumqꝫ mentis in feruore ſponſũ querat ſpõſe more: ſpolia=ta veſtimentis/ denſis latet capil=lis. Tũc inducta lupanari/ cella fulget vt ſolari: ſplẽdore lucis co=pia. Ab angelo confortari/ me=ruit atqꝫ velari: ciclade auro cõte=xta. Illuc v̊go ne tãgat/ ĩpudicꝰ ſuffocat: ꝓ quo agnes dum p̃cat/ reuiuiſcit iuuenis. Per quẽ xp̃s dum laudat/ plebs hinc furẽs in=dignat: agnẽ magã ꝓteſtat/ tra=dens hanc incendiis. Sed ignis obſtupẽs cedit/ nec agnẽ nec lanã ledit: eiꝰ roris et pudoris/ nõ ferẽs potentiã. Cuius guttur enſis ce dit/ morti vitaqꝫ ſuccedit ecce vidit q̊d cupiuit/ per ſpõſi preſentiam. Poſtq̃ ergo ſic triumphat/ v̊go martyr gaudẽs intrat: ſui ſponſi thalamũ. Apud quẽ nunc inter cedat: vt celi nobis concedat: ĩtra=re palaciũ. Amẽ. Vacante. Alła.

AUdi filia et vide/ Tractꝰ. ⁊ inclina aurẽ tuã: quia cõcu piuit rex ſpeciẽ tuã. V. Vultũ tuũ de precabunt oẽs diuites plebis: filie re gum in honore tuo. V. Adducent re gi virgines poſt eã/ proxime eiꝰ offe=rentur tibi. V. Offerent in leticia et exultatiõe: adducent in templum re gis. Euãgel. Simile eſt regnum celor decẽ virginibꝰ. In cõi fo. xi. Offr. Offerentur regi virgines ꝓ=xime eius offerent in leticia et exul=tatione/ adducent in templum regi domino. Secreta.

HOſtias queſumus domiñe quas tibi offerimus propi=cius ſuſcipe: et intercedente beata agnete martyre tua: vincula pec=

catorũ nr̃oꝝ abſolue. Per. Cõio.
Quinqꝫ prudentes virgines accepe
runt oleũ in vaſis ſuis cũ lãpadibus
media aũt nocte clamor fact⁹ eſt/ecce
ſpõſus venit:exite obuiã chriſto dño
S Umẽtes dñe gau- Cõplẽ.
dia ſempiterna de partici-
patiõe ſacramẽti feſtiuitatis ſan-
cte martyris agnet/ ſuppliciter de
precamur: vt que ſedula ſeruitute
donãte te gerim⁹: dignis ſenſib⁹
tuo mũere capiam⁹. p. ¶ Uincen
tij martyris. Ad miſſã Introit⁹.
L Etabit iuſtus i domi
no/et ſperabit in eo:et
laudabunt oẽs recti
corde. ps. Exaudi de⁹
orationem meam cũ de
precor:a timore iimici eripe animam
meam. Gloria patri. Collecta
A Deſto q̃s dñe ſupplicatio-
nibus nr̃is: vt qui ex iniq̃-
tate noſtra reos nos eſſe cognoſci-
mus:bti vincẽtij martyris tui/in-
terceſſiõe liberemur. Per. Epl̃a.
Memor eſto. In cõi fo. iiij. Grad.
Poſuiſti domine ſuper caput ei⁹ co-
ronã de lapide precioſo. v. Deſideri
um anime eius tribuiſti ei: et volũta
te labiorum eius non fraudaſti eum
Alleluya. v. Letabitur iuſtus in
dño et ſperabit in eo: et laudabũtur
oẽs recti corde. Uacãte All̃a. Tr.
D Eſiderium anime ei⁹ tribui-
ſti ei:et voluntate labiorum
eius non fraudaſti eum. v. Quoniã
preueniſti eum in bñdictionib⁹ dulce
dinis. v. Poſuiſti ſuper caput ei⁹ co-
ronã de lapide precioſo. Euãge. Ni
ſi granũ. In cõi fo. iiij. Offr. Glo
ria et honore coronaſti eum:et conſti
tuiſti eum ſuper opera manuũ tua-
rum domine. Secreta.
H Odiernũ dñe ſacrificiũ le-
tãtes offerim⁹/ quo bti vin
centij celeſtẽ victoriã recẽſentes:et
tua magnalia p̃dicam⁹:⁊ nos ac-
quiſiſſe gaudemus ſuffragia glo
rioſa. p. Cõio. Qui vult vẽire poſt
me abneget ſemetipſũ et tollat crucẽ
ſuam/et ſequatur me. Complenda
Q Ueſum⁹ oĩs de⁹: vt q̃ cele-
ſtia alimẽta ꝑcepim⁹: iter-
cedẽte btõ vincẽtio martyre tuo/ ꝑ
hec cõtra oĩa aduerſa muniamur
¶ Emerentiane ⁊ macharij Col.
M Aieſtati tue nos dñe mar-
tyrũ tuorũ emerentiane et
macharij ſupplicatio beata conci
liet: vt qui inceſſabiliter actib⁹ no
ſtris offendimus: eorum precib⁹
expiemur. Per. Secreta.
A Ccepta tibi ſit dñe ſacrate
plebis oblatio ꝓ tuorũ ho
nore ſanctorum: quorum ſe meri
tis ꝑcepiſſe/de tribulatione cogno
ſcit auxilium. Per. Complenda.
M Artyrũ tuoꝝ nos domine
ſemꝑ feſta letificent:⁊ quo
rum celebramus meritũ/ experia
mur auxiliũ. p. ¶ In cõuerſione
ſancti Pauli apoſtoli Introitus.
S Cio cui credidi/
et cert⁹ ſũ: quia
potẽs ẽ depoſitũ
meũ ſeruare i il-
lũ diem. ps. Do
mine probaſti me
et cognouiſti me:
tu cognouiſti ſeſſionẽ meã. Gl̃ia pa.
D Eus q̃ vniuerſũ Collecta
mũdũ beati pauli apl̃i tui
predicatione docuiſti: da nobis q̃-
ſumus: vt qui ei⁹ hodie cõuerſio-

nem colimꝰ: per eius ad te exẽpla
gradiamur. Per dominũ. Eodẽ
die preiecti martyris. Collecta.
Martyris tui preiecti nos q̃s
dñe interuentio glorioſa
commendet: vt quod noſtris acti
bus non meremur: eius precibus
conſequamur. Per dominum.

Lectio actuum apoſtolorum. ix.

In diebꝰ illis. Saulus ad-
huc ſpirãs minarũ et cedis
in diſcipulos dñi: acceſſit ad prin
cipem ſacerdotũ/ et petijt ab eo epi
ſtolas in damaſcum ad ſynago-
gas: vt ſi quos inueniſſet huius
vie viros ac mulieres: vinctos p-
duceret in hieruſalẽ. Et cum iter
faceret: contigit vt appropinqua
ret damaſco. Et ſubito circunful-
ſit eum lux de celo: et cadẽs in ter-
ram/ audiuit vocem dicentẽ ſibi.
Saule ſaule: quid me pſequeris?
Qui dixit. Quis es dñe? At ille.
Ego ſum ieſus: quẽ tu perſeque-
ris. Durum eſt tibi cõtra ſtimulũ
calcitrare. Et tremens ac ſtupens
dixit. Dñe: quid me vis facere? Et
Dñs ad eum. Surge et ingrede-
re ciuitatẽ: et dicet tibi q̃d te opor-
teat facere. Viri autẽ illi qui comi
tabantur cum eo/ ſtabant ſtupe-
facti: audiẽtes quidẽ vocẽ/ nemi-
nem autẽ vidẽtes. Surrexit aũt
ſaulus de terra: apertiſq; oculis
nichil videbat. Ad manus autẽ
illum trahentes: itroduxerũt da-
maſcũ. Et erat ibi tribus diebus
non vidẽs: et nõ mãducauit/ neq;
bibit. Erat autẽ quidã diſcipulꝰ
damaſci/ noĩe ananias: et dixit ad
illũ in viſu dñs. Anania. At ille
ait. Ecce ego dñe. Et dñs ad illũ.
Surge et vade in vicũ qui vocat
rectus: et quere in domo iude/ ſau
lum noĩe tharſenſem. Ecce enim
orat. Et vidit virum ananiã noĩe
introeũtẽ: et imponentẽ ſibi ma-
nũ/ vt viſum recipiat. Reſpondit
autẽ ananias Dñe audiui a mul
tis de viro hoc: quanta mala fece
rit ſãctis tuis in hieruſalẽ. Et hic
habet poteſtatẽ a principibus ſa-
cerdotũ: alligãdi oẽs qui inuocãt
nomẽ tuũ. Dixit autẽ ad eũ dñs.
Vade/ quoniã vas electionis mi-
hi eſt iſte: vt portet nomẽ meũ co-
ram gentibꝰ/ et regibꝰ/ et filijs iſ-
rael. Ego enim oſtendã illi/ quan
ta oporteat eũ p noĩe meo pati Et
abijt ananias: et introiuit in do-
mum. Et imponens ei manꝰ/ di-
xit. Saule frater/ dñs miſit me ie
ſus qui apparuit tibi in via qua
veniebas/ vt videas et implearis
ſpiritu ſancto. Et confeſtim ceci-
derunt ab oculis eius tanq̃ ſqua
me: et viſũ recepit. Et ſurgens ba
ptizatꝰ eſt. Et cũ accepiſſet cibũ:
cõfortatus eſt. Fuit autẽ cũ diſci-
pulis qui erant damaſci/ per dies
aliquot. Et cõtinuo ingreſſus in
ſynagogas p̃dicabat ieſum: q̃m
hic eſt filius dei. Stupebãt autẽ
oẽs qui audiebãt eum: et dicebãt
Nonne hic eſt qui expugnabat in
hieruſalẽ eos qui inuocabant no
men iſtud? Et huc ad hoc venit:
vt victos illos duceret ad p̃ncipes
ſacerdotũ. Saulus autẽ multo-
magis/ cõualeſcebat: et cõfũdebat
iudeos: qui habitabãt damaſci.
Affirmãs: quoniã hic eſt chriſtus

Gr. Qui operatꝰ eſt petro i apoſto-
latũ: operatꝰ eſt et mihi inter gẽtes: et

cognouerũt gratiã dei que data eſt
mihi. ℣. Gratia dei in me vacua nõ
fuit: ſed gratia eiꝰ ſẽper in me manet
Alla. ℣. Tu es vas electionis ſctẽ
paule apl'e doctoꝛ gentiũ: pꝛo oĩbus
nobis oꝛa ad deũ qui te elegit Seqn̄
Dixit dñs ex baſan/conuer
tam/conuertã in pꝛofun=
dum maris. Quod dixit et fecit
ſaulũ vt ſtrauit: paulũ et ſtatuit.
Per verbũ ſuum incarnatũ: per
quod fecit et ſecula. Quod dum
impugnat/ audiuit: ſaule ſaule
quid me perſequeris. Ego ſum
ieſus/ durũ eſt tibi vt recalcitres
ſtimulo. A facie dñi mota eſt ter
ra/contremuitq; mox et quieuit.
Dum cognito credidit dño: ſau
lus perſequi ceſſat cõchꝛiſtianos.
Hinc lingua tuoꝛum eſt canum
ex inimicis rediẽs ad te deꝰ. Cũ
paulus in oꝛe oĩm ſacerdotũ: iu=
ra dat pꝛeceptoꝛũ. Docẽs crucifi
xum nõ eſſe aliũ: pꝛeter chꝛiſtũ de
um. Cũ patre qui regnat et ſan
cto ſpiritu: cuiꝰ teſtis paulꝰ Hinc
linguas ſacerdotum: moꝛe canis
dum perlinxit legis et euangelij
duos molares in his contriuit.
Coꝛroſit vniuerſas ſpecies me=
dicinarũ: quibus curant ſaucij:
reficiuntur enutriendi. Quo do
cẽte deũ/mare vidit et fugit: ioꝛ=
danis cõuerſꝰ eſt retroꝛſũ. Quia
turba gentiũ relicto vicioꝛũ pꝛo=
fũdo: og rege baſan cõfuſo. Te
ſolũ adoꝛat chꝛiſtũ creatoꝛẽ: quẽ
et cognoſcit in carne veniſſe redẽ=
ptoꝛem. Uacante Alla. Tractꝰ.
Qui ſeminãt in lachꝛẏmis: in
gaudio metẽt ℣. Eũtes ibãt
et flebãt: mittẽtes ſemĩa ſua. ℣. Ue=
nientes aũt veniẽt cũ exultatiõe: poꝛ
tantes manipulos ſuos. Euange.
Ecce nos reliquimus omnia. In
cõi. fo. iij. Credo. Offr. In omnẽ
terrã exiuit ſonus eoꝛum: et in fines
oꝛbis terre verba eoꝛum. Secreta.
Apoſtoli tui pauli p̄cibꝰ do
mine plebis tue dona ſan
ctifica: vt q̃ tibi tuo grata ſũt in=
ſtituto: gratioꝛa fiãt eiuſdẽ patro
cinio ſupplicãtis. Per. Alia ſecre.
Suſcipe dñe ꝓpiciꝰ oꝛationẽ
noſtrã cũ oblatiõibꝰ hoſtia
rũ altari tuo ſupimpoſitis ⁊ mar
tyꝛis tui p̄iecti deꝓcatiõe: pietati
tue perfice benignꝰ acceptas: et il
lam que in eo flagrauit foꝛtẽ dile
ctionẽ/in nobis aſpira benignꝰ.
Per. Pꝛefa. de aplis. Cõio. Amẽ
dico vobis/quod vos qui reliquiſtis
oĩa et ſecuti eſtis me: cẽtuplũ accipie=
tis/⁊ vitã eternã poſſidebitis. Cõpl'
Sanctifica nos q̃s dñe ſalu=
tari myſterio: et pꝛeſta vt
pꝛo nobis eius non deſit oꝛatio:
cuius nos donaſti patrocinio gu=
bernari. Per. Alia complenda.
Uotiua dñe pꝛo beati mar
tyꝛis tui pꝛeiecti paſſione
dona percepimus: q̃s vt eius pꝛe=
cibus et pꝛeſentis vite nobis pari
ter et eterne tribuas conferre ſub
ſidium. Per dominum noſtrum
¶ In octa. ſctẽ Agnetis. Intro.
Uultum tuum deꝓca=
buntur oẽs diuites
plebis: adducentur re
gi virgines poſt eam
pꝛoxime eius: adducẽ
tur tibi in leticia et exultatiõe. Ps.
Eructauit coꝛ meum verbum bonũ
dico ego opera mea regi. Glia. Col.

DEus qui nos annua beate agnetis martyꝛis tue ſolē nitate letificas: da vt quā venera mur officio: etiā pie cōuerſationis ſequamur exēplo. Per. Epła. Sapiētia laudabit animā. In cōi fo. xiij. Gr. Specie tua et pulchꝛitudine tua: intēde pꝛoſpere pꝛocede et regna. Vꝰ. Pꝛopter veritatē et māſuetudinē et iuſticiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alła. V. Egregia ſpōſa chꝛiſti: īploꝛa pꝛo nobis ad dominum ieſum chꝛiſtum.

Vacante Alleluya. Tractus.

QUi ſemināt in lachꝛimis: in gaudio metēt. V. Eūtes ibāt ⁊ flebāt: mittētes ſemina ſua. V. Veniētes aūt veniēt cū exultatiōe: poꝛtantes manipulos ſuos. Euangeł. Simile eſt regnū celoꝝ theſauro. In cōi fo. xij. Offꝛ. Offerenł regi virgines poſt eam: pꝛoxime eiꝰ offerentur tibi.

Secreta.

SUper has q̄s domine hoſtias bn̄dictio copioſa deſcendat: q̄ et ſanctificationē nobis clementer opereł: et de martyꝛū nos ſolēnitate letificet. P. Cōio. Simile eſt regnū celoꝛū homini negociatori querēti bonas margaritas: iuēta vna pꝛecioſa margarita / dedit omnia ſua et cōparauit eā. Complēda

SUmpſimꝰ dn̄e celebꝛitatis annue votiua ſacramenta p̄ſta q̄s: vt et tēpoꝛalis nobis vite remedia pꝛebeant / et eterne. Per.

¶ Ignatij martyꝛis. Introitus.

SAcerdotes tui dn̄e induant iuſticiā / et ſācti tui exultent / ꝑpter dauid ſeruum tuū / non auertas faciē xp̄i tui. Ps. Memento dn̄e dauid: et oīs māſuetudinis eiꝰ. Glꝛia patri Collecta.

DEus q̄ nos bt̄i ignatij martyꝛis tui atqꝫ pontificis annua ſolēnitate letificas: cōcede ꝑpicius: vt cuiꝰ natalicia colimꝰ: de eiuſdē etiā ꝓtectiōe gaudeamꝰ. P. Epła. Ecce ſacerdos. In cōi fo. ix. Gr. Dn̄e pꝛeueniſti eū in bn̄dictiōibus dulcedinis: poſuiſti ī capite eiꝰ coronā de lapide pꝛecioſo. V. Vitā petiit ⁊ tribuiſti ei: lōgitudinē dierū ī ſeculū ſcłi. Alła. V. Letabił iuſtꝰ in dn̄o ⁊ ſperabit ī eo: ⁊ laudabunł oēs recti coꝛde Vacāte Alła. Tractus

BEatus vir qui timet dn̄m: in mandatis eiꝰ cupit nimis. V. Potēs ī terra erit ſemē eiꝰ gn̄atio rectoꝛū bn̄diceł. V. Glꝛia ⁊ diuitie in domo eiꝰ: et iuſticia eiꝰ manet ī ſcłm ſcłi. Euāg. Homo q̄dā no. in cōi fo. v. Offꝛ. Inueni dauid ſeruū meū / et ī oleo ſc̄tō vnxi eū. manꝰ enī mea auxiliabił ei ⁊ bꝛachiū meū cōfoꝛtabit eū

MUnera tibi dn̄e di- Secre. cata ſc̄tifica: et intercedēte bt̄ō ignatio martyꝛe tuo atqꝫ pōtifice / ꝑ eadē nos placatꝰ itēde Cōio Dn̄e quinqꝫ talēta tradidiſti mihi: ecce alia quiqꝫ ſuperlucratꝰ ſū. euge ſerue fidelis: qꝛ ī pauca fuiſti fidelis / ſupꝛa młta te ꝯſtituā: itra ī gaudiū dn̄i

HEc nos cōio dn̄e ( tui Cōpł purget a crimie: et itercedēte bt̄ō ignatio martyꝛe tuo atqꝫ pōtifice / celeſtis remedij faciat eſſe cōſoꝛtes. P. ¶ Bꝛigide v̄gis. Offm̄.

DIlexiſti iuſticiā ⁊ odiſti iniquitatē: ꝓpterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie / pꝛe conſoꝛtibꝰ tuis. Pſalmꝰ.

Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Glia pa. Colla

Deus qui ob declarādā virginitatis itegritatē ⁊ fidei meritū: ad tactū ſctē brigide virginis tue/ lignū aridū virere feciſti: concede ꝑpicius: vt eius apud miſericordiā tuā p̄cibꝰ adiuuemur: cuiꝰ nō ſolū caſtitatꝫ irradiamur exēplis: verū etiā miraculoꝝ gloria iocundamur. Per. Epla. Sapientia vincit maliciā. In cōi ſol. xj. Grad. Dilexiſti iuſticiā: et odiſti iniquitatē. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Alla. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: itēde proſpere procede et regna.

Vacante Alleluya. Tractus.

Qui ſeminālt in lachrimis: in gaudio metēt. ℣. Eūtes ibāt ⁊ flebāt: mittētes ſemina ſua. ℣. Venietes aūt veniēt cū exultatiōe: portantes manipulos ſuos. Euangel. Simile eſt regnū celorum decem virginibus. In cōi ſol. xj. Offr. Offerentur regi virgines poſt eam: proxime eius offerentur tibi. Secr.

Hanc q̄s dn̄e oblationē beate brigide virginis tue maieſtati tue oblatā / benigna pietate ſuſcipe: et nobis eiꝰ ſuffragantibus meritꝫ: ad ſalutē eternā eam ꝑuenire cōcede. Per. Cōio. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea bn̄dixit te deꝰ in eternū. Complēda

Quos celeſti domīe refectione ſatiaſti: beate queſumꝰ brigide virginis tue meritis et interceſſionibus: a cunctis eripe propiciatus aduerſis. Per dn̄m.

¶ In feſto purifica. benedicūtur candele: quere ī fine ſanctoralis.



¶ In feſto purificationis beatiſſime v̄gis marie. Ad miſſā. Offi.

Suſcepimus deus miſericordiam tuam in medio templi tui: ſecundum nomen tuum deꝰ/ ita et laus tua in fines terre/ iuſticia plena eſt dextera tua. Ps. Magnus dominꝰ et laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri ī monte ſancto eius. Suſcepimus. Gloria patri et filio. Collecta.

Omnipotens ſempiterne deus: maieſtatem tuā ſupplices exoramus: vt ſicut vnigenitꝰ filius tuus/ hodierna die cum noſtre carnis ſubſtantia ī templo eſt preſentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibꝰ preſentari. Per eūdem dn̄m noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate. ⁊c.

¶ Lectio malachie ꝓphete. iij.

H Ec dicit dñs deus. Ecce ego mitto angelū meū: et ꝑparabit viā tuam ante faciē tuā. Et ſtatim veniet ad templū ſuū dñator quē vos q̄ritis: et angel⁹ teſtamenti quē vos vultis. Ecce venit: dicit dñs exercituū. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et q̄s ſtabit ad videndū eū? Ipſe eni quaſi ignis conflans: et quaſi herba fullonum. Et ſedebit cōflans / et emundans argentum: et purgabit filios leui. Et colabit eos quaſi aurū / et quaſi argentū: ⁊ erūt dño offerētes ſacrificia i iuſticia. Et placebit dño ſacrificium iuda ⁊ hieruſalē / ſicut dies ſeculi: et ſicut anni antiqui. Dicit dñs: omnipotens. Gr. Suſcepim⁹ de⁹ miſericordiā tuā in medio templi tui ſcđm nomē tuū dñe / ita et laus tua i fines terre. ℣. Sicut audiuimus ita et vidimus i ciuitate dei noſtri i mōte ſancto ei⁹. Alła. ℣⁹. Poſt partū virgo iuiolata permāſiſti: dei genitrix intercede pro nobis. Sequētia.

C Oncentu parili hic te maria veneratur popul⁹: teq̄ piis colit cordib⁹. Generoſi abrahe tu filia veneranda / regia de dauidis ſtirpe genita. Sāctiſſima / corpore caſtiſſima: moribuſq̄ omnium pulcherrima / ꝟgo virginū. Letare mater et ꝟgo nobilis / gabrielis archangelico que oraculo credula genuiſti clauſa filiū. In cui⁹ ſacratiſſimo ſanguine / emūdatur vniuerſitas perditiſſimi generis: vt ꝓmiſit de⁹ abrahe. Te virga arida aaron flore ſpecioſa / prefigurat maria ſine viri ſemine nato floridam. Tu porta iugiter ſerata / quam ezechielis vox teſtatur maria: ſoli deo peruia eſſe crederis. Sed tu tamen matris virtutū / dum nobis exemplū cupiſti cōmendare / ſubiſti remediū / pollutis ſtatutū matribus. Ad templū detuliſti tecū mundandū qui tibi integritatis decus de⁹ homo genitus / adauxit itacta genitrix. Letare quam ſcrutator cordis ac renum probat habitatu ꝓprio ſingulariter dignam ſancta maria. Exulta cui paruus arriſit tūc maria: qui letari omnibus et cōſiſtere ſuo nutu tribuit. Ergo quiq̄ colim⁹ feſta paruuli chriſti propter nos facti eiuſq̄ pie matris marie. Si non dei poſſum⁹ tantā exequi tardi humilitatē: forma ſit nobis ei⁹ genitrix. Laus patri glorie: qui ſuum filium gentib⁹ et populis reuelās iſrael nos ſociat. Laus eius filio q̄ ſuo ſanguine nos patri reconcilians: ſupernis ſociauit ciuibus. Laus quoq̄ ſancto ſpiritui: ſit ꝑ euum. Amen. Si poſt .lxx. Tractus.

A Udi filia et vide: et iclina aurem tuam: quia concupiuit rex ſpeciem tuam. ℣. Uultum tuum deprecabūtur omnes diuites plebis filie regum in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines poſt eam: proxime eius offerent tibi. ℣⁹. Adducent in leticia ⁊ exultatiōe: adducent in tēplum regis.

¶ Secundum Lucam. ij.

I N illo tempore: Poſtq̄ impleti ſunt dies purgatiōis marie ſecundū legem moyſi: tulerunt ieſum in hieruſalem / vt ſiſte

rent eum dño: ſicut ſcriptum eſt i
lege dñi: quia omne maſculinum
adaperiens vuluā: ſanctū dño vo
cabitur. Et vt darent hoſtiā ſcdm
quod dictum eſt lege dñi: par tur-
turum: aut duos pullos colūbarꝫ.
Et ecce homo erat in hieruſalem:
cui nomen ſymeon. Et homo iſte
iuſtus: ⁊ timoratꝰ: expectans con
ſolationē iſrael: et ſpiritus ſanctꝰ
erat in eo. Et reſpōſum acceperat
a ſpiritu ſancto: non viſurum ſe
mortē: niſi prius videret chriſtum
dñi. Et venit in ſpū in templum.
Et cū inducerent puerū ieſum pa
rentes eius/ vt facerent ſcdm con-
ſuetudinem legis pro eo: et ipſe ac-
cepit eū in vlnas ſuas: et benedi-
xit deum et dixit. Nunc dimittis
ſeruū tuum dñe: ſcdm verbū tuū
in pace. Quia viderunt oculi mei
ſalutare tuū. Quod paraſti: ante
faciem oīm populorꝫ. Lumen ad
reuelationē gentiū: ⁊ gloriam ple
bis tue iſrael. Credo. Offr. Dif-
fuſa ē gratia ī labiis tuis: propterea
bñdixit te deus ī eternum/ et ī ſeculū
ſeculi. Secreta.

Exaudi domine preces nr̄as
et vt digna ſint munera q̄
oculis tue maieſtatis offerimus:
ſubſidium nobis tue pietatis im-
pende. Per. Prefatio de natiuita
te dñi. Quia per incarnati. Cōio.
Reſponſum accepit ſymeon a ſpiri-
tu ſancto: non viſurū ſe mortem/ niſi
videret chriſtum dñi. Complenda.

Queſumus domine deꝰ no
ſter: vt ſacroſancta myſte-
ria q̄ pro reparationis nr̄e muni-
mine contuliſti: intercedente bea-
ta ſemp virgine dei genitrice ma-
ria/ et preſens nobis remediū eſſe
facias/ et futurū. Per eundem.

¶ Blaſij epiſcopi. Introitus.

Os iuſti meditabiť ſa-
pientiā: et lingua eiꝰ
loqueť iudiciū: lex dei
eius in corde ipſiꝰ. Ps.
Noli emulari in mali-
gnantibꝰ: neqꝫ zelaueris faciētes ini
quitatem. Gloria patri. Collecta.

Deus q̄ preſentē diem hono
rabilem nobis ī beati bla-
ſij martyris tui atqꝫ pontificis ſo-
lennitate feciſti: da ppłis tuis ſpi-
ritualiū munus gaudiorꝫ: et oīm
fideliū mentes dirige in viam ſa-
lutiſ eterne. Per. Epl̄a. Teſtificor
coram deo. In cōi fol. ix. Gr. Os
iuſti meditabitur ſapientiā: et lĩgua
eius loquetur iudiciū. ℣. Lex dei eiꝰ
ī corde ipſius: et nō ſupplantabūtur
greſſus eiꝰ. Alla. ℣. Letabiť iu-
ſtꝰ ī dño: ⁊ ſperabit ī eo: ⁊ laudabunť
oēs recti corde. Vacante Alla. Tr.

Deſideriū anime eius tribui-
ſti ei: et voluntate labiorum
eius non fraudaſti eum. ℣. Quoni-
am preueniſti eū in benedictione dul
cedinis. ℣. Poſuiſti ſuper caput eius
coronam de lapide precioſo. Euāge-
liū. Si quis venit ad me. In cōi
fol. x. Offr. In virtute tua domine
letabitur iuſtus: et ſuper ſalutare tu-
um exultabit vehementer: deſideriū
anime eiꝰ tribuiſti ei. Secreta.

Hoſtias domie quas nomi-
ni tuo conſecrandas offeri-
mus: ſācti blaſij martyris tui ꝓ-
ſequať oratio: per quam nos ex-
piari tribuas/ et defendi. Per do-
minum noſtrum. Cōio. Qui vult
venire poſt me/ abneget ſemetipſū:

⁊ tollat crucē ſuā ⁊ ſequat᷑ me. Cōpl.

Beati blaſij martyꝛis tui atq̧ pontificis: queſumus domine itercessione nos adiuua: pꝛo cuius ſolennitate ꝑcepim⁹ tua ſācta letantes. Per dominum.

¶ Agathe virginis. Introitus.

Gaudeam⁹ oēs in dño diem feſtum celebrātes ſub honoꝛe agathe martyꝛis: de cui⁹ paſſiōe gaudēt angeli/⁊ collaudāt filiū dei. Ps. Eructauit coꝛ meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Glia pa. Coll.

Deus q̄ inter cetera potētie tue miracula/etiā in ſexu fragili victoꝛiā martyꝛij cōtuliſti concede ꝓpicius: vt cui⁹ natalicia colim⁹: per ei⁹ ad te exēpla gradiamur. Per. Epla. Qui gloꝛiat᷑. In cōi fo. xiij. Gr. Adiuuabit eam de⁹ vultu ſuo: deus i medio eius nō commouebit᷑. V. Fluminis impet⁹ letificat ciuitatē dei: ſanctificauit tabernaculū ſuū altiſſim⁹. Alla. V. Egregia ſponſa chꝛiſti: imploꝛa pꝛo nobis ad dñm ieſum chꝛiſtum.

Uacante Alleluya. Tractus.

Qui ſemināt in lachꝛimis: in gaudio metēt. V. Eūtes ibāt ⁊ flebāt: mittētes ſemina ſua. V. Ueniētes aūt veniēt cū exultatiōe: poꝛtantes manipulos ſuos. Euāgeliū. Simile eſt regnū celoꝛum decem virginibus. In cōi fol. xi. Offr. Offerentur regi virgines pꝛoxime eius offerentur tibi in leticia et exultatione / adducentur in templum regi domino. Secreta.

Suſcipe dñe munera que in beate agathe martyꝛis tue ſolennitate deferimus: cuius nos confidim⁹ patrocinio liberari. P. Cōio. Qui me dignatus eſt ab omni plaga curare: et mammillas meas meo pectoꝛi reſtituere / ipſum inuoco deum viuum. Complenda.

Auxilient nobis dñe ſumpta myſteria: et itercedēte btā agatha martyꝛe tua ſēpiterna ꝓtectione confirment. Per.

¶ Scolaſtice virginis. Collecta.

Familiam tuam queſum⁹ domine beate ſcolaſtice virginis tue meritis pꝛopicius reſpice: vt ſicut ipſius pꝛecibus ad obtinendum quod cupiuit/imbꝛem celitus deſcendere feciſti: ita ei⁹ ſupplicationibus / ariditatem noſtri coꝛdis/ſuperne digneris gratie roꝛe perfundere. Per.

Eodem die de martyꝛibus Colla.

Domine deus noſter: multiplica ſup nos miſericoꝛdiam tuā: et quoꝛum celebꝛamus gloꝛioſa certamina: tribue conſequi in ſancta pꝛofeſſione victoꝛiā.

Eodem die ſancte ſotheris Colla.

Preſta q̄s oīs deus: vt ſctē ſotheris cuius humanitatis celebꝛamus exoꝛdia: martyꝛis beneficia ſentiamus. p. Secreta.

Suſcipe queſumus domine ob honoꝛem ſacre virginis tue ſcolaſtice munus oblatum et quod noſtris aſſequi meritis non valemus: eiuſdem ſuffragantib⁹ meritis largire pꝛopicius. Per.

¶ Alia ſecreta de martyꝛibus.

Suſcipe queſumus domine munera populi tui pꝛo martyꝛum tuoꝛum feſtiuitate ſanctoꝛum: et ſincero nos coꝛde

fac eorum natalicijs intereſſe.

¶ Alia ſecreta ſancte ſotheris.

PReces noſtras qs dñe ppiciatus admitte: et dicatum tibi ſacrificium btē ſotheris martyris cōmendet oratio. p. Cōplē.

QUos celeſti dñe refectiōe ſatiaſti beate queſumus ſcolaſtice virginis tue meritis et itercessionibus/ a cunctis exime propiciatus aduerſis. Per.

Alia complenda de martyribus.

SAcramenti tui dñe queſumus ſumpta bñdictio/ corpora noſtra menteſqȝ ſanctificet: et perpetue miſericordie nos ꝑparet aſſcribendos.

Alia complenda ſancta ſotheris.

SAncte ſotheris precibus cōfidentes queſums domine vt per ea que ſumpſimus / eterna remedia capiamus. Per dñm.

¶ Ualentini martyris. Introit⁹.

IN virtute tua domine letabitur iuſtus: et ſuper ſalutare tuum exultabit vehemēter deſiderium aīe ei⁹ tribuiſti ei. ps. Quoniā preueniſti eū i benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo. Gloria patri. Collecta.

PReſta queſum⁹ oīpotēs deus: vt qui beati valentini martyris tui natalicia colimus: a cunctis malis imminentibus/ ei⁹ intercessionibus liberemur. Per.

¶ Eodem die Uitalis/ Felicule/ et zenonis. Collecta.

TUorum nos dñe qſumus precibus tuere ſanctorum vt feſta martyrum tuorū vitalis/ felicule/ et zenonis ſine ceſſatione venerantes: et fideli muniamur auxilio: et magnifico proficiam⁹ exēplo. Per. Epla. Beatus homo qui inuenit ſapientiā. In cōi to. i. Gr. Beatus vir qui timet dominū: i mādatis ei⁹ cupit nimis. V. Potēs i terra erit ſemen ei⁹: generatio rectorū benedicetur. Alla. V⁹. Corona aurea ſuper caput ei⁹ expreſſa ſigno ſctitatis/ glorie et honoris. Uacante Alleluya. Tractus.

DEſideriū anime ei⁹ tribuiſti ei: et volūtate labiorū ei⁹ non fraudaſti eū. V⁹. Quoniā preueniſti eum in bñdictionib⁹ dulcedinis. V⁹. Poſuiſti ſuper caput ei⁹ coronā de lapide precioſo. Euāgel. Si qs vult. In cōi k. iiij. Offr. In virtute tua dñe letabit iuſtus: et ſuper ſalutare tuū exultabit vehemēter: deſideriū anime eius tribuiſti ei. Secreta.

OBlatis qs dñe placare mūeribus: et itercedēte btō valētino martyre tuo: a cūctis nos defēde piculis. Alia ſecr. de martyrib⁹

AD martyrū tuorum vitalis/ felicule/ et zenonis dñe feſta venientes: cū munerib⁹ nomini tuo dicatis noſtra offerim⁹ vota: vt illius reuerentiā deferētes/ nobis veniā impetrem⁹. Per. Cōio.

Magna eſt gloria ei⁹ in ſalutari tuo gloriā et magnū decorē impones ſuper eum domine. Complenda.

SIt nobis dñe repatio mentis et corporis celeſte myſterium: vt cui⁹ exequimur actionē/ ſentiamus effectum. Per dñm.

Alia complenda de martyribus.

PRotege domīe plebē tuā: et feſtiuitate martyrū tuorū

vitalis/ felicule/ et zenonis: quam
nobis tradis aſſidue: debitã tibi
perſolui pcibus cõcede ſctõꝝ. Per.

¶ Iuliane virginis. Collecta.

O Mnipotens ſempiterne de
us/ qui infirma mundi eli-
gis/ vt fortia queqꝫ cõfundas: da
nobis in feſtiuitate ſancte marty-
ris tue iuliane cõgrua deuotione
gaudere: vt ⁊ potentiã tuã in eius
paſſione laudemus: et prouiſum
nobis pcipiamꝰ auxiliũ. p. Secre.

I N ſãcte martyris tue iulia-
ne paſſione precioſa te dñe
mirabilem predicantes: munera
votiua deferimus: pſta queſumꝰ
vt ſicut eius tibi grata ſunt meri-
ta: ſic noſtre ſeruitutꝫ accepta red-
dantur officia. Per. Complenda

L Ibantes domine mẽſe tue
beata myſteria queſumꝰ:
vt ſancte iuliane martyris tue in-
teruentionibus glorioſis: et pſen-
tem nobis miſericordiam confe-
rant/ et eternam. Per dominum.

¶ Cathedra ſcti petri. Introitus



S Tatuit ei
dñs teſta-
mentũ pa-
cis/ et prin-
cipem fecit
eũ: vt ſit illi ſacerdotij
dignitas in eternum. ps. Exaltẽt
eũ in eccleſia plebis: et in cathedra ſe
niorũ laudent eũ. Gloria pa. Colla

D Eus qui beato petro apo-
ſtolo tuo/ collatis clauibꝰ
regni celeſtis animas ligãdi atqꝫ
ſoluendi pontificiũ tradidiſti: cõ-
cede/ vt interceſſionis eius auxilio
a peccatorum noſtrorũ nexibus li
beremur. Per dominum.



Lec. epl'e bti petri apli. prime. j.

P Etrus apoſtolus ieſu chri-
ſti electiſ aduenis diſpſiõis
ponti/ galacie/ aſie capadocie/ ⁊ bi
thynie ſcõm preſcientiam dei pa-
tris in ſanctificationem ſpiritus
in obedientiam et aſperſionẽ ſan
guinis ieſu chriſti: gratia vobis ⁊
pax multiplicetur. Benedictꝰ deꝰ
⁊ pater domini noſtri ieſu chriſti:
qui ſcõm magnam miſericordiã
ſuam: regenerauit nos ĩ ſpem vi-
uam/ per reſurrectionem ieſu chri
ſti ex mortuis/ in hereditatem icor
ruptibilem/ et incontaminatam/
et immarceſſibilem conſeruatam
in celis: in vobis qui in virtute dei
cuſtodimini per fidem/ in ſalutẽ
paratam reuelari in tempore no-
uiſſimo. in quo exultabitis. Mo-
dicum nunc ſi oportet cõtriſtari ĩ
varijs tentationibus/ vt pbatio
veſtre fidei multo precioſior ſit au
ro/ quod per ignem probatur: in-
ueniatur in laudem/ et gloriam/
et honorem: in reuelatione ieſu
chriſti domini noſtri. Gr. Iura-
uit dñs et non penitebit eũ: tu es ſa-
cerdos in eternum ſecundũ ordinem
melchiſedech. V. Dixit dominus do-
mino meo: ſede a dextris meis. Tr.

T U es petrus/ et ſuper hãc pe
trã: edificabo eccleſiã meam
V. Et porte inferi nõ preualebũt ad-
uerſus eã: ⁊ tibi dabo claues regni ce
lorũ. V. Et quodcunqꝫ ligaueris ſu-
per terrã: erit ligatũ et in celis. V. Et
quodcunqꝫ ſolueris ſuper terrã: erit
ſolutum et in celis.

¶ Secundum Matheum. xvj.

I N illo tẽpore: Uenit ieſus
in partes ceſaree philippi:

et iterrogabat diſcipulos ſuos dicens. Quem dicunt homines eſſe filium hominis? At illi dixerunt. Alij iohannē baptiſtā / alij autem helyam / alij vero hieremiam: aut vnum ex prophetis. Dixit illis ieſus. Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens ſymon petrus dixit. Tu es chriſtꝰ filius dei viui. Reſpondens autem ieſus dixit ei Beatus es ſymon bariona / quia caro et ſanguis nō reuelauit tibi: ſed pater meus qui in celis eſt. Et ego dico tibi: quia tu es petrus / et ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. Et porte inferi: non preualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcunqꝫ ligaueris ſup terram: erit ligatū et in celis. Et quodcūqꝫ ſolueris ſuper terram: erit ſolutū et in celis. Credo. Offr. Veritas mea ꝛ mīa mea cum ipſo: ꝛ in nomīe meo exaltabit cornu eius. Secreta

Eccleſie tue q̄s domine preces et hoſtias bti petri apoſtoli tui cōmēdet oratio: vt quod pro illius gloria celebramus: nobis proſit ad veniam. Per. Prefatio de apl̄is. Cōio. Tu es petrus ꝛ ſuper hanc petram edificabo eccleſiā meam. Complenda.

Letificet nos queſumus domine munus oblatum: vt ſicut ī apoſtolo tuo petro te mirabilem predicamus: ſic per illū tue ſumamus īdulgentie largitatē. Per d. ¶ In vigilia mathie apl̄i Euange. Deſignauit dn̄s. In cōi fo. iij. Cetera oīa ſicut ī vigi. vniꝰ apl̄i. in cōi fol. j. ¶ In die ſcti mathie apl̄i. Ad miſſam. Introitus.

Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui deus...

Iudicant ſācti gentes et dominant populis et regnabit dominus deus illorum ī perpetuum. Ps. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. Gloria patri. Collecta.

Deus qui beatum mathiā apoſtolorum tuorum collegio ſociaſti: tribue queſumꝰ: vt eius iteruentiōe tue circa nos pietatis ſemper viſcera ſentiamus.

¶ Lectio actuum apoſtolorū. j.

In diebus illis. Exurgēs petrus in medio fratrū: dixit. Erat aūt turba hominū ſimul / fere centū viginti. Viri fratres oportet impleri ſcripturam quam predixit ſpiritus ſanctus p os dauid de iuda / qui fuit dux eorum qui cōprehenderūt ieſum: qui connumeratus erat in nobis: et ſortitus eſt ſortem miniſterij huius. Et hic q̄dem poſſedit agrum de mercede iniquitatis: et ſuſpenſus crepuit medius: et diffuſa ſunt omnia viſcera eius. Et notum factū eſt omnibus habitantibus hieruſalem: ita vt appellaret ager ille lingua eorum acheldemach: hoc eſt ager ſanguinis. Scriptum eſt enim in libro pſalmorum. Fiat commoratio eorum deſerta: ꝛ non ſit qui inhabitet ī ea: et epiſcopatū eiꝰ accipiat alter. Oportet ergo ex hiis viris qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore / quo intrauit et exiuit inter nos dominus ieſus: incipiens a baptiſmate iohānis vſqꝫ in diem qua aſſumptus eſt a nobis: teſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnū ex iſtis.

Et ſtatuerūt duos: ioſeph qui vocatur barſabas: qui cognominatus eſt iuſt⁹: et mathiam. Et orantes dixerunt. Tu domine qui corda noſti omniū: oſtende quem elegeris ex hijs duobus/ vnum accipere locū miniſterij huius/ & apoſtolatus: de quo preuaricatus eſt iudas: vt abiret in locum ſuum. Et dederunt ſortes eis. Et cecidit ſors ſuper mathiam. Et ānumeratus eſt cum vndecim apoſtolis

Gr. Nimis honorati ſunt amici tui deus. nimis confortatus eſt principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: et ſuper arenam multiplicabunt. Tr.

Qui ſeminant in lachrymis: i gaudio metent. ℣. Euntes ibant et flebāt: mittētes ſemina ſua. ℣. Uenientes autem venient cum exultatiōe: portātes manipulos ſuos. Euāge. Miſit ieſus duodecim diſcipulos. In cōi l.j. Credo. Offr. Mihi autem nimis honorificati ſūt amici tui deus: nimis cōfortatus eſt principatus eorum. Secreta.

Deus qui proditoris apoſtate ruinam: ne apoſtolorū tuorum numerus ſacratus perfectiōe careret: beati mathie apoſtoli electione ſuppleſti: pſentia munera ſanctifica: et per ea nos gratie tue virtute cōfirma. Per. Prefatio de apl'is. Cōio. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui vos perſequuntur. Cōplen.

Preſta queſumus omnipotens et miſericors deus: vt per hec ſancta que ſumpſimus: interueniente beato mathia apoſtolo tuo veniam conſequamur & pacem. Per dominum.

¶ Perpetue et felicitatis. Colla.

Da nobis domine deus noſter ſanctarū martyrū tuorum ꝑpetue et felicitatis palmas inceſſabili deuotione venerari: vt quas digna mente non poſſum⁹ celebrare: humilibus ſaltem frequentem⁹ obſequijs. Per. Secre.

Intēde domīe munera qſumus altaribus tuis pro ſāctarum martyrum tuarū perpetue et felicitatis commemoratione propoſita: vt ſicut per hec beata myſteria illis gloriam contuliſti: ita nobis indulgentiā largiaris. Per. Complenda.

Leti domine ſumpſim⁹ ſacramenta celeſtia: que itercedentibus pro nobis beatarum martyrum tuarum meritis perpetue et felicitatis: ad vitam nobis proficiant ſempiternam. Per

¶ Gregorij pape. Introitus.

Sacerdotes dei benedicite domino: ſancti et humiles corde laudate deum. Ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et ſuperexaltate eū in ſecula. Gloria patri. Collecta.

Deus qui anime famuli tui gregorij eterne beatitudinis premia contuliſti: concede ꝓpicius: vt qui peccatorum noſtrorum pondere ꝓmimur: ei⁹ apud te precibus ſubleuemur. Per do.

¶ Lectio malachie prophete. ij.

Hec dicit dominus. Scietis quia miſi ad vos mandatum iſtud: vt eſſet pactum meum cum leui dicit dominus exercituū Pactum meum fuit cum eo: vite

et pacis. Et dedit ei timorem et timuit me: et a facie noīs mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore eius: et iniquitas non eſt inuenta in labijs eius. In pace et equitate ambulauit mecum: et multos auertit ab iniquitate. Labia enim ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiā: et legem requirent ex ore eius. Quia angelꝰ domini: exercituū eſt. Gr. Ecce ſacerdos magnus: qui in diebꝰ ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentꝰ ſilis illi: qui conſeruaret legē excelſi. Tractꝰ. Beatꝰ vir qui timet dominū: in mandatis eius cupit nimis ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria et diuitie in domo eius: et iuſticia eius manet in ſeculū ſeculi. Euange Vos eſtis ſal terre In cōi fo. x. Offr. Veritas mea et miſericordia mea cū ipſo: et in nomine meo exaltabit cornu eius. Secre.

Hoſtias dñe quas nomini tuo conſecrandas offerimꝰ ſancti gregorij ꝓſequat oratio: ꝑ quas nos et expiari facias/ et defēdi. Per. Cōio. Fidelis ſeruus ⁊ prudens: quē conſtituit dñs ſuper familiā ſuā: vt det illis in tempore tritici menſuram. Complenda.

Preſtent nobis q̄s dñe tua ſancta preſidiū: qđ interuenientibꝰ bti gregorij meritis ab oibus nos abſoluat pctis. Per d.

¶ Gertrudis virginis. Introitꝰ.

Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regū et non confundebar: ⁊ meditabar i mādatꝭ tuis que dilexi nimis. ps. Beati imaculati ī via: qui ambulant in lege dñi. Glia pa. Coll.

Creſcat dñe ſemꝑ in nobis ſctē iocūditatꝭ affectꝰ: ⁊ btē gertrudis v̄ginis tue veneranda feſtiuitate augeat. p. Epła. Sapientia vincit maliciā. In cōi fol. xij. Gr. Specie tua et pulchritudie tua: intēde ꝓſpere ꝓcede ⁊ regna. ℣. Propter veritatē et māſuetudinē et iuſticiā: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Tractus.

Qui ſeminā̄t in lachrimis: in gaudio metēt. ℣. Eūtes ibāt ⁊ flebāt: mittētes ſemina ſua. ℣. Veniētes aūt veniēt cū exultatiōe: portantes manipulos ſuos. Euāg. Simile eſt regnū celor̄ theſauro. In cōi fo. xij. Offr. Filie regū in honore tuo: aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circūdata varietate. Secr.

Hodiernū dñe ſacrificiū letātes offerimꝰ: quo btē gertrudis v̄gis tue victoriā celeſtē recenſentes/ ⁊ tua magnalia ꝑdicamꝰ: ⁊ nos acq̄ſiſſe gaudemꝰ ſuffragia glioſa. p. Cōio. Feci iudiciū et iuſticiā dñe nō calūniētur me ſuperbi: ad oīa mandata tua dirigebar: oēm viā iīquitatis odio habui. Cōplr.

Sumētes dñe gaudia ſempiterna de ꝑticipatiōe ſacramenti in feſtiuitate ſctē gertrudis virginis tue ſuppliciter deprecamur: vt que ſedula ſeruitute donāte te gerimus/ dignis ſenſibus tuo munere capiamus. Per.

¶ Benedicti abbatis Introitus.

Iuſtus vt palma florebit/ ſicut cedrus libani multiplicabit: plantatꝰ in domo domini in atrijs domus

dei noſtri. ps. Bonū ē cōfiteri dn̄o:
⁊ pſallere noī tuo altiſſime. Glīa pa.
O Mnipotens ſempi Col.
terne deus q̄ per glīoſa bea-
ti benedicti abbatis exēpla humi-
litatis triūphale nobis iter oſten-
diſti: da q̄s vt viā tibi placite obe-
dientie per quā idem venerabilis
pater illeſus antecedebat: nos pre
claris ei⁹ meritis adiuti/ ſine erro
re ſubſequamur. Per. Epla. Di-
lect⁹ deo et hoībus. In cōi fol. iiii.
Gr. Os iuſti meditabit ſapiētiā: et
lingua ei⁹ loquetur iudiciū. V. Lex
dei eius in corde ipſius: et nō ſupplā-
tabuntur greſſus eius. Tractus.
B Eatus vir qui timet dn̄m: in
mandatis ei⁹ cupit nimis. V.
Potēs in terra erit ſemen ei⁹: gn̄atio
rectorū bn̄dicet. V. Glīa et diuitie in
domo ei⁹: ⁊ iudicia ei⁹ manet ī ſeculū
ſeculi. Euāge. Ecce nos reliq̄mus.
In cōi fo. iii. Offer. Gloria ⁊ hono-
re coronaſti eū: et cōſtituiſti eū ſuper
opera manuū tuarū dn̄e. Secreta.
P Aternis īteruentiōib⁹ ma-
gnifici paſtoris benedicti:
q̄s oṕs deus: familie tue cōmende
tur oblatio: cuius vitalibus deco-
ratur exēplis. Per. Cōio. Fidelis
ſeruus et prudens: quē cōſtituit dn̄s
ſuper familiā ſuā/ vt det illis ī tēpo-
re tritici menſuram. Complenda.
P Erceptis domine deus no-
ſter ſalutaribus ſacramen
tis te humiliter deprecamur: vt i-
tercedente beato benedicto abba-
te/ quod pro illius veneranda agi
mus corporis depoſitione: nobis
pficiat ad ſalutem. Per dominū
noſtrum ieſum chriſtū filiū tuū.
Qui tecum viuit et regnat. ⁊c.




¶ In annunciatiōe beate marie
virginis. Introitus.



R Orate celi deſu-
per/ ⁊ nubes plu
ant iuſtū: apiat
terra/ et germi-
net ſaluatorem
ps. Celi enarant
gloriā dei: ⁊ ope-
ra manuū ei⁹ annūciat firmamētū.
Gloria pa. G loria in excel. Colla.
D Eus q̄ hodierna die verbū
tuū btē marie virgīs aluo
coadunare voluiſti: fac nos ita mi
ſteria tua peragere: vt tibi placere
valeam⁹. Per e. Una colla tm̄ dr.
¶ Lectio Iſaie prophete. vij.
I N dieb⁹ illis. Locut⁹ eſt do
min⁹ ad achaz dicēs. Pete
tibi ſignū a dn̄o deo tuo ī profun-

dum iferni: ſiue i excelſum ſupra. Et dixit achaz. Non petã: ⁊ nõ tẽptabo dñm. Et dixit. Audite ergo dom⁹ dauid. Nunqd parũ vobis eſt moleſtos eſſe hoib⁹: qa moleſti eſtis et deo meo. Propter hoc dabit dñs ipſe vobis ſignũ. Ecce virgo cõcipiet ⁊ pariet filiũ: et vocabit nomen ei⁹ emanuel. Butyrum ⁊ mel comedet: vt ſciat reprobare malũ: et eligere bonũ. Grad

Tollite portas principes vr̃as: ⁊ eleuamini porte eternales / et introibit rex glorie. V⁹. Quis aſcẽdet i montẽ dñi: aut quis ſtabit i loco ſctõ ei⁹. inocẽs manibus ⁊ mũdo corde. Tract⁹

Aue maria gratia plena dñs tecũ. V. Bñdicta tu i mulieribus: et bñdict⁹ fruct⁹ vẽtris tui. V. Ecce cõcipies et paries filiũ: et vocabit nomẽ eius emanuel. V. Quomodo iquit fiet iſtud: qm̃ virũ nõ cognoſco: ⁊ reſpõdẽs angelus intulit ei. V. Spũs ſanct⁹ ſuperueniet i te: et virt⁹ altiſſimi obũbrabit tibi. V. Ideoqꝫ et qd naſcet ex te ſctm̃ / vocabit filius dei. Poſt paſcha nõ dicit R. Tollite. nec tract⁹. Pro All'a dicet. Aue maria. V. Virga ieſſe floruit: virgo deum et hominẽ genuit: pacem deus reddidit / in ſe reconſilians ima ſummis. Sequentia.

Aue maria gr̃a plena: dñs tecũ / vgo ſerena. Bñdicta tu i mulieribus: q peperiſti pacem hoib⁹ / et angelis gloriã. Et benedict⁹ fruct⁹ vẽtris tui: q coheredes vt eſſemus ſui / nos fecit per gratiam. Per hoc aũt aue: mundo tam ſuaue / cõtra carnis iura. Genuiſti plem: nouũ ſtella ſolẽ / noua genitura. Tu parui ⁊ magni: leonis et agni ſaluatoris chriſti templũ extitiſti / ſed mater intacta. Tu floris ⁊ roris / panis ⁊ paſtoris: vginũ regina / roſa ſine ſpina: gẽitrix es facta. Tu ciuitas regis iuſticie: tu mater es miſericordie / de lacu fecis ⁊ miſerie: theophilũ reformans gratie. Te collaudat celeſtis curia: que mater es regis et filia / per te reis donat venia: per te iuſtis confertur gratia Ergo maris ſtella / vbi dei cella: et ſolis aurora. Paradiſi porta / per quam lux eſt orta: natum tuũ ora. Ut nos ſoluat a pctis: et in regno claritatis / quo lux lucet ſedula: collocet per ſecula. Amen.

¶ Secundum lucam. j.

In illo tempore: Miſſus eſt angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee: cui nomen nazareth: ad virginem deſponſatam viro: cui nomen erat ioſeph / de domo dauid: et nomen virginis maria. Et igreſſus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena: domin⁹ tecum. Benedicta tu in mulieribus. Que cum audiſſet / turbata eſt in ſermone eius: et cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inueniſti enim gratiã apud deum. Ecce concipies in vtero / et paries filiũ: ⁊ vocabis nomen ei⁹ ieſum. Hic erit magnus: et filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus ſedem dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eternũ ⁊ regni eius nõ erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud: quoniam virum nõ cognoſco. Et reſpondens angel⁹

dixit ei. Spiritus ſanct⁹ ſuperue-
niet in te: et virt⁹ altiſſimi obum-
brabit tibi. Ideoq; ⁊ quod naſcet
ex te ſanctum/ vocabit filius dei.
Et ecce elizabeth cognata tua: et
ipſa concepit filiū in ſenectute ſua
Et hic menſis eſt ſext⁹ illi q̄ vocat
ſterilis: quia non erit impoſſibile
apud deū omne verbū. Dixit aūt
maria. Ecce ancilla domini. Fiat
mihi: ſcd̄m verbum tuum. Cre-
do. Offr. Aue maria gratia plena
dn̄s tecū: benedicta tu ī mulierib⁹: et
benedictus fruct⁹ vētris tui. Secre.
In mentibus noſtris queſu
mus domie vere fidei ſacra
menta confirma: vt q̄ conceptum
de virgine/ deū verum et hominē
confitemur: per eius ſalutifere re
ſurrectiōis potentiam: ad eternā
mereamur peruenire leticiā. Per
eundē. Prefatio de natiuitate dn̄i
Cōio. Ecce virgo concipiet et pariet
filium: et vocabitur nomē eius ema
nuel. Complenda.
Gratiam tuam q̄s dn̄e men
tibus noſtris infunde: vt q̄
angelo nūciante chriſti filij tui in
carnationē cognouimus: per paſ
ſionem ei⁹ et crucē ad reſurrectio-
nis gloriā perducamur. Per eūd.
¶ Ambroſij epiſcopi. Introitus.
Sacerdotes dei benedi
cite domino: ſancti et
humiles corde lauda-
te deum. Ps. Benedici
te omnia opera domini
domino: laudate et ſuperexaltate eū
i ſecula. Gloria patri. Collecta
Sancti ambroſij nos queſu
mus domine iugiter proſe
quatur oratio: vt quod peticio no
ſtra non impetrat: ipſo pro nobis
interueniente preſtet. Per. Epl'a.
Doctrinis varijs. In cōi fo. x. Gr
Jurauit dn̄s et nō penitebit eum: tu
es ſacerdos i eternū/ ſcd̄m ordinē mel
chiſedech. V. Dixit dn̄s dn̄o meo: ſe-
de a dextris meis. Tractus. Beat⁹
vir. vts de ſctō bn̄dicto. Euangel.
Vos eſtis ſal terre. In cōi folio. x.
Offr. Veritas mea et mīa mea cum
ipſo: et ī noīe meo exaltabit cornu ei⁹
Hec in nobis ſacri- Secre.
ficia deus intercedente bea
tiſſimo confeſſore tuo ambroſio:
et actione pmaneant/ et operatio-
ne firment. Per. Cōio. Beat⁹ ſer-
uus quem cū venerit dn̄s iuenerit vi
gilantē: amen dico vobis/ ſuper om-
nia bona ſua cōſtituet eū. Cōplēda.
Hec nos cōmunio dn̄e pur-
get a crimine: et itercedē-
te beato ſacerdote ⁊ confeſſore tuo
ambroſio: celeſtis remedij faciat
eſſe conſortes. Per dn̄m noſtrum
¶ Tempore paſchali Introitus.
Protexiſti me de⁹ a cō-
uentu malignātium
alleluya: a multitudi
ne operantiū iniqui-
tatem alleluya all'a.
Ps. Exaudi deus oratiōnē meā cum
deprecor: a timore īimici eripe animā
meā. Gloria patri. Collecta et epl'a
vts. All'a. V. Jurauit dn̄s et non
penitebit eū: tu es ſacerdos ī eternū/
ſecūdū ordinē melchiſedech. All'a.
V. Chriſt⁹ reſurgēs ex mortuis: iam
non moritur/ mors illi vltra non do-
minabitur. Sequentia.
Victime paſchali laudes: i-
molant chriſtiani. Agn⁹
redemit oues/ chriſtus innocens

patri recõciliauit pctõꝛes. Moꝛs
et vita duello/ cõflixere mirando:
dux vite moꝛtuus/regnat viuus.
Dic nobis maria: quid vidiſti in
via. Sepulchꝛũ chꝛiſti viuentis:
et gloꝛiã vidi reſurgẽtis. Ange=
licos teſtes/ſudarium ⁊ veſtes.
Surrexit chꝛiſtꝰ ſpes mea: pꝛece=
det ſuos in galileã. Credendum
eſt magis ſoli marie veraci/ ꝙ iu=
deoꝛũ turbe fallaci. Scimꝰ chꝛi=
ſtum ſurrexiſſe/ a moꝛtuis vere:
tu nobis victoꝛ/rex miſerere. Al
leluya. Euãge. Ego ſum vitis ve
ra. In cõi fo. iij. Offꝛ. Cõfitebun
tur celi mirabilia tua dñe: ⁊ veritatẽ
tuam in eccleſia ſanctoꝛum all'a all'a.
Secreta vtſ. Pꝛefatio de reſurre=
ctione. Cõio. Ego ſum vitis vera ⁊
vos palmites: qui manet ĩ me et ego
in eo: hic fert fructũ multũ all'a all'a.
Cõpl'. vtſ. ¶ Leonis pape Col'a
Exaudi dñe pꝛeces noſtras
quas in ſancti leonis cõfeſ=
ſoꝛis tui atqꝫ pontificis ſolennita
te deferimus: ⁊ q̇ tibi digne meru
it famulari: eius intercedentibus
meritis / ab omnibus nos abſol=
ue peccatis. Per dñm. Secreta.
Sancti leonis cõfeſſoꝛis tui
atqꝫ pontificis q̃s dñe an=
nua ſolennitas / pietati tue nos
reddat acceptos: vt ꝑ hec pie pla=
cationis officia: et illum beata re=
tributio comitet̃: et nobis gratie
tue dona cõciliẽt. Per. Cõplenda.
Deus fideliũ remuneratoꝛ
animarum: pꝛeſta: vt bea
ti leonis confeſſoꝛis tui atqꝫ ponti
ficis: cuius venerandam celebꝛa=
mus feſtiuitatẽ: pꝛecibꝰ indulgen
tiam conſequamur. Per dñm.

¶ Eufemie virginis. Collecta.
Concede nos q̃s omnipotẽs
deꝰ: ſctẽ eufemie martyꝛis
tue exultare meritis: ⁊ beneficioꝝ
eiꝰ attolli ſuffragijs. Per. Secre.
Muneribus te dñe magnifi
camus oblatis / vt ĩ nobis
ſolennitate ſancte eufemie: et ad
gaudia ſempiterna cõcilies/ et pa
trocinia eterna largiar̃. p. Cõpl'.
Sancte martyꝛis tue eufe=
mie nos pꝛecatio tibi domi
ne grata comitetur: et tuã nobis
indulgentiã poſcere non deſiſtat.
Per dominum no. ¶ Tyburcij ⁊
Ualeriani martyꝛũ. Introitus.
Sancti tui dñe benedi=
cent te: gloꝛiam regni
tui dicent all'a. ps. Ex
altabo te dñe qm̃ ſuſce=
piſti me: nec delectaſti i=
micos meos ſuper me. Glia pa. Col'
Preſta q̃s oṗs deus: vt qui
ſanctoꝛũ martyꝛum tuoꝛũ
tiburcij/et valeriani/ ⁊ maximi ſo
lennia colimus: eoꝝ etiã virtutes
imitemur. Per. Epl'a. Juſtoꝝ aie
In cõi fo. v. All'a. ꝟ. Clamaue=
runt iuſti et dñs exaudiuit eos: et ex
omnibꝰ tribulatiõibꝰ eoꝛũ liberauit
eos dñs. ꝟ. Reſurrexit chꝛiſtꝰ ex moꝛ
tuis ſicut ipſe voluit: et apparuit di=
ſcipl'is ſuis et petro/liberatoꝛ noſter
dñs. Euangeliũ. Hoc eſt pꝛeceptũ
In cõi fo. ij. Offꝛ. Cõfitebunt̃ celi
mirabilia tua dñe: et veritatẽ tuã in
eccleſia ſanctoꝛũ all'a all'a. Secreta.
Hoſtia hec queſumus domi
ne quã ſctoꝝ martyꝛũ tuo=
rum natalicia recenſentes offeri=
mus: et vincula noſtre pꝛauita=
tis abſoluat: et tue nobis miſeri=

cordie dona conſiliet. Per. Cõio. Gaudete iuſti in dño all'a: rectos decet collaudatio all'a. Complenda.

Sacro munere ſatiati ſupplices te dñe deprecamur: vt qđ debite ſeruitut; celebramꝰ officio: ſaluatiõis tue ſentiamꝰ augmentũ. p. ¶ Georgii mar. Offiu.



Protexiſti me deus a cõuẽtu malignantiũ all'a: a multitudine operantiũ iniq̃tatẽ all'a al'. ps. Exaudi deus orationẽ meam cũ deprecor: a timore inimici eripe animã meã. Gl'ia pa. Col'.

Deus q̃ nos bti georgij martyris tui merit; ⁊ itercessione letificas: cõcede ppiciꝰ: vt q̃ eiꝰ bñficia poſcimꝰ: dono tue grẽ conſequamur. Per. Epl'a. Iuſtũ deduxit. in cõi fo. iiij. All'a. v. Clamauerũt iuſti et dñs exaudiuit eos: ⁊ ex oĩbus tribulatiõibꝰ eorũ liberauit eos dñs. All'a. vꝰ. Reſurrexit chriſtꝰ ex mortuis ſicut ipſe voluit: ⁊ apparuit diſciplis ſuis ⁊ petro / liberator noſter dñs. Euangel'. Ego ſũ vitis vera. In cõi fo. iiij. Offer. Cõfitebunt celi mirabilia tua dñe: et veritatẽ tuam in eccleſia ſanctorũ alleluya alleluya. Secreta.

Munera dñe oblata ſctifica: et intercedẽte btõ georgio martyre tuo: nos p hec a pctõꝝ noſtrorꝝ maculis emunda. p. Cõio. Letabit iuſtus i dño ⁊ ſperabit i eo: et laudabunt oẽs recti corde all'a al'. Cõplen.

Supplices te rogamus oĩs deꝰ: vt quos tuis reficis ſacramentis: intercedente pro nobis beato georgio martyre tuo / tibi etiã placitis moribus dignanter deſeruire cõcedas. Per d.

¶ Marci euangeliſte Introitus.



Protexiſti me deꝰ a cõuentu malignãtium alleluya: a multitudine operantiũ iniquitatem alleluya all'a. ps. Exaudi deus orationẽ meã cum deprecor: a timore inimici eripe animã meã. Gloria patri. Collecta.

Deus qui beatũ marcũ euãgeliſtã tuũ euãgelice predicatiõis gratia ſublimaſti: tribue q̃s: eius nos ſemp ⁊ eruditione pficere: et oratiõe defendi. p. Epl'a. Teſtificor. in cõi fo. ix. All'a. vꝰ. Gaudete iuſti i dño: rectos decet collaudatio. All'a. v. Nonne cor noſtrũ ardẽs erat in nobis: de ieſu dum loqueret nobis i via. Sequẽtia. Victime. vtſ fo. pced. Euãgel'. Deſignauit. In cõi fo. iij. Offer. Confitebunt celi mirabilia tua dñe: et veritatẽ tuã i eccl'ia ſctõrũ all'a al'. Secr.

Beati marci euangeliſte tui ſolennitate tibi munera deferentes q̃s dñe: vt ſicut illũ predicatio euangelica fecit glorioſum: ita nos eius interceſſio / et verbo ⁊ opere reddat acceptos. Per d. Prefa. de reſurrectõe dñi. Cõio. Gaudete iuſti i dño alleluya: rectos decet collaudatio alleluya. Complenda.

Tribuant nobis queſumꝰ domine continuum tua ſancta preſidium: quo beati marci euangeliſte tui pcibus / nos ab omnibꝰ ſemp tueamur aduerſis. Per dñm noſtrũ ieſum chriſtũ ꝛc.

¶ Vitalis martyris. Introitus.

Protexiſti me de⁹ a cõuentu malignãtium alleluya: a multitudine operantiũ iniquitatem alleluya all'a. ps. Exaudi deus orationẽ meã cum deprecor: a timore inimici eripe animã meã. Gloria patri. Collecta.

Preſta q̃s oṗs de⁹: vt intercedente btõ vitale martyre tuo: et a cũctis aduerſitatib⁹ liberemur i corpe: et a prauis cogitationibus mundemur in mente. P

Epl'a Iuſt⁹ ſi morte. In cõi fo. iij.

All'a. V. Clamauerũt iuſti et dñs exaudiuit eos: et ex oib⁹ tribulatiõib⁹ eorũ liberauit eos dñs. All'a. V. Reſurrexit ex mortuis ſicut ipſe voluit: et apparuit diſcip'lis ſuis et petro / liberator noſter dñs. Euãgeliũ Ego ſũ vitis. In cõi fol. iij. Offer. Repleti ſum⁹ mane mia tua: et exultauim⁹ ⁊ delectati ſum⁹ all'a. Secr.

Accepta ſit in cõſpectu tuo dñe noſtra deuotio: et ei⁹ nobis fiat ſupplicatiõe ſalutaris: pro cuius ſolẽnitate defertur. Per

Cõio. Ego ſũ vitis vera et vos palmites: qui manet in me et ego in eo: hic fert fructũ multũ all'a all'a. Cõpl'

Refecti participatione mũeris ſacri / q̃s dñe de⁹ noſter: vt cui⁹ exequimur cultum: ſentiamus effectum. Per dñm.

Philippi et iacobi. Introitus.



Exclamauerunt ad te domine in tẽpore afflictionis ſue: et tu de celo exaudiſti eos alleluya alleluya. ps. Exultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio. Gloria patri. Collecta.

Deus q̃ nos annua apl'orũ tuorũ philippi ⁊ iacobi ſolẽnitate letificas: preſta q̃s: vt quorum gaudemus meritis: inſtruamur exemplis. Per. Sancte vvalburge virginis. Collecta.

Fac nos q̃s dñe de⁹ noſter i tua deuotione gaudere / et depcatiõib⁹ ſctẽ vvalburge virginis tue / ppetuis tribue beneficijs gratulari. Per dominũ noſtrũ.

Lectio libri ſapientie. v.

Stabunt iuſti in magna cõſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerũt: et qui abſtulerũt labores illorũ. Videntes turbabũtur timore horribili: et mirabunt in ſubitatione inſperate ſalutis. Gementes pre anguſtia ſpiritus: dicẽtes itra ſe penitentiam agentes: et pre anguſtia ſpiritus gemẽtes. Hij ſunt quos aliquando habuimus in deriſum: et in ſimilitudinem improperij. Nos iſenſati vitã illorũ eſtimabamus inſaniam: ⁊ finem illorum ſine honore. Ecce quomodo cõputati ſunt iter filios dei. Et inter ſctõs: ſors illorũ eſt. All'a. V. Gaudete iuſti in dño: rectos decet collaudatio. All'a. V. Nõne cor noſtrũ ardẽs erat i nobis: de ieſu dum nobis loqueretur i via. Si poſt aſcenſionẽ fuerit. ij. All'a de aſcẽſiõe ſcz de ſuo die. Sequentia. Clare ſanctorum. In cõi fo. j.

Secundum iohannem. xiiij.

In illo tempore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Nõ turbet cor veſtrum. Creditis in deũ: et in me credite. In domo patris mei:

manſiões multe ſunt. Si quo mi
nus dixiſſem vobis: quia vado pa
rare vobis locū. Et ſi abiero / ⁊ pꝛe
parauero vobis locū: iterū veniā
⁊ accipiā vos ad meipſum: vt vbi
ſum ego / ⁊ vos ſitꝭ. Et quo ego va
do / ſcitis: et viā ſcitis. Dicit ei tho=
mas. Dñe neſcimus quo vadis.
Et quomodo poſſumus viā ſcire?
Dixit ei ieſus. Ego ſum via: ⁊ ve=
ritas / et vita. Nemo venit ad pa=
trem: niſi per me. Si cognouiſſe=
tis me: vtiqꝫ ⁊ patrē meum cogno
uiſſetis. Et amodo cognoſcetꝭ eū:
et vidiſtis eū. Dicit ei philippus.
Dñe oſtende nobis patrē: et ſuffi=
cit nobis. Dicit ei ieſus. Tanto tē
poꝛe vobiſcū ſum: et nō cognoui=
ſtis me? Philippe qui videt me: vi
det et patrē. Quomodo tu dicis:
oſtende nobis patrem? Nō credis
quia ego ī patre: et pater ī me eſt?
Verba q̄ ego loquoꝛ vobis: a me=
ipō nō loquoꝛ. Pater aūt ī me ma
nens: ipſe facit opa. Non creditis
quia ego ī patre: ⁊ pater in me eſt?
Alioq̄n pꝛopter opa ipſa credite.
Amen amen dico vobis: q̄ credit ī
me: opa que ego facio: et ip̄e faciet
Et maioꝛa hoꝛū faciet: q̄a ego ad
patrē vado. Et q̄dcunqꝫ petieritis
patrē ī noīe meo: hoc faciā. Cre=
do et p̄fatio de reſurrectiōe / vel de
aſceñ. ſi poſt aſceſionem venerit.
Offr. Cōfitebuntur celi mirabilia
tua dñe: et veritatē tuā in eccl'ia ſan=
ctoꝛum alleluya alleluya. Secreta.
Munera dñe que pꝛo apoſto
loꝛum tuoꝛū philippi ⁊ ia=
cobi ſolennitate deferimus pꝛopi
cius ſuſcipe: et mala oīa que iuſte
meremur auerte. Per dñm.

¶ Alia ſecreta de ſctā vvalburga
Suſcipe dñe mūera q̄ in ſctē
vvalburge v̄ginis tue tibi
ſolēnitate deferimꝰ: cuius nos pa
trocinio cōfidimus liberari. Per.
Cōio. Tanto tēpoꝛe vobiſcū ſum ⁊
non cognouiſtis me: philippe qui vi=
det me / videt et patrē all'a. nō credis
quia ego ī pr̄e / ⁊ pater ī me ē all'a al'.
Quesumꝰ dñe ſalu= Cōpl'.
taribꝰ repleti myſteriis / vt
quoꝛū ſolennia celebꝛamus: eoꝛū
oꝛationibus adiuuemur. Per.
Alia cōplēda de ſctā vvalburga.
Queſumꝰ oīps deꝰ: vt intcedē
te btā vvalburga v̄gīe tua
illiꝰ ſalutaris capiamꝰ effectū: cu
ius ꝑ hec myſteria pignus accepi=
mꝰ. ꝑ. ¶ In iuētiōe ſctē crucis offi

Nos autē gloria
ri oportet ī cruce
dñi noſtri ieſu
chꝛiſti: ī quo ē ſa
lus vita ⁊ reſur
rectio noſtra: ꝑ
quē ſaluati ⁊ li=
berati ſumꝰ all'a all'a. ps. Deꝰ mi=
ſereat' noſtri et bñdicat nobis: illumi
net vultū ſuū ſuper nos / et miſereat'
noſtri. Gloꝛia patri. Collecta.
Deus q̄ in p̄clara ſalutifere
crucis inuētione paſſionis
tue miracula ſuſcitaſti. cōcede / vt
vitalis ligni pꝛecio / eterne vite ſuf
fragia conſequamur. Qui. Eodē
die alexandꝛi / euentij / ⁊ theodoli.
Pꝛeſta q̄s oīps deꝰ: vt Col'.
qui ſanctoꝝ tuoꝛū alexan=
dꝛi / euentij / et theodoli natalicia
colimꝰ: a cūctis malis imminēti=
bus eoꝝ itercesſiōibꝰ liberemur. ꝑ
¶ Ad galathas. v.

# Inuentio ſancte crucis.

FRatres: Confido de vobis
in dño: ꝙ nihil aliud ſapie
tis. Qui aũt cõturbat vos: poꝛta=
bit iudiciũ/quicũqꝫ ẽ ille. Ego aũt
fratres: ſi circũciſionẽ adhuc pꝛe=
dico: q̇d adhuc pſecutionẽ patioꝛ?
Ergo euacuatũ eſt ſcandalũ cru=
cis. Utinã et abſcidãtur q̇ vos cõ=
turbant. Quicũqꝫ eñi volũt place
re in carne: hij cogunt vos circũci=
di/tantũ vt crucis chꝛiſti pſecutio=
nẽ non patiant̃. Neqꝫ eñi qui cir=
cuncidunt̃/legẽ cuſtodiũt: ſed vo=
lunt vos circũcidi/tantũ vt in car
ne veſtra gloꝛient̃. Mihi autẽ ab=
ſit gl̃iari: niſi in cruce dñi noſtri ie
ſu chꝛiſti. Per quem mihi mũdus
crucifixus eſt/⁊ ego mũdo. Alla.
V. Dulce lignum dulces clauos/dul
cia ferens pondera: que ſola fuiſti di
gna/ſuſtinere regem celoꝛũ et dñm.
Alla. V. Surrexit paſtoꝛ bonus:
qui poſuit animã ſuã pꝛo ouibꝰ ſuis:
et pꝛo ſuo grege moꝛi dignatus eſt.
Si poſt aſcenſionẽ fuerit. ij. Alla
de aſceñ. ſeꝫ de ſuo die. Seq̃ntia.

LAudes chꝛiſto redẽpti/ vo=
ce modulemur ſupplici.
Omnis ĩ hac die/ rerũ natura iu
bilans. Perſonet immẽſas/ filio
dei gratias. Iam nr̃i cõciues/ce=
leſtis ſãctuarij milites. Oꝛdines
noueni/ĩ veſtra nos adunate gau
dia. Hymnite nunc ſuperi/pari=
ter reſonate inferi. Etois in dñi
ſpũs/gratulet̃ eneſi. Qui homi=
nis cauſa deus homo naſcit̃: ⁊ fra
gili carne ſe deitas occulens/ pbꝛa
ſuſtinuit patiens. Uirtutibꝰ ſi=
gnis vt deꝰ emicuit: ⁊ coꝛpoꝛis no
ſtri neceſſitate fruẽs verus terrige
na claruit. Ab hoſte tẽtatꝰ nõ eſt
agnitus neqꝫ diuinitas patuit.
Ars artẽ deluſit/donec veteris
nodũ piaculi ſecuit. In ara cru=
cis hoſtiã ſe pꝛo nobis xp̃s obtulit
deo pr̃i moꝛte ſua nr̃a moꝛtificãs
crimina. Iam chꝛiſtus victoꝛ ba
ratro populato moꝛtis redire vin
culato/ab inferis pompa regredi=
tur nobili. Hec ẽ dies que illuxit:
poſt turbida regni ethiopum tp̃a
Chꝛiſtus ĩ qua reſurrexit: vltra
victurus cum carne quã ſumpſit
de maria virgine. Qui ouem cũ
gaudio/patri quã perdiderat hu=
mero reuexit ſuo. Amen.

¶ Secundum Iohannem. iij.

IN illo tempoꝛe. Erat hõ ex
phariſeis nicodemus noĩe:
pꝛinceps iudeoꝛum. Hic venit ad
ieſum nocte: et dixit ei. Rabbi: ſci=
mus quia a deo veniſti magiſter.
Nemo enim poteſt hec ſigna face
re que tu facis: niſi fuerit deꝰ cum
eo. Reſpondit ieſus: et dixit ei.
Amen amen dico tibi: niſi quis re
natus fuerit denuo: non poteſt vi
dere regnum dei. Dicit ad eum ni
codemꝰ. Quomodo poteſt homo
renaſci cum ſit ſenex? Nunquid
poteſt in ventrem matris ſue ite=
rato introire/ et renaſci? Reſpon=
dit ieſus. Amen amẽ dico tibi: ni=
ſi quis renatꝰ fuerit ex aqua ⁊ ſpũ
non poteſt introire ĩ regnum dei.
Quod natum eſt ex carne: caro eſt
Et quod natum eſt ex ſpiritu: ſpi=
ritus eſt. Nõ mireris quia dixi ti=
bi/opoꝛtet vos naſci denuo. Spi=
ritus vbi vult ſpirat/ et vocẽ eius
audis: ſed neſcis vnde veniat aut
quo vadat. Sic eſt oĩs qui natus
eſt ex ſpiritu. Reſpondit nicode=

mus: ⁊ dixit ei. Quomodo poſſūt
hec fieri? Reſpōdit ieſ⁹: et dixit ei.
Tu es magiſter in iſrl: ⁊ hec igno
ras? Amen amē dico tibi: quia qđ
ſcimus loquimur: et qđ vidimus
teſtamur: et teſtimoniū noſtrum
non accipitis. Si terrena dixi vo-
bis/ ⁊ non creditis: quomodo ſi di
xero vobis celeſtia/ credetis? Et ne
mo aſcendit in celū/ niſi qui deſcē-
dit de celo: filius hoīs qui eſt in ce-
lo. Et ſicut moyſes exaltauit ſer-
pentē in deſerto/ ita exaltari opoꝛ
tet filium hoīs. Ut oīs qui credit ī
ipſum/ nō pereat: ſed habeat vitā
eternā. Credo. Offr. Pꝛotege do
mine plebem tuā per ſignū ſācte cru
cis ab oībus inſidiis inimicoꝝ oīm:
vt tibi gratā exhibeamus ſeruitutē/
et acceptabile tibi fiat ſacrificium no
ſtrum alleluya. Secreta.

Sacrificiū dñe quod immo-
lamus placatus intēde: vt
ab omni exuat nos belloꝝ nequi
tia: et ꝑ vexillū ſctē crucis filij tui:
ad cōterēdas aduerſarioꝝ īſidias
nos ī tue ꝓtectiōis ſecuritate cōſti-
tuat. Alexandri euentij et theo
doli martyꝝ. Alia ſecreta.

Super has q̄s dñe hoſtias
bñdictio copioſa deſcēdat:
que et ſāctificationē nobis clemen
ter operet: et de martyꝝ nos ſolē
nitate letificet. P. Pꝛefa. de reſur-
rectiōe/ vel de aſcē. ſi poſt venerit.
Cōio. Pꝛopter lignum ſerui facti ſu
m⁹/ et per ſanctā crucē liberati ſum⁹.
fruct⁹ arboꝛis ſeduxit nos: filius dei
redemit nos alleluya. Complēda

Repleti alimonia celeſti: et
ſpirituali poculo recreati
q̄s ōps deus: vt ab hoſte maligno
t

defendas: quos per lignū ſancte
crucis filij tui per arma iuſticie ꝓ
ſalute mūdi triumphare iuſſiſti.
Per eundē. Alexandri/ euentij/
et theodoli martyꝝ. Alia cōplēn.

Refecti participatiōe mune-
ris ſacri q̄s dñe deus noſter
vt quoꝝ exequimur cultum/ ſen-
tiamus auxilium. Per. Johan
nis ante poꝛtā latinā Introitus.


In medio eccl'ie
aperuit os ei⁹ et
impleuit eū dñs
ſpū ſapientie et
itellectus: ſtola
gloꝛie induit eū
alleluya all'a.
Ps. Bonū eſt cōfiteri dño: ⁊ pſallere
nomini tuo altiſſime. Glia pa. Col.

Deus qui cōſpicis quia nos
vndiq̄ mala nr̄a ꝑturbāt:
pꝛeſta q̄s: vt btī iohannis apl̄i tui
interceſſio glīoſa nos ꝓtegat. P.
Lectio libri ſapiētie. Eccli. xv.

Qui timet deū: faciet bona.
Et qui cōtinens eſt iuſticie
appꝛehendet illā: et obuiabit illi
quaſi mater honoꝛificata. Ciba-
bit illum pane vite et intellectus:
et aqua ſapientie ſalutaris pota-
bit illum. Et firmabitur ī illo/ et
non flectetur: et cōtinebit illum/
et nō cōfundet: et exaltabit illum
apud pꝛoximos ſuos. In medio
eccleſie aperiet os eius: ⁊ implebit
eū ſpiritu ſapientie/ ⁊ intellectus:
⁊ ſtola gloꝛie induet eū. Iocūdita
tem et exultationē: theſaurizabit
ſup eum. Et noīe eterno heredita
bit illū: dñs de⁹ noſter. All'a. V.
Uirgo iohānes a dño eſt pꝛeelectus:
et iter ceteros magis dilect⁹. All'a.

℣. Nonne coꝛ noſtrū ardens erat in
nobis / de ieſu dum nobis loqueret̃ ī
via. Vel. ij. Alla ſi poſt aſcē. vene
rit. Alla. ℣. Dn̄s in ſynai in ſctō:
aſcendens in altum/captiuam duxit
captiuitatem. Sequentia.
Verbum dei de deo natum
quod nec factū nec creatū/
venit de celeſtibus. Quod vidit
hoc attrectauit: hoc de celo reſera-
uit/iohānes hominibus. Inter
illos pꝛimitiuos/ veros veri fontis
riuos: iohānes exiliit. Toti mū-
do pꝛopinare: nectar illud ſaluta
re/quod de thꝛono pꝛodiit. Celū
tranſiit veri ſolis: rotam vidit ibi
totā/mentis figens aciem. Spe-
culatoꝛ ſpiritalis: quaſi ſeraphin
ſub alis/dei videns faciem. Au-
dit in giro ſedis: qui pſallāt cum
citharedis/ quater ſenos pꝛoceres
De ſigillo trinitatis: noſtre nū-
mo ciuitatis/hic impꝛeſſit caracte
res. Iſte cuſtos virginis: archa-
num oꝛiginis: diuinū miſterium
ſcribens euangelium/mundo de-
mōſtrauit. Celi cui ſacrariū: ſu-
um chꝛiſtus lilium/filio tonitrui:
ſub amoꝛis mutui / pace cōmēda-
uit. Haurit virus hic letale: vbi
coꝛpus virginale/ virt⁹ ſeruat fi-
dei. Pena ſtupet ꝙ in pena: ſit io
hannes ſine pena / bulientis olei.
Hic naturis imperat: vt et ſaxa
transferat: in decus gemmarum
Quo iubente riguit: aurū fuluū
induit/virgula ſiluarū. Hic ifer
num reſerat: moꝛti iubet referat/
quos venenū ſtrauit. Obſtruit
quod ebion: therint⁹ et marchiō/
perfide latrauit. Volat auis ſi-
ne meta: quo nec vates nec ꝓphe-
ta/euolauit altius. Tam implē
da ꝙ impleta: nūꝗ vidit tot ſecre-
ta/purus homo purius. Aquilā
ezechielis: ſponſus miſit que de ce
lis/ referret miſteriū. Sponſus
rubꝛa veſte tectus: viſus ſed non
itellect⁹/redit ad palacium. Dic
dilecte de dilecto: qualis ſit ex dile
cto/ſpōſus ſponſe nūcia. Dic cīs
cibus angeloꝛū: que ſunt feſta ſu-
pernoꝛū/de ſponſi pñtia. Veri
panis intellectus: cena chꝛiſti ſu-
pꝛa pectus/ſit que nobis reſera.
Vt cantem⁹ de patrono: coꝛam
agno coꝛam thꝛono/laudes ſuper
ethera. ¶ Secūdū iohannē. xxi.
In illo tēpoꝛe: Dixit ieſ⁹ pe-
tro. Sequere me. Conuer-
ſus petrus: vidit illum diſcipulū
quem diligebat ieſus ſequentem:
qui et recubuit in cena ſuper pect⁹
eius: et dixit. Dñe quis eſt qui tra
det te. Hunc ergo cum vidiſſet pe-
trus/dixit ieſu. Dñe: hic autē qd?
Dicit ei ieſus. Sic eum volo ma-
nere/donec veniam. Quid ad te?
Tu me ſequere. Exiit ergo ſermo
iſte inter fratres: quia diſcipulus
ille non moꝛitur. Et nō dixit ei ie-
ſus non moꝛitur: ſed ſic eum volo
manere donec veniā: quid ad te?
Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimo-
nium perhibet de hiis: et ſcripſit
hec. Et ſcimus quia verum eſt: te-
ſtimoniū eius. Credo. Offr. Iu
ſtus vt palma floꝛebit: ſicut cedꝛus
que in libano eſt multiplicabit alla.
Muneribus noſtris Secre.
queſumus domine pꝛeci-
buſqꝫ ſuſceptis: et celeſtibus nos
munda myſteriis/ et clemēter ex-
audi. Per d. Pꝛefatio de tempoꝛe

ſcilz de reſurrectiōe/ vel de aſceñ.
Cōio. Exiit ſermo iter fratres q di-
ſcipul⁹ ille nō moritur: et nō dixit ieſ⁹
non morit/ ſed ſic eū volo manere do
nec veniam: alleluya. Complenda
R Efecti dñe pane celeſti: iter
cedente btō iohāne apoſto-
lo tuo ad vitam queſum⁹ nutria-
mur eternam. Per dominū no.

¶ Wyronis epiſcopi. Introitus

P Rotexiſti me deus
a conuentu mali-
gnantiū alleluya:
a multitudine o-
perantium iniqui
tatem alleluya. al
leluya. ps. Exaudi deus orationem
meam cū deprecor: a timore inimici
eripe animā meā. Glia pa. Colla.
D Eus q hodiernā diē ſacra-
tiſſimā nobis in bti wyro
nis cōfeſſoris tui atq pōtificis ſo-
lennitate tribuiſti: adeſto ppici⁹
eccle tue pcib⁹ et da: vt cui⁹ glori
tur meritis/ muniatr ſuffragijs. p.
Epla. Ecce ſacerdos mag. In cōi
fo. ix. Alla v. Iurauit dñs et nō
penitebit eū. tu es ſacerdos in eternū
ſcdm ordinem melchiſedech. Alla.
v. Nōne cor noſtrū ardens erat i no
bis: de ieſu dū nobis loqueret in via.
Si poſt aſceñ. venerit. ij. Alla.
v. Aſcēdit deus in iubilatione: et do
minus in voce tube. Sequentia.
V Ictime paſchali laudes:
immolāt xpiani. A gn⁹
redemit oues: xps innocēs patri/
recōciliauit pctōres. Mors et vi-
ta duello: cōflixere mirando: dux
vite mortu⁹ regnat viuus. Dic
nobis maria: qd vidiſti i via. Se
pulchrū xpi viuētis/ et gloriā vidi
t

reſurgētis. Angelicos teſtes/ ſu-
dariū et veſtes. Surrexit chriſt⁹
ſpes mea: pcedet ſuos i galileam.
Credendū eſt magis ſoli marie
veraci: q iudeorum turbe fallaci.
Scim⁹ xpm ſurrexiſſe/ a mortu-
is vere: tu nobis victor/ rex miſere
re. Alla. Euāg. Ego ſū vitis. In
cōi fo. iij. Offr. Cōfitebunt celi mi-
rabilia tua dñe: et veritatē tuā i eccla
ſanctorū alleluya alleluya. Secreta
S Acrificiū dñe qd deſideran
ter offerim⁹: gratū tibi bea
tus wyro cōfeſſor tu⁹ atq pōtifex
ſuffragator efficiat. p. Cōio. Ego
ſum vitis vera et vos palmites: qui
manet in me et ego i eo/ hic fert fructū
multum alleluya alla. Complēda.
P Erceptis dñe de⁹ ſacramē-
tis ſalutarib⁹ hūiliter dep-
camur: vt itercedēte btō wyrone
cōfeſſore tuo atq pontifice q pro il
lius agim⁹ venerāda celebritate/
nobis proficiant ad medelam. p.

¶ Gengulphi martyris Introit⁹

P Rotexiſti me de⁹ a cō-
uentu malignātium
alleluya: a multitudi
ne operantiū iniqui-
tatem alleluya alla.
ps. Exaudi deus orationē meā cum
deprecor: a timore iimici eripe animā
meā. Gloria patri. Collecta.
D Eus qui beatū gēgulphū
martyrem tuū iſti⁹ mun-
di naufragia iuicte fidei vtute ſu
perare donaſti: tribue qs: vt q ad
ei⁹ ſolennitatē gratulāter cōueni-
unt: eterne hereditatis participes
efficiant. Per. Epla. Iuſtum de-
duxit dñs. In cōi fol. iiij. Alla.
v. Gaudete iuſti i domio: rectos de-

cet collaudatio. Scdm Alla de fer. Euāgel Cōuocata turba. In cōi fo. iiij. Offr Cōfitebuntur celi mirabilia tua dñe: et veritatē tuā in eccleſia ſanctoꝛum alla alla. Secreta.

Sancto gēgulpho iteruenientē te dñe tibi ſeruit⁹ noſtra cōplaceat: et obſeqa munerū fiāt ꝓpitia deuotoꝛū. p. Cōio. Ego ſum vitis vera et vos palmites: qui manet in me et ego in eo: hic fert fructū multum alleluya alleluya. Cōplenda.

Percepta myſteria domine q̄s nos inſtruant: et participatiōe reſtaurēt: vt ad ſpiritualia mereamur munera peruenire Per dñm. ¶ Goꝛdiani et epymachi martyꝛum. Introitus.

Sancti tui dñe benedicent te: gloꝛiam regni tui dicent alla. ps. Exaltabo te dñe qm̄ ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me. Glia pa. Col

Da q̄s ops deus: vt q̄ beatoꝛū martyꝛū tuoꝛū goꝛdiani ⁊ epimachi ſolennia colim⁹: eorum apud te itercesſiōib⁹ adiuuemur. Per. Epla. Iuſtoꝛū anime. In cōi fo. v. Alla. V. Te martyrum candidat⁹: laudat exercit⁹ dñe. Scdm Alla de tēpoꝛe. Euāgeliū. Uidens ieſus turbas. In cōi folio vij. Offr. Confitebunt celi mirabilia tua dñe: et veritatē tuā in eccleſia ſanctoꝛū alleluya alleluya. Secreta

Grata tibi ſint dñe munera noſtra que et tuis ſunt inſtituta p̄ceptis: et beatoꝛū martyrum goꝛdiani et epymachi feſtiuitas gloꝛioſa cōmēdet. Per. Cōio. Gaudete iuſti in dño alla: rectos decet collaudatio alleluya. Cōplenda

Queſum⁹ omnipotēs deus: vt qui alimēta celeſtia percepim⁹: intercedentib⁹ ſanctis tuis goꝛdiano atq̄ epymacho: ꝑ hec contra oīa aduerſa muniamur. Per dominū nr̄. ¶ Pancratij/nerei/et achillei martyꝛū. Introit⁹.

Ecce oculi dñi ſuper timentes eum: ſperantes i mīa ei⁹ alleluya: vt eripiat a moꝛte animas eoꝛum/ qm̄ adiutoꝛ et ꝓtectoꝛ noſter eſt alla alla. ps. Exultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio. Gloꝛia patri. Colla

Semper nos dñe martyꝛū tuoꝛum nerei achillei/ atq̄ pancratij foueat q̄s btā ſolēnitas et tuo nos dignos reddat obſeq̄o. Per. Epla. Iuſti aūt in ꝑpetuum In cōi fo. vi. Alla. V⁹. Clamauerūt iuſti ⁊ dñs exaudiuit eos: ⁊ ex oībus tribulatiōib⁹ eoꝛū liberauit eos dñs. V. Reſurrexit chꝛiſt⁹ ex moꝛtuis ſicut ipſe voluit: et apparuit diſcipulis ſuis et petro liberatoꝛ nr̄ dñs. Si poſt aſcē. fue. Primū Alla. V. Gaudete iuſti in dño: rectos decet collaudatio. ij Alla de aſceñ. ſcʒ de ſuo die Seq̄ntia. Uictime paſchali. vt in fo. p̄ced. Euāge. Hec mando vobis. In cōi fo. iij. Offr. Confitebunt celi mirabilia tua dñe: et veritatem tuā in eccl'ia ſctoꝛū alla alla.

Sanctoꝛū tuoꝛū dñe Secre. nerei/achillei/ atq̄ pancratij tibi grata cōfeſſio/ et mūera noſtra cōmēdet: ⁊ tuā nobis indulgētiā ſemꝑ iploꝛet. p. Cōio. Gaudete iuſti in dño alla: rectos decet collaudatio alleluya. Complenda.

QUesumus dñe deus noster vt beatoꝝ martyꝝ tuoꝝ nerei/ achillei/ atqꝫ pancratij dep̄catiōibus: sacramenta q̄ sumpsimus/ ad tue nobis p̄ficiant placationis augmentū. Per dñm.

¶ Seruatij episcopi. Introitus

PRotexisti me de⁹ a cōuentu malignātium alleluya: a multitudine operantiū iniquitatem alleluya alla. Ps. Exaudi deus orationē meā cum deprecor: a timore inimici eripe animā meā. Gloria patri. Collecta.

DEus qui populo tuo sāctū dedisti seruatiū p̄dicatorem: cōcede q̄s: vt tanti pontificis intercessione: ⁊ tue pietatis defensione/ ab oib⁹ vbiqꝫ liberemur aduersis: ⁊ tranq̄lla p̄speritate i tua laude iugiter letemur. P. ¶ Eodē die de martyribus. Collecta.

COncede quesum⁹ omnipotens deus/ ad eoꝝ nos gaudia eterna pertingere: de quoꝝ nos virtute tribuis annua solennitate gaudere. Per. Epla. Ecce sacerdos. In cōi fo. ix. Alla. V. Uox exultationis et salutis: in tabernaculis iustoꝝ. Scdm Alla de tpe

¶ Secundum Johannem. xv.

IN illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. In hoc clarificatus est pater me⁹: vt fructū plurimū afferatis: et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater: et ego dilexi vos. Manete i dilectiōe mea. Si p̄cepta mea seruaueritis: manebitis i dilectiōe mea sicut et ego p̄cepta patris mei seruaui: et maneo in eius dilectione.



Hec locutus sum vobis/ vt gaudium meum in vobis sit: et gaudiū vestrū impleat. Offr. Repleti sumus mane misericordia tua: et exultauimus et delectati sum⁹ alleluya.

HEc oblatio domine quesumus beato intercedente seruatio pōtifice/ nos ab oibus emundet peccatis: et tota virtute tuis faciat seruire mādatis. Secreta

¶ De martyribus. Alia secreta.

SUper has q̄s domine hostias benedictio copiosa descēdat: que et sanctificationē nobis clementer operetur: ⁊ de martyꝝ nos solennitate letificet. P. Cōio. Ego sū vitis vera et vos palmites: qui manet in me et ego in eo/ hic fert fructū multum alleluya alla. Cōpl.

SAlutis nostre leti libantes mysteria: presta q̄s dñe: vt vbi seruatij pontificis tui nos semper adiuuet oratio: et tua semper custodiat protectio. Per dñm.

Alia complenda de martyribus.

SUpplices te rogam⁹ omnipotens deus: vt quos tuis reficis sacramētis: tibi etiam placitis moribus dignāter deseruire concedas. Per dominum nostrū.

¶ Potentiane virginis. Introit⁹

VUltum tuū dep̄cabūtur oēs diuites plebis adducentur regi virgines post eam proxime eius adducētur tibi in leticia ⁊ exultatione. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri et filio. Collecta.

DEus qui inter cetera potentie tue miracula/ etiam in

ſexu fragili victoriã martyrij contuliſti/ da queſumꝰ: vt vtē potētiane v̾ginis ⁊ martyris tue adiuuemur meritis: cuiꝰ caſtitatꝭ irradiamur exēplis. p. Epſa. De v̾ginibꝰ ꝑceptũ. In cõi ſoſ. xiiij. Alſa. v̄. Egregia ſpõſa chriſti/ īplora pro nobis ad dñm ieſuꝫ chriſtũ. ij. Alſa de tpe. Euãge. Siſe eſt regnũ celorũ theſau. In cõi fo. xij. Offr. Offerenſ regi virgines poſt eã: proxime eius offerētur tibi. Secreta.

ACcipe dñe mũera q̄ in vtē v̾ginis ⁊ martyris tue potentiane ſolennitate deferimꝰ: q̇a ad tua patrocinia recurrit et laudē: qđ vſ talis orta ē/ vſ talis aſſũpta eſt. Per. Cõio. Diffuſa ē gr̄a in labiis tuis: propterea bñdixit te deꝰ in eternum. Complenda.

HEc nos q̄s dñe gr̄a tua ſemper exerceat/ vt et diuinis īſtauret corda nr̄a myſterijs: ⁊ tui cõmemoratiõe letificet. Per dñm

¶ Urbani pape et martyris. offiũ

SAcerdotes tui dñe induant iuſticiã/ et ſãcti tui exultent/ ꝓpter dauid ſeruum tuũ/ non auertas faciē xp̄i tui. ps. Memēto dñe dauid: ⁊ oĩs manſuetudinis eiꝰ. Glĩa patri. Collecta

DA q̄s op̄s deus: vt qui beati vrbani martyrꝭ tui atq; põtificis ſolēnia colimꝰ: eiꝰ apud te itercеſſionibꝰ adiuuemur. Per. Epſa. Plures facti ſunt ſacerdo. In cõi fo. x. Alſa. v̄. Beatus vir qui timet dñm: ī mãdatis eius volet nimis. Scđm Alſa de tpe. Euãg. Uigilate quia neſcitꝭ. In cõi fo. x. Offr. Ueritas mea et miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

MUnera queſumus domine tibi dicata ſanctifica: et intercedente beato vrbano martyre tuo atq; pontifice/ per eadem nos placatus intēde. Per. Cõio. Beatus ſeruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis/ ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Complenda.

BEati vrbani martyris tui atq; pontificis domine itercеſſione placatus: preſta queſumꝰ vt que temporali celebramꝰ actione: perpetua ſaluatione capiamꝰ Per dominum noſtrum ieſum.

¶ Germani epiſcopi. Collecta.

DEus qui es omnium ſanctorum tuorũ ſplendor mirabilis: quiq; hunc diem in beati germani confeſſoris tui atq; pontificis depoſitione conſecraſti: da eccleſie tue de eius natalicio gaudere: vt apud miſericordiam tuã et exemplis eius ꝓtegamur et meritis. Per dominum. Secreta.

SAcrificium noſtrũ tibi domine beati germani precatio ſancta conciliet: vt cuius honore ſolēniter exhibetur: meritis efficiatur acceptum. Per. Complēda

SAcro mũere ſatiati ſupplices te domine deprecamur vt quod debite ſeruitutis celebramus officio: intercedēte beato germano confeſſore tuo atq; pontifice: ſaluationis tue ſentiamꝰ augmentum. Per dominum noſtrũ ieſum chriſtum filiũ tuum. Qui.

¶ Petronille virginis et martyris. Ad miſſam. Introitus.

# Petronille. Marcellini ⁊ petri. ij. Juñ

LOquebar de teſtimonijs tuis ĩ cõſpectu regũ et nõ cõfundebar: et meditabar ĩ mãdatis tuis q̃ dilexi nimis ps. Beati imaculati in via: qui ambulãt in lege dñi. Glia patri. Colka.

COncede nobis q̃s oṗs deus ſancte martyꝛis tue petronille ſolennia cebꝛare: vt qui fideliter eius feſta exequunt: ipſiꝰ experiant auxiliũ / ⁊ eternis affectibus appꝛhendãt. Per. Epka. Qui gloꝛiat. In cõi fo. xiij. Alka. vꝰ. Specie tua ⁊ pulchꝛitudine tua: intẽde pꝛoſpere pꝛocede ⁊ regna. Alka v. Egregia ſponſa chꝛiſti ĩploꝛa pꝛo nobis ad dñm ieſum chꝛiſtũ. Euãg. Simile eſt regnũ celoꝝ theſauro. In cõi fo. xij. Offr. Offerẽtur regi virgines poſt eã: pꝛoxime eiꝰ offerentur tibi. Secreta.

HEc dona q̃s dñe placatꝰ intende: quibꝰ et ſummũ ſacrificiũ continet: ⁊ moꝛte pꝛecioſa hoſtia martyꝛis tue petronille / tibi placita conſecrat. p. Cõio. Diffuſa ẽ gratia ĩ labijs tuis: pꝛopterea bñdixit te deus in eternũ. Cõplẽda.

HEc nos gratia tua dñe q̃s ſemp exerceat: vt et q̃ ſumpſimus diuinis inſtaurent coꝛda noſtra myſterijs: et martyꝛis tue petronille cõmemoꝛatione letificent. p. ¶ Nicomedis mar. Colka

DEus qui nos beati nicomedis martyꝛis tui meritis ⁊ interceſſiõe letificas: cõcede ꝓpicius: vt qui eius beneficia poſcimꝰ: dono tue grẽ cõſequamur. Per d.

MUnera dñe oblata Secre. ſanctifica: et ĩtercedẽte beato nicomede martyꝛe tuo: nos per hec a peccatoꝛum noſtroꝛum maculis emunda. Per. Complenda.

PErcepta myſteria q̃s dñe ⁊ eruditione nos inſtruãt ĩtercedẽte beato nicomede martyre tuo: ⁊ participatione reſtaurẽt / vt ad ſpiritalia mereamur munera peruenire. Per dominum no.

¶ Marcellini ⁊ petri. Introitus.

CLamauerunt iuſti et dñs exaudiuit eos: et ex oĩbus tribulationibus eoꝝ liberauit eos ps. Bñdicã dñm in omni tẽpoꝛe: ſemper laus eiꝰ in oꝛe meo. Gloꝛia patri ⁊ filio. Collecta.

DEus qui nos annua btõꝝ martyꝛũ tuoꝝ marcellini et petri ſolẽnitate letificas: pꝛeſta q̃s: vt quoꝛũ gaudemus meritis: ꝓuocemur exemplis. Per. Epka. Reddet deꝰ. In cõi fo. vj. Si ante penthecoſtẽ vene. Alka. vꝰ. Vox exultatiõis et ſalutis / ĩ tabernaculis iuſtoꝛum. Poſt vero penthecoſten Gr. Clamauerũt iuſti ⁊ dñs exaudiuit eos: ⁊ ex oĩbus tribulatiõibꝰ eoꝛũ liberauit eos. v. Juxta eſt dñs hiis qui tribulato ſunt coꝛde / et humiles ſpũ ſaluabit. Alka. v. Vox exultatiõis et ſalutis: ĩ tabernaclis iuſtoꝛũ. Euange. Cum audieritis pꝛelia. In cõi fo. vj. Offr. Letamini ĩ domino et exultate iuſti: et gloꝛiamini omnes recti coꝛde. Secreta.

VOtiua dñe munera deferẽtes in tuoꝛũ martyꝛũ marcellini et petri paſſione / tuam magnificentiã veneramur: et per eã nobis imploꝛamꝰ tue pietatis auxilium. Per. Cõio. Juſtoꝛũ aĩe in

manu dei ſunt et nō tanget illos tormentum malicie. viſi ſunt oculis inſipientium mori/ illi autē ſunt in pace.

Cōplē. Sacro mūere ſatiati ſupplices te dn̄e deprecamur: vt qđ debite ſeruitutis celebramus officio: ſaluatiōis tue ſentiamus augmētū. Per.

¶ Bonifacij et ſociorū eius. Si ante penthecoſtē venerit: totū officiū vt ſupra Gordiani ⁊ epimachi/ pter collectas et epiſtolam. Introitus.

Multe tribulationes iuſtorū/ et de hiis oībus liberauit eos dn̄s. dominꝰ cuſtodit oīa oſſa eorū: vnū ex hiis non conteret. ps. Bn̄dicā dn̄m in omni tempore: ſemper laus eius i ore meo. Gloria patri et filio. Collecta.

Deus qui multitudinē populorꝫ beati bonifacij pontificis et ſociorū eius inſtantia ad agnitionē tui nois vocare dignatus es: cōcede propicius: vt quorū ſolēnia colimꝰ: etiā patrocinia ſētiamus. Per. Epla. Scti per fidē In cōi ſo. vij. Gr. Glorioſus deus in ſanctis: mirabilis in maieſtate faciens prodigia. ℣. Dextera tua dn̄e glorificata eſt in virtute: dextera manus tua cōfregit inimicū. Alla ℣. Letamini in dn̄o et exultate iuſti: et gl'iamini oēs recti corde. Euāge. Videns ieſus turbas. In cōi ſol. vij. Offr. Letamini in dn̄o et exultate iuſti: ⁊ gloriamini omnes recti corde.

Secre. Accepta ſit i cōſpectu tuo q̄s dn̄e noſtre humilitatis oblatio: et ſanctorꝫ martyrum tuorum bonifacij/ eobani/ atqꝫ athalarij/ et ſociorū eorū fiat ſupplicatione ſalutaris: pro quorū ſolennitate tue maieſtati defertur. Per d. Cōio. Dico autē vobis amicis meis ne terreamini ab hiis qui vos perſequuntur. Complenda.

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt interuenientibus ſanctis tuis bonifacio/ eobano/ atqꝫ athalario/ ſociiſqꝫ eorum: in quorum cōmemoratione hec celeſtia ſumpſimus ſacramenta: tua in nobis dona multiplices et vitam noſtram ab omni aduerſitate defendas. Per dominum.

¶ Primi et feliciani. Introitus.

Sapientiā ſanctorum narrant populi et laudem eorū nūciat eccleſia: noīa autē eorū viuent in ſcl'm ſcli. ps. Exultate iuſti in dn̄o: rectos decet collaudatio. Gloria patri. Collecta.

Fac nos domine queſumus ſanctorum tuorum primi et feliciani ſemp feſta ſectari: quorum ſuffragiis protectiōis tue dona ſentiamus. Per. Epla. Benedictus deus. In cōi ſol. vj. Grad. Juſtorum anime in manu dei ſunt: et non tanget illos tormentum malicie. ℣. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace. Alla. ℣. Sancti tui domine benedicēt te/ gloriam regni tui dicent. Euangel. Videns ieſus turbas. In cōi. ſol. vij. Offr. Mirabilis deus i ſanctis ſuis: deus iſrael/ ipſe dabit virtutem et fortitudinem plebis ſue/ benedictꝰ deus. Secreta.

Fiat domine q̄s hoſtia ſacranda placabilis precioſi celebritate martyrij: que ⁊ peccata

noſtra purificet: et tuorũ tibi vota
cõſiliet famulorum. p. Cõio. Ego
vos elegi de mũdo/ vt eatis ⁊ fructũ
afferatis: ⁊ fructus veſter maneat.
Q Ueſumus oĩps de⁹: Cõpł.
vt ſanctorũ tuorũ celeſtib⁹
myſterijs celebrata ſolẽnitas idul
gentiã nobis tue ꝓpiciatiõis acq̃-
rat. ℂ Barnabe apłi. Si ãte pen-
thecoſten venerit: totũ officiũ vtś
Marci euangeliſte/ ꝑter col. et epi
ſtolã. ℂ In die ſancto. Introitus
Mihi aũt nimis ho-
norati ſunt amici
tui de⁹: nimis con-
fortat⁹ eſt principa
tus eorũ. ps. Dñe
probaſti me ⁊ cogno
uiſti me: tu cognouiſti ſeſſionẽ meã.
Gloria patri et filio. Collecta.
Deus cui⁹ ſpũ monente bea
tus barnabas apoſtolus
vna cũ paulo ſegregat⁹ eſt electio-
ne ſuperna ad predicandum gen-
tibus euangeliũ chriſti filij tui: cõ
cede propicius: vt gentiũ popul⁹
eum pium apud miſericordiã tu-
am itercessorem ſentiat: quẽ eter-
ne vite te largiente meruit habe-
re ꝑdicatorẽ. Per eundẽ. in vni. e.
ℂ Lectio actuũ apoſtolorũ. xiij.
In dieb⁹ illis. Cõuenit vni-
uerſa ciuitas audire verbũ
dei. Uidentes aũt turbas iudei/ re
pleti ſunt zelo: et contradicebant
hijs q̃ a paulo dicebãtur blaſphe-
mantes. Tunc conſtanter paul⁹
et barnabas dixerũt. Uobis opor
tebat primũ loqui verbũ dei: ſed
qm̃ repuliſtis illud et idignos vos
iudicatis eterne vite: ecce conuerti
mur ad gentes. Sic eni ꝑcepit no
bis dñs. Poſui te i lucem gentiũ:
vt ſis in ſalutẽ vſq ad extremum
terre. Audiẽtes autẽ gẽtes gauiſe
ſunt/ et glorificabãt verbũ dñi: et
crediderũt quotquot erant preor-
dinati ad vitã eternã. Diſſemina
batur aũt verbũ dñi per vniuerſã
regionẽ. Judei autẽ concitauerũt
religioſas mulieres et honeſtas/
⁊ primos ciuitatis: et excitauerũt
perſecutionem in paulum et bar-
nabã: et eiecerunt eos de finibus
ſuis. At illi excuſſo puluere pedũ
in eos/ venerũt iconiũ. Diſcipuli
quoq replebãtur gaudio: et ſpiri-
tu ſancto. Gr. In omnem terram
exiuit ſonus eorum: et in fines orbis
terre verba eorum. ℣. Celi enarrãt
gloriam dei: et opera manuum eius
annunciat firmamẽtum. Alla. ℣.
Per man⁹ autẽ apłorũ fiebãt ſigna/
⁊ prodigia multa in plebe. Euage.
Deſignauit dñs. In cõi folio. iij.
Credo. Offr. In omnẽ terrã exi-
uit ſonus eorũ: ⁊ in fines orbis terre
verba eorum. Secreta.
Preſẽtia mũera q̃s dñe pla-
cido vultu intuere: et pſta:
vt ſcti ſpũs perfundant bñdictiõe
et i noſtris cordib⁹ eam dilectionẽ
validius ifundãt: per quã ſanct⁹
apłs tuus barnabas oĩa oblecta-
mẽta mũdi deuicit. Per dñm. In
vnitate eiuſdem. Prefatio de apo
ſtolis: ſi poſt penthecoſtẽ venerit.
Cõio. Dico autẽ vobis amicis meis
ne terreamini ab hijs qui vos perſe
quuntur. Complenda.
Beati barnabe apoſtoli tui
nos q̃s domine feſta tuean
tur: et eius tue maieſtati cõmẽdet
oratio veneranda. Per dominũ.

¶ Odulphi confeſſoꝛis Introitꝰ.
Os iuſti meditabit̄ ſa-
pientiā: et lingua eiꝰ
loquet̄ iudiciū: lex dei
eius in coꝛde ipſiꝰ. ps.
Noli emulari in mali-
gnantibꝰ: neqꝫ zelaueris faciētes ini
quitatem. Gloꝛia patri. Collecta.
Exaudi dn̄e pꝛeces noſtras
quas in ſancti odulphi con
feſſoꝛis tui ſolennitate deferimus
et qui digne tibi meruit famulari
eius ītercedētibꝰ meritis ab oībus
nos abſolue peccatꝭ. p. ¶ Eodem
die baſilidis et ſo. Require infra ī
officio ſequēti. Epl̄a. Beatus vir
qui ī ſapiētia moꝛabit̄. In cōi fol.
ix. Gr̄. Dn̄e pꝛeueniſti eū ī bn̄dictio
nibus dulcedinis: poſuiſti ī capite eiꝰ
coꝛonā de lapide pꝛecioſo. ℣. Uitam
petiit ⁊ tribuiſti ei: longitudinē dierū
in ſeculū ſcl̄i. All̄a. ℣. Judicabunt
ſancti natiōes ⁊ dn̄abunt̄ ppl̄is: ⁊ re
gnabit illoꝛū rex ī eternū. Euāgel̄.
Uigilate q̄a neſcitis. In cōi fol. x.
Offr̄. Deſideriū aīe eius tribuiſti ei
dn̄e: et volūtate labioꝛū eiꝰ nō frau-
daſti eū: poſuiſti in capite eiꝰ coꝛonā
de lapide pꝛecioſo. Secreta.
Sancti odulphi confeſſoꝛis
tui q̄s dn̄e annua ſolēnitas
pietati tue nos reddat acceptos:
vt per hec pie placationis officia:
et illū beata retributio comitet̄: et
nobis gratie tue dona cōciliet. p.
Cōio. Beatꝰ ſeruꝰ quē cum venerit
dn̄s īuenerit vigilantē: amen dico vo
bis ſuper oīa bona ſua cōſtituet eum
Deus fideliū remu- Cōpl̄.
nerato animarū: p̄ſta vt
beati odulphi cōfeſſoꝛis tui/ cuius
venerandā celebꝛamꝰ feſtiuitatē
pꝛecibus indulgentiam cōſequa-
mur. Per dn̄m. ¶ Baſilidis ciri-
ni/ naboꝛis/ et nazarij. Introitꝰ.
Intret in cōſpectu tuo
dn̄e gemitꝰ cōpeditoꝝ
redde vicinis nr̄is ſe-
ptuplū in ſinu eoꝛum
vindica ſanguinē ſā-
ctoꝛū tuoꝝ qui effuſus eſt. ps. De-
us venerūt gentes ī hereditatē tuā:
polluerūt tēplū ſanctū tuū poſuerūt
hiɫl̄m in pomoꝛū cuſtodiā. Gl̄ia pa.
Sanctoꝛū martyꝛū Coll̄a.
tuoꝝ baſilidis/ cirini/ nabo
ris/ et nazarij/ q̄s dn̄e natalicia no
bis votiua reſplendeāt: et quod il
lis contulit excellētia ſempiterna:
fructibus noſtre deuotionis accre
ſcat. Per. Epl̄a. Juſtoꝛū aīe. In
cōi fo. v. Gr̄. Uindica dn̄e ſanguinē
ſctōꝛū tuoꝛū qui effuſus ē. ℣. Poſue
runt moꝛtalia ſeruoꝛum tuoꝛū eſcas
volatilibꝰ celi: carnes ſctōꝛū tuoꝛum
beſtiis terre. All̄a. ℣. Judicabunt
ſcti natiōes ⁊ dn̄abunt̄ populis: et re
gnabit illoꝛū rex in eternū. Euāgel̄.
Sedente ieſu. In cōi fo. vij. Offr̄.
Exultabunt ſancti ī gloꝛia/ letabun-
tur in cubilibꝰ ſuis: exultationes dei
in faucibus eoꝛum. Secreta.
Pro ſanctoꝝ tuoꝝ baſilidis
cirini/ naboꝛis/ et nazarij/
ſanguine venerādo hoſtiā tibi do
mine ſolenniter īmolamꝰ/ tua mi
rabilia ꝑtractātes: per que talis ē
parta victoꝛia: pꝛeſta q̄s: vt ⁊ vin
cula noſtre pꝛauitatis abſoluat:
⁊ tue mīe nobis dona cōciliet. Per
dn̄m. Cōio. Poſuerūt moꝛtalia ſer
uoꝛū tuoꝛū dn̄e eſcas volatilibus celi
carnes ſctōꝛū tuoꝛū beſtiis terre/ ſecū
duꝫ magnitudinē bꝛachii tui poſſide

ſilios moꝛtipunitoꝛum. Compleða

SEmper dñe ſctoꝝ martyꝛũ tuoꝝ baſilidis/cirini/naboris/⁊ nazarij ſolẽnia celebꝛemus: vt eoꝝ patrocinia iugiter ſẽtiamꝰ Per. ¶ Viti et modeſti Introitꝰ.

LAudate pueri dñm/ laudate nomẽ dñi: q̃ habitare facit ſterilẽ ĩ domo/ matrẽ filioꝝ letantẽ. Ps. Sit nomen dñi benedictũ: ex hoc nũc et vſq̃ in ſeculum. Gloꝛia patri. Collecta.

DA eccleſie tue dñe q̃s/ intercedentibꝰ ſanctis tuis vito modeſto atq̃ creſcẽtia ſuꝑbe non ſapere: ſed tibi placita humilitate ꝑficere: vt ꝓterua deſpiciẽs: q̃cũq̃ matura ſunt/ libera exerceat charitate. Per. Epła. Rememoramini. In cõi fo. vj. Gr. Anima nr̃a ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venantiũ. V. Laqueus cõtritꝰ eſt: et nos liberati ſumꝰ. adiutoꝛiũ noſtrũ in noie dñi: qui fecit celum et terram. Alła. V. Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi. ſit nomen dñi bñdictum: ex hoc nunc et vſq̃ in ſeculum. Euãgeł. Nolite arbitrari. In cõi fo. vij. Offer. Anima nr̃a ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venantiũ. laqueꝰ cõtritꝰ eſt: et nos liberati ſumꝰ.

SIcut gloꝛiã diuine Secre. potentie munera ꝓ ſanctis oblata teſtant̃: ſic nobis effectum dñe tue ſaluatiõis impendant. P. Cõio. Dico aũt vobis amicis meis: ne terreamini ab hiis qui vos perſequuntur. Complenda.

REfecti dñe benedictione celeſti q̃s: vt per interceſſionẽ ſanctoꝝ viti/ modeſti/ et creſcentie medicina ſacramẽti huius/ et coꝛpoꝛibꝰ noſtris ꝓſit et mentibꝰ. P.

¶ Marci ⁊ marcelliani Introitꝰ.

SAlus aũt iuſtoꝝ a domino: et ꝓtectoꝛ eoꝛũ eſt ĩ tẽpoꝛe tribulationis. Ps. Noli emulari ĩ malignantibus: neq̃ zelaueris facientes iniquitatem. Gloria patri et filio. Collecta.

PReſta queſumꝰ oĩps deus: vt qui ſctõꝛũ tuoꝛũ marci ⁊ marcelliani natalicia colimꝰ: a cũctis malis imminentibꝰ/ eoꝛũ interceſſionibꝰ liberemur. Per dñm

¶ Ad theſſalonicenſes. ij. j.

ad iudiciũ: ſed ad ſaluationem et hoc nobis obtineat eorum itercesſio: quorũ hodie effulſit ſaluberrima diuiſio. Per.

Alia cõplenda de ſctõ plechelmo.

Deus oim fideliũ remunerator aiar: pſta q̃s vt beati plechelmi cõfeſſoris tui atq̃ põtificis: cuius venerandã celebramus feſtiuitatẽ: precib⁹ indulgentiam conſequamur. Per dñm.

¶ Frederici epiſcopi. Introitus.

Letabitur iuſtus i dño et ſperabit in eo: et laudabunt oẽs recti corde. ps Exaudi de⁹ oratio nem meã cũ deprecor: a timore inimici eripe animã meam. Gloria patri. Collecta.

Sancti frederici martyris tui atq̃ põtificis dñe confesſio recẽſita cõferat nobis pie deuotionis augmentũ: qui in tuo noie pſeuerãs meruit honorari. Per.

Eodẽ die de ſãcto arnulpho colla.

Exaudi q̃s dñe preces nr̃as et itercedẽte beato arnulpho cõfeſſore tuo atq̃ pontifice: ſupplicatiões noſtras placatus intẽde. Per. Epla. Memor eſto. in cõi fo. iiij. Gr. Poſuiſti dñe ſuper caput ei⁹ coronã de lapide precioſo. ℣. Deſideriũ aie eius tribuiſti ei: et voluntate labiorum ei⁹ nõ fraudaſti eum. Alla. ℣. Poſuiſti domine ſuper caput eius: coronam de lapide precioſo Euangeliũ. Niſi granũ frumenti. In cõi folio. iiij. Offr. Gloria et honore coronaſti eum: et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum domine. Secreta.

Hoſtias tibi dñe ꝑ commemoratione ſancti frederici martyris tui atq̃ pontificis offerimus: quẽ a tui corporis vnitate/ nulla tentatio ſeparauit.

Alia ſecreta de ſancto arnulpho.

In conſpectu tuo dñe q̃s talia noſtra ſint munera: que intercedente beato arnulpho confeſſore tuo atq̃ pontifice: et placare te valeant/ et nos placere tibi ꝑficiant. Per. Cõio. Qui vult venire poſt me: abneget ſemetipſũ et tollat crucẽ ſuã et ſequat me. Cõplẽda

Refecti cibo potuq̃ celeſti/ domine deus noſter/ te ſupplices exoramus: vt i cuius hec cõmemoratione percepimus/ eius muniamur et precibus. Per.

Alia cõplenda de ſctõ arnulpho.

Conſeruent nos dñe q̃s munera tua: et intercedẽte btõ arnulpho confeſſore tuo atq̃ pontifice: vitã eternã nobis tribuant poſtulantibus. Per dominum.

¶ Praxedis virginis Introitus.

Loquebar de teſtimonijs tuis i cõſpectu regũ et nõ cõfundebar: et meditabar i mãdatis tuis q̃ dilexi nimis ps. Beati imaculati in via: qui ambulãt in lege dñi. Glia patri. Colla.

Deus qui nos hodie beate praxedis virginis ac martyris tue annua ſolennitate letificas: concede propicius: vt eius adiuuemur meritis: cuius caſtitatis irradiamur exemplis. Per. Epla Qui gloriatur. In cõi folio. xiij. Gradale. Dilexiſti iuſticiã et odiſti iquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te de⁹

deus tuus oleo leticie. Alleluya. ℣. Specie tua et pulchritudine tua: intende proſpere procede et regna. Euāg. Simile eſt regnū celorum decem virgi. In cōi fo. xj. Offer. Offerētur regi virgines poſt eam/ proxime eius offerētur tibi. Secre.

Hec victima q̄s dn̄e pro beate praxedis virginis martyrio oblata: et mentiū nobis ſc̄titatē / et corporū obtineat ſanitatem. Per. Cōio. Simile eſt regnum celorum homini nēgociatori/ querenti bonas margaritas: inuēta vna precioſa margarita / dedit omnia ſua, et cōparauit eam. Cōplēda

Huius domine perceptione ſacramenti: et beate praxedis virginis interceſſione et tu in nobis manere dignare: et nos in te viciſſim manere concede. Per.

¶ Marie magdalene Introitus



Gaudeamꝰ oēs i domino diem feſtū celebrantes in honore marie magdalene: de cuius ſolennitate gaudent angeli/ et collaudant filiū dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Collecta.

Beate marie magdalene q̄s domine ſuffragijs adiuuemur: cuius p̄cibus exoratus/ quatriduanū fratrem eius viuū ab inferis reſuſcitaſti. Qui viuis. &c

Epla. Mulierem fortem. In cōi fo. xij. Grad. Dilexiſti iuſticiam et odiſti iniquitatē. ℣. Propterea vnxit te deus / deus tuus oleo leticie. All'a. ℣. Maria hec eſt illa cui dimiſſa ſunt peccata multa: quia dilexit vehementer. Sequentia.

Laus tibi chriſte/ qui es creator et redemptor idem et ſaluator. Celi terre maris / angelorum et hominū. Quem ſolum deum cōfitemur et hominē. Qui peccatores veniſti / vt ſaluos faceres. Sine peccato peccati aſſumens formulā. Quorum de grege vt chananeam mariam viſitaſti magdalenam. Eadem menſa verbi diuini illam micis: hanc refouens poculis. In domo ſymonis leproſi conuiuijs accubans tipicis. Murmurat phariſeus/ vbi plorat femina: criminis conſcia. Peccator contempnit cōpeccantē/ peccati neſcius penitentem exaudis/ emundas fedam/ adamas/ vt pulchrā facias. Pedes amplectitur dominicos/ lachrymis lauat/ tergit crinibus lauando/ tergendo/ vnguēto vnxit/ oſculis circuit. Hec ſunt conuiuia que tibi placent/ o patris ſapientia. Natus de virgine / qui non dedignaris tangi a peccatrice. A phariſeo es inuitatus/ marie ferculis ſaturatus. Multum dimittis multum amanti/ nec crimen poſtea repetenti. Demonis eam ſeptem mūdans: ſeptiformis ſpiritus. Ex mortuis te ſurgentem/ das cunctis videre priorem. Hanc chriſte proſelitam ſignas eccleſiam: quam ad filiorū menſam vocas alienigenam. Quam inter conuiuia / legis et gratie: ſpernit pharisei faſtus lepra vexat heretica. Qualis ſit tu ſcis: tangit te quia peccatrix /

quia venie optatrix. Quidnam
haberet egra: ſi non accepiſſet/ ſi
nõ medicus adeſſet Rex regũ di
ues in oẽs nos ſalua peccatoꝛum
tergẽs cuncta crimia ſãctoꝝ ſpes
et gloꝛia. Secundũ Lucam. vij.
In illo tempoꝛe: Rogabat
ieſum quidã phariſeus vt
manducaret cũ illo. Et ingreſſus
domum phariſei: diſcubuit. Et ec-
ce mulier que erat in ciuitate pec-
catrix/ vt cognouit ꝙ accubuit in
domo phariſei: attulit alabaſtrũ
vnguenti. Et ſtãs retro ſecus pe-
des eius: lachꝛymis cepit rigare
pedes eius: et capillis capitis ſui
tergebat: et oſculabat pedes eius
et vnguento vngebat. Uidẽs au-
tem phariſeus qui vocauerat eũ:
ait intra ſe dicens. Hic ſi eſſet pꝛo-
pheta ſciret vtiqꝫ que et qualis eſt
mulier que tangit eum: quia pec-
catrix eſt. Et reſpõdẽs ieſus dixit
ad illũ. Symon habeo tibi aliqd
dicere. Ait ille dixit. Magiſter dic
Duo debitoꝛes erant cuidam fe-
neratoꝛi. Unus debebat denari-
os quingẽtos: et alius quinqua-
ginta. Non habẽtibus illis vnde
redderent: donauit vtriſqꝫ. Quis
ergo eũ plus diligit? Reſpondẽs
ſymon dixit. Eſtimo quia is cui
plus donauit. At ille dixit. Recte
iudicaſti. Et cõuerſus ad mulierẽ
dixit ſymoni. Uides hãc mulierẽ
Intraui in domũ tuã: aquã pedi
bus meis non dediſti. Hec autẽ la
chꝛymis rigauit pedes meos: et
capillis ſuis terſit. Oſculũ michi
non dediſti: hec autẽ ex quo intra
ui/ nõ ceſſauit oſculari pedes me-
os. Pꝛopter quod dico tibi: remit
tũtur ei peccata multa. qm̃ dilexit
multũ. Cui autẽ minus dimitti-
tur/ minus diligit. Dixit autẽ ad
illam Remittũtur tibi pctã. Et ce
perunt qui ſimul diſcumbebant
dicere intra ſe. Quis eſt hic: q̃ etiã
peccata dimittit? Dixit ad mulie
rem. Fides tua te ſaluam fecit:
vade in pace. Credo. Offꝛ. An
gelus domini deſcendit de celo et di-
xit mulieribus: quem queritis/ ſurre
xit ſicut dixit allel uya. Secreta.
Munera noſtra q̃s dñe bea-
te marie magdalene glio
ſa merita tibi reddant accepta cu
ius oblationis obſequiũ vnigeni
tus filius tuus clemẽter ſuſcepit
impenſũ. Per eundẽ. Pꝛefatio de
apſis. Cõio. Uidens dominus flẽ
tes ſoꝛoꝛes lazari ad monumẽtũ: la-
chꝛymatus eſt coꝛã iudeis / et clama
bat lazare veni foꝛas: et pꝛodiit liga
tis manibus et pedibus / qui fuerat
quatriduanus moꝛtuus. Cõplẽda
Sumpto dñe vnico et ſalu-
tari remedio coꝛpoꝛe ſcili-
cet et pꝛecioſo ſãguine filij tui ab
oĩbus malis beate marie magda
lene patrocinio exuamur. Per d.

Appolinaris mar. Introitus

Sacerdotes dei bñdici
te dño: ſãcti et humi-
les coꝛde laudate deũ
Ps. Benedicite omnia
opera dñi dño: laudate
et ſuperexaltate eũ in ſecula. Gloꝛia
Sancti appolinaris Colla.
martyꝛis tui atqꝫ põtificis
domine confeſſio recenſita confe-
rat nobis pie deuotionis augmẽ
tum qui in tuo noĩe perſeuerans
meruit honoꝛari. Per do. Epſa.

Doctrinis varijs. In cōi folio. x. Grad. Inueni dauid ſeruū meū/ oleo ſācto vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei/ et brachiū meū cōfortabit eum. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit eū. Alla. ℣. Poſuiſti dn̄e ſuper caput eius: coronā de lapide precioſo. Euāg. Homo quidā nobilis In cōi fo. v. Offr. Veritas mea et miſericordia mea cū ipſo et in noīe meo exaltabitur cornu eius. Secre.

Hoſtias tibi dn̄e pro cōmemoratione ſācti appollinaris martyris tui atqꝫ pōtificis offerimus quē a tui corporis vnitate nulla tēptatio ſeparauit. Per. Cōio. Semel iuraui in ſancto meo ſemen eius in eternū manebit: et ſedes eius ſicut ſol in conſpectu meo: et ſicut luna perfecta in eternum: et teſtis in celo fidelis. Complenda.

Repleti cibo potuqꝫ celeſti domine deus noſter te ſupplices exoramus: vt in cuius hec cōmemoratione percepimus: eius muniamur et precibus. Per do.

¶ In vigilia iacobi apoſtoli. Introitus. Ego autē. Per totū ſicut in vigilia vnius apl̄i. In cōi fo. j.

¶ In die ſācti iacobi. Introitus.



Michi autē nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cōfortatus eſt principatus eorum. ps. Domie probaſti me et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam. Gloria patri. Collecta

Eſto dn̄e plebi tue ſanctificator et cuſtos vt apoſtoli tui iacobi munita preſidijs: et cōuerſatione tibi placeat: et ſecura deſeruiat. Per. Epl̄a. Bn̄dictio dn̄i In cōi fo. j. Gr. Cōſtitues eos principes ſuper omnē terrā: mēores erūt noīs tui dn̄e. ℣. Pro patribus tuis nati ſūt tibi filii: propterea popl̄i confitebūtur. Alla ℣. In omnē terrā exiuit ſonus eorum: et in fines orbis terre verba eorū. Scd̄z matheū. xx

In illo tēpore. Acceſſit ad ieſum mater filiorū zebedei cum filijs ſuis: adorans/ et petēs aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi Dic vt ſedeāt hij duo filij mei: vnus ad dexterā tuam/ et vnus ad ſiniſtrā in regno tuo. Reſpondens autem ieſus/ dixit. Neſcitis quid petatis Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei. Poſſumus. Ait illis. Calicem quidē meum bibetis: ſedere autem ad dexterā meā et ſiniſtram: non eſt meum dare vobis: ſed quibus paratum eſt a patre meo. Et audientes decem: indignati ſunt de duobus fratribus Jeſus autem vocauit eos ad ſe: et ait. Scitis quia pricipes gētium dominātur eorū: et qui maiores ſunt poteſtatem exercent in eos. Non ita erit inter vos. Sed quicunqꝫ voluerit inter vos maior fieri: erit veſter miniſter. Et q̄ voluerit inter vos primus eſſe: erit veſter ſeruus Sicut filius hominis non venit miniſtrari/ ſed miniſtrare: et dare animā ſuam: redemptionē pro multis Credo

Et pretatio de apoſtolis. Offr.

Michi autē nimis honorificati ſunt amici tui deus: nimis confortatus

eſt principatus eorum. Secreta.

Oblationes populi tui dñe/ q̄s beati apoſtoli tui iacobi paſſio beata conciliet: et que nr̄is non ſunt apta meritis: fiant tibi placita eius dep̄catiōe. Per. Cōio Dico autē vobis amicis meis: ne terreamini ab hiis qui vos perſequunt.

Beati apoſtoli tui Cōplen. iacobi cuius hodie feſtiuitate corpore et ſāguīe filij tui nos refeciſti: q̄s dñe interceſſione nos adiuua: p̄ cuius ſolēnitate percepimus tua ſancta letantes. Per.

¶ Chriſtoferi mar. Introitus.



Letabit iuſtus in dño et ſperabit in eo: et laudabunt omnes recti corde. ps. Exaudi deus orationem meam cum depre cor: a timore inimici eripe animā meam. Gloria patri et filio. Collecta.

Uotiuos nos q̄s dñe beati martyris tui xp̄oferi natalis ſemper excipiat: qui et iocūditatē nobis ſue glorificatiōis īfūdat: et tibi nos reddat acceptos Per. Epl̄a. Memor eſto. In cōi folio. iiij. Gr. Dñe preueniſti eū in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius/ coronā de lapide precioſo. ℣. Uitā petiit et tribuiſti ei: lōgitudinē dierū in ſeculū ſec̄li. Alla. ℣. Corona aurea ſuper caput eius: expreſſa ſigno ſāctitatis glorie et honoris. Euāge. Si quis vult venire. In cōi fol. iiij. Offr. Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide precioſo vitam petiit a te et tribuiſti ei. Secreta.

Fiat domine q̄s hoſtia ſacranda placabilis precioſi celebritate martyrij: que et peccata noſtra purificet et tuorū tibi vota conciliet famulorū. Per dominū. Cōio. Qui vult venire poſt me: abneget ſemetipſū et tollat crucem ſuā et ſequatur me. Cōplenda

Queſumus oīpotens deus: vt beati xp̄oferi martyris tui celeſtibus myſterijs celebrata ſolēnitas: indulgentiā nobis tue propiciationis acceleret. Per do.

¶ Pāthaleonis mar. Introitus

Gloria et honore coronaſti eū: et cōſtituiſti eū ſup opera manuū tuarū. ps. Dñe dominus nr̄ q̄ admirabile eſt nomen tuū in vniuerſa terra. Gl'ia.

Deus qui nobis hu- Coll'a ius diei ſolennitatē pro cō memoratione beati pāthaleonis martyris tui et paſſiōe feciſti: adeſto familie tue precibus: vt et cuius hodie feſta celebramus: eius meritis ⁊ interceſſiōibus adiuuemur. Per. Epl̄a. Juſtū deduxit. In cōi fo. iiij. Gr. Poſuiſti dñe ſuper caput eius coronā de lapide precioſo. ℣. Deſideriū anime ei⁹ tribuiſti ei ⁊ volūtate labiorū eius nō fraudaſti eū. Alla. ℣. Poſuiſti dñe ſuper caput eius: coronā de lapide precioſo. Euāg. Si quis vult venire: In cōi fo. iiij. Offr. Gloria et honore coronaſti eū: et cōſtituiſti eum ſuper opera manuū tuarū dñe. Secre

Suſcipe clementiſſime pater/ et ſanctifica hoc ſacrificium populi tui: vt quod in honore beati panthaleonis marty-

ris tui tibi offertur ad gloriā: nobis proſit ad veniā. Per d. Cōio. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriā et magnū decorem impones ſuper eum domine. Complēda

Beati martyris tui pantha leonis annua feſtiuitate letātes: clementiā tuā ſupplices exoramus oīpotens deus: vt ſicut ille ob tanti agonē certaminis in hac triūphale redimit⁹ extitit corona: ita et nos oratiōis illius fulti ſuffragio: temptationū tela ſuperātes: brauio letemur eterno. Per. ¶ Felicis/ ſimplicij/ fauſtini et beatricis. Introitus.

Sacerdotes eius induant ſalutare: et ſācti eius exultatiōe exultabūt. ps. Memento dñe dauid ⁊ omnis māſuetudinis eius. Gloria pa. Colla.

Preſta q̄s domine: vt ſicut populus chriſtianus beatorum martyr tuorū/ felicis/ ſimplicij/ fauſtini/ et beatricis temporali ſolennitate cōgaudet: ita perfruatur eterna: et quod votis celebrat/ comprehendat effectu. Per dñm. Lectio libri apocalipſis beati iohannis apoſtoli. vij.

In diebus illis Vidi hoſtiū apertū in celo: et ecce turba magna/ quā dinumerare nemo poterat ex oībus gentibus/ et tribubus/ et populis/ et linguis: ſtātes ante thronum/ et in cōſpectu agni amicti ſtolis albis: et palme in manibus eorū. Et clamabant voce magna dicētes. Salus deo noſtro: qui ſedet ſuper thronū et agno. Et oēs angeli ſtabāt in circuitu throni/ et ſeniorū/ et quattuor animaliū: et ceciderūt in cōſpectu throni i facies ſuas: et adorauerūt deum dicētes/ amen. Benedictio et claritas/ et ſapiētia/ et gratiarū actio: honor/ et virtus/ et fortitudo deo noſtro: in ſecula ſeculorum amen. Gr. Sacerdotes eius induant ſalutare: et ſancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam chriſto meo. Alla. ℣. Te martyrum candidatus: laudat exercitus domine. Euange. Sint lumbi veſtri precincti. In cōi ſo. ix. Offr. Veritas mea et miſericordia mea cum ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Hoſtias tibi dñe pro ſanctorū martyrū/ felicis/ ſimplicij/ fauſtini/ et beatricis cōmemoratione deferimus ſuppliciter deprecantes: vt et indulgentiā nobis pariter conferant/ et ſalutem Per. Cōio. Beatus ſeruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantē: amen dico vobis/ ſuper omnia bona ſua conſtituet eū. Cōplen.

Preſta q̄s omnipotēs deus vt ſanctor tuorum felicis/ ſimplicij/ fauſtini/ et beatricis celeſtibus myſterijs celebrata feſtiuitas: indulgentiā nobis tue propiciationis acquirat. Per dñm.

¶ Abdon et ſennes. Introitus.

Intret in cōſpectu tuo dñe gemitus compeditorū: redde vicinis noſtris ſeptuplū in ſinu eorū/ vindica ſanguinē ſanctorū tuorum qui effuſus eſt. ps. Deus venerūt gētes in

hereditatē tuam: polluerunt templū ſanctū tuū. Gloria patri. Collecta.

Deus qui ſāctis tuis abdoni et ſenni ad hanc gloriā veniendi / copioſū munus gratie tue contuliſti: da nobis famulis tuis noſtrorū veniā peccatorū: vt ſanctorū tuorum intercedētibus meritis: ab oībus mereamur aduerſitatibus liberari. Per. Epla Lingua ſapientiū. In cōi fo. vj. Gr. Glorioſus deus in ſāctis mirabilis in maieſtate faciēs prodigia. ỽ Dextera tua dn̄e glorificata eſt ī virtute: dextera manus tua cōfregit inimicū. Alla. ỽ. Juſti epulētur et exultent in conſpectu dei: et delectētur in leticia. Euāg. Deſcēdens ieſus de monte. In cōi folio. vij. Offr. Mirabilis deus in ſāctis ſuis: deus iſrael: ipſe dabit virtutē et fortitudinē plebi ſue benedictus deus. Secre

Munera tibi dn̄e pro ſanctorū martyr tuorū abdōis et ſennis paſſione deferimus que dū finiūtur in terris: facti ſunt celeſti luce perpetui. Per. Cōio. Poſuerunt mortalia ſeruorū tuorū dn̄e eſcas volatilibus celi: carnes ſāctorū tuorum beſtiis terre: ſcd̄m magnitudinem brachii tui poſſide filios mortipunitorum. Complenda.

Populū tuū dn̄e perpetua munitione defēde: nec difficulter quod pie quod iuſte poſtulat cōſequatur: cui ſanctorū tuorum abdonis et ſēnis merita ſuffragantur. Per. ❡ Germani epi.

Preſ a q̄s op̄s deus: Colla. vt btiſſimi germani antiſtitis et cōfeſſoris tui / cuius exempla miramur et colim⁹: et ſi equari factis eius nō poſſumus / ſaltē veſtigia eius ſequi / et fidē nobis cōtingat imitari. Per. Secreta.

Clementiā tuā dn̄e deprecamur: vt hijs oblationibus plebis quas in honore beatiſſimi germani antiſtitis et confeſſoris tui offerim⁹: ſignatū diē hodierne feſtiuitatis celebremus: cū incōcuſſa fidei libertate: quā ille conſtāti mente defendit: precantes: vt robur patiētie eius: et nobiſcū ſi non opere / ſaltem voluntate comitetur. Per. Cōplenda.

Sumētes ex ſacris altarib⁹ chriſti ac dn̄i dei noſtri corpus et ſanguinē oramus dn̄e: vt intercedēte beato germano antiſtite ſemper nobis fide plenis eſurire detur et ſitire iuſticiam: ſicq; opus eius cōfortati ſalutari gratia faciamus: vt non ad iudiciū / ſed ad remediū / ſacramentū qd̄ accepimus habeamus. Per eūd.

❡ Ad vincula ſācti petri. Intro.

Nunc ſcio vere / quia miſit dn̄s angelū ſuum: et eripuit me de manu herodis et de omni expectatione plebis iudeorū. ps. Domine probaſti me ꝛ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam. Gloria patri. Colla

Deus qui beatum petrum apoſtolum a vinculis abſolutum illeſum abire feciſti: noſtrorum q̄s abſolue vincula peccatorum: et omnia mala a nobis propiciatus exclude. Per dn̄m.

Eodē die collecta de Machabeis.

FRaterna nos dñe martyrum tuorꝫ corona letificet: que et fidei noſtre prebeat incitamenta virtutũ: et multiplici nos ſuffragio conſoletur. Per dñm.

Lectio actuũ apoſtolorũ. xij.

IN diebus illis. Miſit herodes rex manus: vt affligeret quoſdã de eccleſia. Occidit autem iacobum fratrem iohannis gladio. Videns autẽ quia placeret iudeis: appoſuit apprehẽdere et petrũ. Erat autẽ dies azimorũ Quem cum apprehẽdiſſet: miſit in carcerẽ: tradens quattuor quaternionibus militum cuſtodiendum volens poſt paſcha producere eũ populo. Et petrus quidẽ ſeruabatur in carcere: oratio autem fiebat ſine intermiſſiõe ab eccl'ia ad deũ pro eo. Cum autẽ producturus eum eſſet herodes: in ipſa nocte erat petrus dormiens inter duos milites / vinctus cathenis duabus: et cuſtodes ante oſtium cuſtodiebãt carcerẽ. Et ecce angelus dñi aſtitit: et lumẽ refulſit in habitaculo. Percuſſoqꝫ latere petri: excitauit eum dicens. Surge velociter. Et ceciderũt cathene de manibus eius. Dixit autẽ angelus ad eum. Precingere: et calciate caligas tuas. Et fecit ſic. Et dixit illi. Circunda tibi veſtimentũ tuum: et ſequere me. Et exiens ſequebatur eũ: et neſciebat quia verum eſt / quod fiebat per angelũ. Exiſtimabat autem ſe viſum videre. Tranſeũtes autẽ primã et ſecundam cuſtodiã: venerunt ad portam ferream / que ducit ad ciuitatẽ que vltro aperta eſt eis. Et exeuntes proceſſerũt vicũ vnum: et cõtinuo diſceſſit angelus ab eo Et petrus ad ſe reuerſus: dixit. Nũc ſcio vere / quia miſit dñs angelũ ſuum: et eripuit me de manu herodis / ⁊ de omni expectatione plebis iudeorũ. Gr. Conſtitues eos principes ſuper omnẽ terram memores erunt nominis tui domie. V. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii: propterea populi confitebũtur tibi. Alla. V. Solue iubente deo terrarũ petre cathenas qui facis vt pateãt celeſtia regna beatis Sequẽtia. Clare ſanctorum. In cõi fo. j

Secundũ Matheum. xvj.

IN illo tẽpore: Venit ieſus in partes ceſaree philippi: et interrogabat diſcipulos ſuos / dicẽs. Quem dicunt homines eſſe filiũ hominis? At illi dixerunt Alij iohannẽ baptiſtã: alij autẽ helyam: alij vero hieremiã: aut vnum ex prophetis. Dixit eis ieſus. Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpõdens ſymon petrus: dixit. Tu es chriſtus filius dei viui. Reſpondens autem ieſus: dixit ei. Beatus es ſymon bariona quia caro et ſanguis non reuelauit tibi: ſed pater meus qui in celis eſt. Et ego dico tibi: quia tu es petrus: et ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. Et porte inferi non preualebũt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcunqꝫ ligaueris ſuper terram. erit ligatum ⁊ in celis. Et quodcunqꝫ ſolueris ſuper terram: erit ſolutum et in celis.

Credo. Offr. Cõſtitues eos principes ſuper omnẽ terram: memores

erunt nominis tui in omni progenie et generatione. Secreta.

OBlatũ tibi dñe ſacrificiũ in cõmemoratiõe beati petri apl'i tui viuificet nos ſẽper et muniat. Alia ſecreta de machabeis.

VOtiua myſteria domine: pro ſanctorũ martyrũ tuorũ cõmemoratione deuota mẽte tractemus/ quibus nobis preſidium creſcat et gaudiũ. Per Prefatio de apoſtolis. Cõio. Tu es petrus: et ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. Complẽda.

COrporis ſacri et precioſi ſãguinis repleti libamĩe q̃s domine deus noſter: vt quod pia deuotione gerimus: intercedente beato petro apoſtolo tuo/ certa redemptione capiamus. Per dñm Alia complenda de machabeis.

PReſta q̃s omnipotẽs deus vt quorum memoriam ſacramenti participatiõe recolimus: fidem quoqꝫ proficiẽdo ſectemur Per dominũ noſtrũ ieſũ chriſtũ.

¶ Stephani pape. Introitus.

SAcerdotes tui domĩe induant iuſticiam: et ſancti tui exultẽt: propter dauid ſeruũ tuũ nõ auertas faciẽ chriſti tui. ps. Memento domine dauid et omnis manſuetudinis eius. Gloria patri et filio et ſpũi. Collecta.

DEus qui nos beati ſtephani martyris tui atqꝫ pontificis annua ſolennitate letificas: concede propicius: vt cuius natalicia colimus de eiuſdẽ etiam protectione gaudeamus. Per dñm. Epla. Ecce ſacerdos magnus. In cõi folio ix. Gr. Os iuſti meditabitur ſapientiã: et lingua eius loquetur iudicium. v. Lex dei eius in corde ipſius: et non ſupplãtabũtur greſſus eius. Alla. v Beatus vir qui timet dominũ: in mandatis eius cupit nimis. Euãge. Homo quidam nobilis. In cõi folio. v. Offr. Inueni dauid ſeruum meũ et in oleo ſãcto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. Secreta.

MUnera tibi domine dicata ſanctifica: et intercedente beato ſtephano martire tuo atqꝫ pontifice: per eadem nos placatus intende. Per. Cõio. Domine quinqꝫ talenta tradidiſti michi / ecce alia quinqꝫ ſuperlucratus ſum euge ſerue fidelis / quia in pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituã/ intra in gaudium dñi tui. Complenda.

HEc nos cõmunio domine purget a crimine: et intercedente beato ſtephano martyre tuo atqꝫ pontifice: celeſtis remedij faciat eſſe cõſortes. Per. ¶ In inuẽtione ſãcti ſtephani. Intro.

ETenim ſederũt principes/ et aduerſũ me loquebãtur: et iniqui ꝑſecuti ſunt me adiuua me domine deus meus. quia ſeruus tuus exercebatur in tuis iuſtificatiõibus. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Gloria patri. Collecta

DEus qui es ſanctorũ tuorum ſplendor mirabilis: quiqꝫ hodierna die corpora beato

rum tuorum ſtephani/nicodemi atq; gamalielis/et abybon inuē=tione glorioſa reuelaſti:da nobis in eterna leticia:de eorum ſocietate gaudere. Per. Epſa. Stephanus plenus gratia. Quere ſupra poſt natiui. dñi fo. xij. Gr. Sederunt principes et aduerſū me loquebantur: et iniqui perſecuti ſunt me. ℣. Adiuua me domine deus meus: ſaluum me fac propter miſericordiā tuam. Alla. ℣. Judicabunt ſancti nationes et dñabūntur populis: et regnabit illorum rex in eternū. Sequētia. Hac concordi. Euāge. Ecce ego mitto ad vos. Omnia vtſ̄ poſt nati. dñi. fo. xij. Offr. Elegerunt apoſtoli ſtephanū leuitam plenum fide et ſpiritu ſancto: quem lapidauerūt iudei orantem et dicentē: dñe ieſu accipe ſpiritū meū. Secre.

Munera tibi domine noſtre deuotiōis offerimus: que et pro tuorum tibi grata ſint honore ſanctorū: et nobis ſalutaria te miſerante reddātur Per. Cōio Uideo celos apertos/et ieſum ſtantem a dextris virtutis dei. domīe ieſu accipe ſpiritum meum/et ne ſtatuas illis hoc peccatum: quia neſciunt quid faciunt. Complenda.

Sumpſimus domine ſanctorum tuorum ſtephani prothomartyris/nicodemi/gamalielis/et abybon ſolennia celebrantes ſacramenta celeſtia: preſta q̄ſumus: vt quod temporaliter gerimus: eternis gaudijs conſequamur. Per dominū noſtrū ieſum chriſtū filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate.

¶ Sixti pape et mar. Introitus

Sacerdotes dei bñdicite domino: ſā et hūiles corde laudate deum. ps Benedicite omnia opera domini domino: laudate et ſuperexaltate eum in ſecula. Gloria patri et filio. Collecta.

Deus qui conſpicis quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus: concede propicius: vt interceſſiōe beati ſixti martyris tui atq; pontificis: contra oīa aduerſa muniamur Per. ¶ Eodem die feliciſſimi et agapiti. Collecta.

Deus qui nos concedis ſanctorū martyrū tuorum feliciſſimi et agapiti natalicia colere da nobis in eterna leticia de eorum ſocietaee gaudere. Per do. Epſa. Lingua ſapientiū. In cōi fo. vj. Gr. Sacerdotes eius induant ſalutari: et ſancti eius exultatione exultabūt. ℣. Illuc producā cornu dauid: paraui lucernam chriſto meo. Alla. ℣. Sancti tui domine benedicent te: gloriam regni tui dicent. Euāge. Ecce mitto vos. In cōi fo. vij. Offr. Inueni dauid ſeruum meū/et in oleo ſancto vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei/et brachiū meū confortabit eū. Secre.

Suſcipe domīe munera propiciatus oblata: que maieſtati tue beatus ſixtus ſacerdos cōmendet et martyr. Per. Alia ſecreta de ſctis feliciſſio et agapito.

Munera tibi domine noſtre deuotiōis offerimus: que et pro tuorum tibi grata ſint hore ſanctorū: et nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per dñm.

Cõio. Domĩe quinqꝫ talenta tradi-
diſti michi / ecce alia quinqꝫ ſuperlu-
cratus ſum: euge ſerue fidelis / quia
in pauca fuiſti fidelis ſupꝛa multa te
conſtituã: intra in gaudium dñi tui.

Preſta q̄s dñe deus Cõplẽ.
noſter: vt cuius nobis fe-
ſtiuitate votiua ſunt ſacramẽta:
eius ſalutaria nobis interceſſio-
ne reddantur. Per. Alia cõplẽda
de ſanctis feliciſſimo et agapito.

Preſta nobis q̄s deꝰ noſter:
vt ſicut nobis indiſcreta /
pietas beatoꝛũ martyꝛũ tuoꝛũ fe
liciſſimi et agapiti indiuidue cha
ritatis pꝛebet exemplum: ſic ſpi-
ritum gratie tue quo iugiter mu
niamur ſemper imploꝛet. Per d.

¶ In tranſfiguratione domini.
Ad miſſam. Introitus.



In excelſo thꝛo-
no vidi ſedere
virum quẽ ado
rat multitudo
angeloꝛũ pſal-
lentes in vnum
ecce cuius impe
rij numen eſt in eternũ. ps. Iubi-
late deo omnis terra: ſeruite domĩo
in leticia. Gloꝛia patri et filio et ſpũi
ſancto. Gloꝛia in excelſis. Colla.

Deus qui hodierna die vni
genitum tuum mirabili-
ter trãſfoꝛmatũ celitus vtriuſqꝫ
teſtamẽti patribus reuelaſti: da
nobis queſumus beneplacitis ti-
bi actibus ad eius ſemper cõtem
plandam pertingere gloꝛiam: in
quo tue paternitati optime com-
placuiſſe teſtatus es. Per eundẽ
dominũ. ¶ Lectio epiſtole beati
petri apoſtoli. ſecunde. j.

Chariſſimi. Non indoctas
fabulas ſecuti notam faci
mus vobis domini nr̃i ieſu chꝛi-
ſti virtutem / ⁊ pꝛeſcientiã: ſed ſpe
culatoꝛes facti illius magnitudi-
nis. Accipiens enim a deo patre /
honoꝛẽ et gloꝛiam: voce delapſa
ad eum huiuſcemodi a magnifi-
ca gloꝛia. Hic eſt filius meus dile-
ctus in quo mihi bene complacui
ipſum audite. Et hanc vocẽ nos
audiuimus de celo allatam: cum
eſſemus cum ipſo in monte ſan-
cto. Et habemus firmioꝛem pꝛo-
pheticum ſermonẽ: cui benefaci-
tis attendẽtes quaſi lucerne lucẽ
ti in caliginoſo loco: donec dies il
luceſcat et lucifer oꝛiatur in coꝛdi
bus veſtris Grad. Speciosus foꝛ
ma pꝛe filiis hominũ: diffuſa eſt gra
tia in labiis tuis. Vꝰ. Eructauit coꝛ
meum verbum bonũ / dico ego ope-
ra mea regi. lĩgua mea calamus ſcri
be / velociter ſcribentis. Alla. Vꝰ.
Dies ſanctificatus illuxit nobis: ve
nite gẽtes et adoꝛate dñm: quia ho-
die deſcẽdit lux magna ſuper terrã.

Laudes deo dicat Sequẽ.
per omnia voce iubila ma
ter noſtra eccleſia. Pꝛo elapſa ce
litus / ad nos voce diuinitus: ma
gnifica gloꝛia. Hic eſt meus fili-
us / in quo mihi ſum placidus: ip
ſi ſemper gloꝛia. Audiẽtes itaqꝫ
percuſſi ſunt verbere: ab hac luce
celica. Dum cadit in facies / per
timeſcat acies: hec plebs apoſtoli
ca. Donec eos tetigit / ſaluatoꝛ
eius et inquit metu iam depoſito
nulla ſit anguſtia Leuauerunt
oculos / non vidẽtes aliquos: pꝛe-
ter quem et antea: quiſquis vidit

talia. Petrus tractat quod affe-
ctat: ipſi clamat quem cor amat/
ieſum ſuper omnia. Extat bo-
num nos hic eſſe: faciamus inde-
feſſe/ tria tabernacula Tibi vnū
ieſu domīe: faciamus eis ſimile/
moyſi cum helya. Nos delectat
cōmorari: vobis ſemper famula
ri/ in hac luce celica. Hec ne mun
do intimetis: rogo geſta que vide
tis/ donec filius hominis: mortis
dirumpat vincula. Morte victa
reuelētur/ et a vobis predicentur
hec q̄ vidiſtis gaudia/ de voce pa-
tris cognita. Deprecemur ergo
chriſtū/ vt et nos ad montē iſtum
cito ducat et oſtendat/ que ſint ve
ra gaudia. Vt cum petro cōmo
rari/ et patribus conregnari: tri-
nitatē ſpeculari: poſſimus per ſe-
cula. Amen dicant omnia.

¶ Secundū Marcum. ix.



In illo tēpore: Aſſūpſit ieſus petrum et iacobū/ et iohannē fratrem eius: et duxit illos in montem excelſum ſeorſum: et tranſfiguratus eſt ante eos. Et reſplēduit facies eius ſicut ſol: veſtimēta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuit illis moyſes et helyas: cum eo loquentes. Reſpondens autem petrus dixit ad ieſum. Domine: bonū eſt nos hic eſſe. Si vis: faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnum/ moyſi vnum: et helye vnum. Adhuc eo loquēte: ecce nubes lucida obūbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic eſt filius meus dilectus in quo michi bene complacui: ipſum audite. Et audiētes diſcipuli: ceciderunt in faciem ſuam: et timuerūt valde. Et acceſſit ieſus et tetigit eos. Dixitq; eis. Surgite: et nolite timere. Leuantes autem oculos ſuos: neminē viderūt niſi ſolum ieſum. Et deſcendentibus illis de mōte: precepit illis ieſus dicens. Nemini dixeritis viſionem: donec filius hominis: a mortuis reſurgat. Credo. Offer.

Intonuit de celo dominus/ et altiſſimus dedit vocem ſuam: et apparuerunt fōtes aquarū alleluya. Secre

Suſcipe q̄s domīe munera que pro glorioſa filij tui trāſfiguratione deferimus: et concede propicius: vt per hec a temporalibus liberemur incōmodis: et gaudijs cōnectamur eternis. P.

Prefatio de trini. Cōto. In ſplēdoribus ſanctorū/ ex vtero ante luciferum genui te. Complenda.

Deus qui nos īcarnati verbi tui tranſfiguratione: tueq; ad eum miſſa paternitatis voce letificas: tribue q̄s: vt diuinis paſti myſterijs in eius mereamur membra transferri: qui hec in ſui memoriam fieri precepit ieſus chriſtus filius tuꝰ dominus deus noſter. Qui tecum viuit.

¶ Donati martyris. Collecta

Deus tuorum gloria ſacerdotum: preſta q̄ſumus vt ſācti donati martyris tui atq; pōtificis: cuius feſta gerimus: auxilium ſentiamus. Per dominū.

¶ Eodē die de ſctā afra. Collecta

INtercesſio nos q̄ſumus domine ſancte afre martyris tue letificet: que et in confesſione et ignis concrematione tibi placere meruit. Per dominū. Secreta

REſpice q̄s domine populū tuum ad tua ſacramenta currentē: et preſentem ſolennitatem ſancti donati martyris recolentem: vt quod ſinguli in honorem tui nominis detulerunt/ cunctis profit ad veniam. Per dn̄m.

De ſancta afra. Alia ſecreta.

SAcrificiū domine quod deſignanter offerimus: gratum tibi beata afra ſuffragatrix efficiat. Per dn̄m. Complenda.

OMnipotens et miſericors deus: qui nos ſacramentorum tuorū et participes efficis et miniſtros: preſta q̄s: vt intercedēte beato donato martyre tuo atq; pontifice: et fidei proficiamus augmento: et beatitudinis iungamur conſortio. Per dominū.

Alia complenda de ſancta afra.

BEate afre martyris tue domine queſumus ſuffragiis exoratus: percepti ſacramenti tui/ nos virtute defende. Per d.

¶ Cyriaci martyris. Introitus.

TImete dominū omnes ſancti eius/ quoniā nichil deeſt timētibus eū: diuites eguerunt et eſurierūt/ inquirentes autem dn̄m/ non deficient omni bono. Ps. Benedicam dominū in omni tēpore: ſemper laus eius in ore meo Gloria pa. Collecta

DEus qui nos annua beati cyriaci martyris tui ſociorumq; eius ſolennitate letificas: cōcede propicius: vt quorum natalicia colimus: virtutem quoq; paſſionis imitemur. Per. Lectio libri ſapientie. Eccleſiaſtici. ij.

MEtuētes dominū ſuſtinete miſericordiā eius: et nō deflectat; ab illo ne cadatis. Qui timetis dominū credite illi: et nō euacuabitur merces veſtra. Qui timetis dn̄m ſperate in illum: et in oblectatione veniet vobis miſericordia. Qui timetis dominū/ diligite illum: et illuminabūtur corda veſtra. Reſpicite filij nationes hominū/ et ſcitote quia nullus ſperauit in dn̄o/ et confuſus eſt. Quis enim permanſit in mādatis eius/ et derelictus eſt? Aut quis inuocauit illum: et deſpexit eum? Quoniā pius et miſericors eſt: dominꝰ deus noſter. Gr. Timete dominū omnes ſācti eius: quoniam nichil deeſt timentibus eum. ℣. Inquirentes autem dn̄m: non deficient omni bono. Alla. ℣. Te martyrum candidatus laudat exercitus domine. Euāg. Nichil opertum. In cōi fo. iiij. Offr. Letamini in domino et exultate iuſti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

SUſcipe domie ſacrificium placationis & laudis quod nos interueniente ſancto cyriaco martyre tuo cū ſocijs ſuis et perducat ad veniam: et in perpetuā conſtituat gratiarū actionē. Per dominū noſtrū ieſum chriſtum.

Cōio. Signa eos qui in me credūt hec ſequentur: demonia eiicient/ ſuper egros manus imponent/ et bene habebunt. Complenda.

R Efecti participatione mu-
neris ſacri: q̄s dñe deus no
ſter: vt cuius exequimur cultum/
ſentiamus effectū. Per dominū.
¶ In vigilia laurētij. Introitus
D Iſperſit dedit paupe
rib⁹: iuſticia eius ma
net in ſeculum ſeculi:
cornu ei⁹ exaltabitur
in gloria. ps. Beatus
vir qui timet dñm: in mādatis eius
volet nimis. Gloria patri. Collecta
A Deſto domie ſupplicatio
nibus noſtris: et interceſ-
ſione beati laurētij martyris tui/
perpetuā nobis miſericordiā be-
nignus impēde. Per. Epla. Con
fitebor tibi domine rex. In cōi fo.
xiij. Grad. Diſperſit dedit paupe-
ribus: iuſticia eius manet in in ſecu-
lum ſeculi. ℣ Potens in terra erit ſe
men eius: generatio rectorum bene-
dicetur. Si fuerit dñica. Alla. ℣
Letabitur iuſtus in domio et ſpera
bit in eo: et laudabūtur omnes recti
corde. Euang. Si quis vult poſt
me venire. In cōi folio. iiij. Offr.
Oratio mea mūda eſt: et ideo peto
vt detur locus voci mee in celo: quia
ibi eſt iudex meus et conſcius meus/
in eternum aſcendat ad dominū de-
precatio mea. Secreta.
H Oſtias domie quas tibi of
ferimus propicius ſuſcipe
et intercedēte beato laurētio mar
tyre tuo/ vincula peccatorum no-
ſtrorū abſolue. Per. Cōio. Qui
vult venire poſt me: abneget ſemet-
ipſum et tollat crucē ſuam/ et ſequa-
tur me. Complenda.
D A q̄ſumus domine deus
noſter: vt ſicut beati laurē
tij martyris tui commemoratio-
ne temporali gratulamur officio
ita ꝑpetuo letemur aſpectu. Per.
¶ In die ſancto. Introitus.



C Onfeſſio et
pulchritudo
in cōſpectu
eius: ſancti
tas et ma-
gnificētia in ſanctifica-
tione eius. ps Cantate dño canticū
nouum: cantate domino omnis ter-
ra. Gloria patri. Collecta.
D A nobis q̄s oīps deus vici
orum noſtrorū flammas
extinguere: qui beato laurentio
martyri tuo: tribuiſti tormentor
ſuorum incendia ſuperare. Per.
Ad corinthios. ſecunde. ix.
F Ratres. Qui parce ſemi-
nat: parce et metet. Et qui
ſeminat in bñdictionibus: de be-
nedictiōibus et metet. Unuſq̄ſq
eni prout deſtiauit in corde ſuo:
non ex triſticia/ aut ex neceſſitate
Hylarē enim datorem: diligit de
us. Potens eſt autem deus: om-
nem gratiā habundare facere in
vobis: vt in omnibus ſēper om-
nem ſufficientiā habentes/ abun
detis in omne opus bonum ſicut
ſcriptum eſt. Diſperſit dedit pau
peribus: iuſticia eius manet in ſe
culum ſeculi. Qui autem ammi-
niſtrat ſemen ſeminanti: et panē
ad manducandum preſtabit. Et
multiplicabit ſemen veſtrū: et au
gebit incremēta frugum iuſticie
veſtre. Grad. Probaſti domie cor
meum: et viſitaſti nocte ℣ Igne me
examinaſti: et non eſt inuenta in me
iniquitas. Alla. ℣. Leuita laurē

tius bonum opus operatus eſt: qui
per ſignũ crucis cecos illuminauit/et
theſauros ecclie dedit pauperibus.
Laurenti dauid ma Seqñ
gni martyr/mileſqꝫ fortis
Tu imperatoris tribunal. Tu
manus tortorũ cruentas. Spre
uiſti: ſecutus deſiderabilem atqꝫ
manu fortẽ. Qui ſolꝰ potuit re=
gna ſupare tyrãni crudelis. Cu
iuſqꝫ ſanctos ſãguinis prodigos
facit amor milites eius. Nũmo
do illum liceat cernere diſpendio
vite preſẽtis. Ceſaris tu faces cõ
temnis: et iudicis minas derides
Carnifex vngulas et vſtor crati
culam vane conſumunt. Dolet
impius vrbis prefectus victus a
piſce aſſato chriſti cibo. Gaudet
domini conuiua fauo contreſur=
gendi/cum ipſo ſaciatus. O lau
renti militũ dauid iuictiſſime re=
gis eterni Apud illum ſeruulis
ipſius deprecare veniam ſemper
Martyr mileſqꝫ fortis. Euã. Ni
ſi granũ frumenti. In cõi fo. iij.
Offr. Confeſſio et pulchritudo in
conſpectu eius: ſanctitas et magnifi
centia in ſanctificatione eius. Secre
Accipe q̃s domie munera
dignanter oblata: et bea=
ti martyris laurentij ſuffragan=
tibus meritis ad nr̃e ſalutis auxi
lium prouenire cõcede. Per. Cõio
Qui michi miniſtrat me ſequatur:
et vbi ego ſũ illic et miniſter meꝰ erit
Preſta q̃ſumus Cõplenda
domie: vt ſemper nos bea
ti laurẽtij interceſſione letificẽt di
uina myſteria: que ſẽper eſſe non
deſinunt admiranda. Per dñm.
¶ Infra octauas. Collecta.

Excita domie in eccleſia tua
ſpiritũ/cui beatus lauren=
tius leuita ſeruiuit. vt eodem nos
replente ſtudeamus amare quod
amauit et opere exercere quod do
cuit. Per dñm. In vnita. eiuſdẽ.
Sacrificiũ noſtrũ Secreta.
tibi domine q̃ſumus beati
laurẽtij precatio ſancta conciliet:
vt cuius honore ſolẽniter exhibe=
tur: meritis efficiatur acceptum.
Per dominũ noſtrũ. Cõplenda.
Supplices te rogamus om=
nipotens deus: vt quos do
nis celeſtibus ſatiaſti: interceden
te beato laurẽtio martyre tuo per
petua protectione cuſtodias. Per
¶ Tyburtij marty. Introitus.
Iuſtus vt palma flore
bit/ ſicut cedrus liba=
ni multiplicabitur plã
tatus in domo domi=
ni i atrijs domus dei
noſtri. Ps. Bonum eſt confiteri do=
mino: et pſallere nomini tuo altiſſi=
me. Gloria patri et filio. Collecta.
Beati tyburtij nos domine
foueant continuata preſi=
dia: quia nõ deſinis propicius in
tueri: quos talibus auxilijs con=
ceſſeris adiuuari. Per. Epla. Iu
ſtus ſi morte. In cõi fo. iij. Grad.
Iuſtus non cõturbabitur: quia do
minus firmat manum eius. V. To=
ta die miſeretur et cõmodat: et ſemẽ
eius in benedictione erit. Alla. V.
Letabitur iuſtus in dño et ſperabit
in eo: et laudabũtur omnes recti cor=
de. Euãge. Nemo accendit lucer=
nam. In cõi fo. x. Offr. In vir=
tute tua domine letabitur iuſtus: et
ſuper ſalutare tuũ exultabit vehemẽ

ter: deſideriū anime eius tribuiſti ei. Adeſto domine precibus popl'i tui/adeſto muneribus vt que ſacris ſunt oblata myſterijs: tuorū tibi placeant interceſſione ſanctorū. Per. Coio Poſuiſti domine in capite eius: coronam de lapide precioſo. Cōplenda. Sumpſimus domine pign᷒ redēptionis eterne: ſit nobis q̄s interueniente beato tyburcio martyre tuo/vite preſētis auxilium pariter et future. Per do.

¶ Ipoliti et ſociorū eius. Intro. Iuſti epulentur et exultēt in cōſpectu dei: et delectentur in leticia. ps. Exurgat deus et diſſipētur inimici ei᷒: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Gloria patri et filio. Collecta Da nobis q̄s omnipotēs deus: vt beati ipoliti martyris tui et ſociorū eius veneranda ſolennitas: et deuotionem nobis augeat et ſalutem. Per d. Epl'a. Rememoramini. In cōi folio vſ. Grad. Iuſtorum anime in manu dei ſunt: et non tanget illos tormentum malicie. V. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace. Alleluya. V. Iuſti epulentur et exultent in conſpectu dei et delectētur in leticia. Sequentia

Martyris ipoliti patroni/feſta colamus. A quo laurentius beatus cuſtodie mācipatus ſue ſtrictus eſt vinculis. Qui cuiuſdā captiuati gemitu lumine priuati/viſum dedit oculis. Ipolitus adhuc pagan᷒ hoc viſo fit chriſtianus: vanis relictis idolis. In catholica iformatus lege poſt hec baptizatus/adheſit chriſticolis. Poſtq̄ corpus ſepeliuit laurentij: tūc introiuit domū ſuam propriam. Dedit ſeruis ⁊ ancillis pacem magnis et puſillis/cōmunicans familiā. Militibus ergo vocatis/et pro eo deſtiatis: ad menſam ſedens capitur. Decius hunc captum vidēs/pretra dixit ſubridens: nunquid hic magus efficitur. Quo peracto ceſar verbis blādis inſtat et acerbis/miniſq̄ ipolito. Sed nec ceſaris tormēta/reuocant nec blandimēta: eum a propoſito. Nam quo magis tormentatur/eo magis inflāmatur: chriſti amoris incendio. Non timet temporalem mortem: vt eterne vite ſortē/poſſideat cum gaudio. Hic in morte iudicatus: et ad equos alligatus chriſto deo confeſſus eſt. Pro fide chriſti a paganis/inhoneſtis ac inſanis martyrium perpeſſus eſt. O martyr miles chriſti fortis hora incumbente mortis/armis tue potentie. In nos orphanos intende: et ab inſidijs defende: vt tus eſt militie. O glorioſe chriſti miles: nos ſeruos ſalua licet viles/ab inferi miſeria. Vt nos celum introire poſſimus: tibiq̄ ſeruire/in celeſti curia. Et licet immeriti: faciem chriſti videamus. Amen. Euange. Attendite a fermento. In cōi fo. iiij. Offr. Anima noſtra ſicut paſſer/erepta eſt de laqueo venantiū: laqueus contritus eſt et nos liberati ſumus. Secreta. Reſpice domine munera populi tui ſanctorū feſtiuita

te votiua et tue teſtificatio verita
tis nobis proficiat ad ſalutẽ. Per
Cõio. Dico autem vobis amicis
meis: ne terreamini ab hiis qui vos
perſequuntur. Complenda.
SAcramentorũ tuorum do-
mine communio ſumpta
nos ſaluet et in tue veritatis luce
confirmet. Per dominũ noſtrũ.
¶ In vigilia aſſumptionis vir-
ginis Marie. Introitus.



Alue ſancta pa
rens enixa pu-
erpera regẽ qui
celũ terraq̃ re-
git/in ſecula ſe-
culorũ. ps. Quia
cõcupiuit rex ſpe
ciem tuã: quoniam ipſe eſt dominus
deus tuus et adorabũt eũ. Collecta
DEus qui virginalem au-
lam beate marie ĩ qua ha
bitares eligere dignatus es: q̃ſu-
mus vt ſua nos defẽſione muni-
tos: iocundos faciat ſue intereſſe
feſtiuitati. Qui. Eodẽ die ſancto-
rũ euſebij et werenfridi. Collecta
DEus qui nos beatorũ con-
feſſorum tuorum euſebij
et Werenfridi annua ſolennitate
letificas: cõcede propicius: vt quo
rum natalicia colimus: per eorũ
ad te exẽpla gradiamur. Per do.
minũ noſtrũ. Epła. Sapientia
laudabit. In cõi folio. xiij. Grad
Benedicta et venerabilis es virgo
maria: que ſine tactu pudoris/inuẽ-
ta es mater ſaluatoris. ṽ. Virgo dei
genitrix / quem totus non capit or-
bis in tua ſe clauſit viſcera factus ho
mo. Si fuerit dñica. Alleluya.
O conſolatrix. vt in octa. vel Alle
luya. ṽ. Adducentur regi virgines
poſt eam: proxime eius offerentur ti
bi in leticia. Euangeliũ. Extollens
vocem quedam mulier. In cõi fo
lio. xxii. Offertorium. Beata es
virgo maria que dominum portaſti
creatorem mundi: genuiſti qui te fe-
cit/et in eternum permanes virgo.
MUnera noſtra dñe Secre.
apud clementiam tuam
dei genitricis commendet oratio
quã idcirco de preſenti ſeculo trãſ
tuliſti vt pro peccatis noſtris apũ
te fiducialius intercedat. Alia ſe
creta de ſãctis euſebio et werẽfri.
LAudis tue domĩe hoſtias
immolamus in tuorũ com
memoratione ſanctorũ: quibus
nos et preſentibus erui malis cõ-
fidimus et futuris. Per dominũ
Prefatio quotidiana. Cõio. Re
gina mundi et domina virgo maria
perpetua: intercede pro noſtra pace
et ſalute/que genuiſti chriſtum dñm
ſaluatorem omnium. Complenda
COncede miſericors deꝰ fra
gilitati noſtre preſidium:
vt qui ſancte dei genitricis requi
em celebramus: interceſſionis eiꝰ
auxilio: a noſtris iniquitatibus
reſurgamus. Per eundem dñm
Alia complenda de ſanctis euſe-
bio et werenfrido.
SAnctorum confeſſorũ tuo
rum euſebij et werenfridi
natalicia tuo munere celebrãtes/
ſupplices te domine deprecamur
vt huius myſterij perceptio: no-
bis ſemper indulgentie cauſa ſit
et ſalutis. Per dominũ noſtrum
ieſum chriſtum filium tuũ. Qui
tecum viuit et regnat in vni. ꝛc.

# Aſſūptio beate marie. xv. augu.



In die ſancto. Introitus.

Gaudeamus om̄s in domino diem feſtum celebꝛantes in honoꝛe marie virginis de cuius aſſumptione gaudent angeli/ ⁊ collaudant filium dei. ℣. Exaltata es ſancta dei genitrix: ſuper choꝛos angeloꝛum ad celeſtia regna. Gloꝛia patri. Collecta.

Veneranda nobis domine huius diei feſtiuitas opē conferat ſempiternā: in qua ſancta dei genitrix moꝛtē ſubijt tempoꝛalem: nec tamen moꝛtis nexibus depꝛimi potuit: que filiū tuum dominū noſtrū de ſe genuit incarnatum. Qui tecum viuit.

Infra octauas. Collecta.

Famuloꝛū tuoꝛum q̄s domine deus delictis ignoſce vt qui tibi de actibus noſtris placere non valemus: genitricis filij tui domini noſtri interceſſiōe ſaluemur. Per eundem. Lectio libri ſapientie. Eccleſiaſtici xxiiij.

In oībus requiē queſiui: et in hereditate dn̄i moꝛabor. Tunc pꝛecepit et dixit michi creatoꝛ omniū: et qui creauit me/ requieuit in tabernaculo meo. Et dixit michi. In iacob inhabita: et in iſrael hereditare: et in electis meis mitte radices. Et ſic in ſyō firmata ſū ⁊ in ciuitate ſc̄tificata ſimiliter requieui: ⁊ in hieruſalē poteſtas mea. Et radicaui in populo honoꝛificato: et in partes dei mei hereditas illius: et in plenitudīe ſanctoꝛū detentio mea. Quaſi cedꝛus exaltata ſum in libano: et quaſi cipꝛeſſus in mōte ſyō. Quaſi palma exaltata ſum in cades: et quaſi plantatio roſe in hierico. Quaſi oliua ſpecioſa in cāpis: et quaſi platanus exaltata ſū iuxta aquā in plateis. Sicut cynamomū et balſamū aromatizās/ odorē dedi. Quaſi myꝛra electa: dedi ſuauitatē odoꝛis. Grad. Pꝛopter veritatē et manſuetudinē et iuſticiā et deducet te mirabiliter dextera tua ℣. Audi filia et vide et inclina aurē tuam quia concupiuit rex ſpeciem tuam. Alleluya. ℣. Aſſūpta eſt maria in celum gaudent angeli: laudantes benedicunt dn̄m. ¶ In octaua. Alleluya. ℣. O cōſolatrix pauperum maria tuis pꝛecibus auge tuorū numerū in charitate chꝛiſti: quos tu de moꝛtis manibus/ per filiū humilium mater eripuiſti. Sequētia.

Congaudēt angeloꝛū choꝛi glorioſe virgini Que ſine virili/ commixtione genuit. Fi-

liū qui ſuo mundū / cruore medi=
cat Nam ipſa letatur ꝙ celi iam
conſpicatꝰ principē. In terris cui
quondā ſugendas / virgo māmil
las prebuit. Quā celebris ange
lis maria ieſu mater creditꝰ Qui
filij illius / debitos ſe cognoſcunt
famulos. Qua glia in celis iſta
virgo colitur que dño celi prebuit
hoſpitiū / ſui ſanctiſſimi corporis
Quam ſplēdida polo ſtella ma
ris rutilat que oim lumen aſtro=
rū et hoim / atqꝫ ſpirituū genuit.
Te celi regina hec plebecula: pi=
is concelebrat mētibus. Te can
tu melodo ſuper ethera vna cum
āgelis eleuat. Te libri virgo cō=
cinnūt pphetarū / chorus iubilat
ſacerdotū / apoſtoli chriſticqꝫ mar=
tyres predicāt. Te plebis ſexus
ſequitur vtriuſqꝫ / vitam diligēs
virginalē / celicolas in caſtimōia
emulans. Diuiſio. Eccleſia er=
go cuncta te cordibus / atqꝫ carmi
nibus venerans. Tibi ſuā ma=
nifeſtat deuotionē: precatu te ſup
plici implorans maria. Ut ſibi
auxilium circa chriſtum dominū
eſſe digneris per euum. Amen.

¶ Secundum Lucam. x.

In illo tempore Intrauit ie
ſus in quoddam caſtellū: &
mulier quedā martha noie / exce=
pit illū in domū ſuā. Et huic erat
ſoror noie maria: que etiā ſedens
ſecus pedes dñi / audiebat verbū
illius. Martha autē ſatagebat:
circa frequēs miniſteriū. Que ſte
tit et ait. Dñe: non eſt tibi cure / ꝙ
ſoror mea reliquit me ſolā mini=
ſtrare. Dic ergo illi: vt me adiu=
uet. Et reſpondens dixit illi dñs.
Martha martha ſollicita es: et
turbaris erga plurima. Porro:
vnum eſt neceſſariū. Maria opti
mā partē elegit: que nō auferetur
ab ea. Credo dr per octa. Offr.
Diffuſa eſt gratia ī labiis tuis: pro
pterea benedixit te deus in eternum
et in ſeculum ſeculi. Secreta.

Interceſſio q̄s domine bea
te marie ſemper virginis
mūera noſtra tibi cōmendet: noſ
qꝫ in eius veneratione / tue maie=
ſtati reddat acceptos. Per. Prefa
tio. Et te in aſſūptione / dr per oc
tauas. Cōio. Dilexiſti iuſticiam
et odiſti iniquitatem: propterea vn
xit te deus deus tuus. Cōplenda.

Menſe celeſtis participes ef
fecti: imploramus clemē
tiam tuā domine deus noſter: vt
qui feſta beate marie dei genitri=
cis colimus: a cunctis malis im=
minētibus eius interceſſionibus
liberemur. Per dñm. ¶ Arnul
phi cōfeſſoris. Miſſa de aſſūptio
ne. Infra oct. Alleluya. v. Poſt
partum Verſus de ſequētia. Eccle
ſia ergo cuncta. ¶ Dñica infra
octauas. Sequētia. Aue maria
Quere in cōi folio xxiij. Collecta.

Deus qui beatū arnulphū
confeſſorē tuum atqꝫ pon=
tificem doctorem precipuū catho
liceqꝫ fidei predicatorē eligere di=
gnatus es: preſta q̄ſumus: ipſo
pro nobis intercedēte a peccatorū
noſtrorū maculis nos exui: et ti=
bi domino ſinceris mentibus de=
SAcerdotẽ chriſti Sequẽtia martinũ/ cũcta per orbem canat eccl'ia: pacis catholice. Atq̄ illius nomen/ omnis hereticus fugiat pallidus. Pannonia letetur genitrix talis filij. Italia exultet/ alitrix tanti iuuenis. Et gallie trina diuiſio/ ſacro certet litigio cuius eſſe debeat p̄ſul. Sed pariter habere ſe patrem omnes gaudeãt: turoni ſoli eius corpus foueant. Huic francorũ atq̄ germanie plebs oĩs paludat. Quibus videndũ inuexit dominũ/ in ſua veſte. Hic celebris eſt egypti partibus/ grecie cunctis quoq̄ ſapiẽtibus. Qui impares ſe martini meritis ſentiũt/ atq̄ eius medicamini. Nam febres cedat/ demoneſq̄ fugat: paralitica membra glutinat. Et mortuorũ ſua prece triũ: reddit corpora vite priſtine. Hic ritus ſacrilegos deſtruit: et ad chriſti gloriam/ dat ignibus idola. Hic nudis myſteria brachijs conficens preditus eſt celeſti lumine. Hic oculis ac manibus in celum et totis viribus ſuſpenſus/ terrena cuncta reſpuit. Cuius ori nunq̄ chriſtus abfuit/ ſiue iuſticia vel quicquid ad verã vitam p̄tinet. Diuiſio. Igitur te cuncti poſcimus o martine/ vt qui multa mira hic oſtẽdiſti Etiam de celo gratiam chriſti nobis ſupplicatu tuo ſemper infundas Amen. Euãg. Sint lumbi veſtri precincti. In cõi folio ix. Credo. hac die cãtatur: ſed non infra octa. nec in octa. niſi in dñica. Offr. Ueritas mea et miſericordia mea cum ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

DA miſericors deus: vt hec nos ſalutaris oblatio: et a proprijs reatibus: indeſinẽter expediat & ab omnibus tueatur aduerſis. Alia ſecreta beati Menne

BEati mẽne martyris tui ſolennia recenſentes/ queſumus domine: vt eius auxilio tua beneficia capiamus: pro quo tibi hoſtias laudis offerimus. Per d. Cõio. Sint lumbi veſtri precincti: et lucerne ardẽtes in manibus vr̃is.

TUa ſancta domine Cõplenda ſumentes ſuppliciter deprecamur: vt cuius veneramur cõfeſſionem/ preſidia ſentiamus. Per dñm noſtrũ ieſũ xp̃m.

Alia complenda beati Menne.

BEnedictio tua deus impleat corda fideliũ: taleſq̄ perficiat qui et martyrum honorificent paſſiones: et remedia ſalu-

tis eterne eiſdē patrocinantibus aſſequantur. Per. ¶ Nota infra octauas particula ſequentie cantatur. Igitur te cuncti poſcimus

¶ Lebuini cõfeſſoris. Introitus

Os iuſti meditabitur ſapiētiam / et lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipſiꝰ. ps. Noli emulari in malignātibus neqꝫ zelaueris faciētes iniquitatē. Gloria pri. Coll.

Deus qui nos annua beati lebuini cõfeſſoris tui feſtiuitate letificas: da nobis eius interuenientibus meritis: et perpetua protectione muniri: et ſalutari gaudere profectu. Per. Secunda Collecta per totā octa. de ſancto martino. Concede q̄ſumus. vt in octa. Epla. Iuſtus cor ſuū. In cõi fol. viij. Grad. Domine preueniſti eū in bn̄dictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius / coronā de lapide precioſo. vꝰ. Vitam petiit et tribuiſti: ei longitudinē dierū in ſeculum ſeculi. Alla. v. Martinus epiſcopus migrauit a ſeculo viuit in chriſto gēma ſacerdotū. Euāge. Homo quidā peregre. In cõi fo. viij. Offer. Deſiderium anime eius tribuiſti ei dn̄e: et volūtate labiorū eius nō fraudaſti eū: poſuiſti in capite eiꝰ coronā de lapide precioſo. Secreta.

Donis celeſtibus da queſumus dn̄e libera nos mente ſeruire: vt munera que deferimus interueniēte beato lebuino confeſſore tuo: et medelam nobis operētur et gloriam. Per. Cõio. Domine quinqꝫ talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinqꝫ ſuperlucratus ſum: euge ſerue fidelis / quia in pauca fuiſti fidelis. ſupra multa te conſtituam / intra in gaudium domini tui

Repleti alimonia Cõplēda celeſti q̄s dn̄e: vt intercedēte beato lebuino cõfeſſore tuo: miſericordie tue gratiā conſequi mereamur. Per dominū noſtrum.

¶ Brictij epiſcopi. Introitus

Iuſtus vt palma florebit ſicut cedrus libāi multiplicabitur: plātatus in domo domini: in atrijs domus dei noſtri. ps. Bonum eſt confiteri domino: et pſallere nomini tuo altiſſime. Gloria patri et filio. Collecta

Queſumus omnipotēs deus: vt noſtra deuotio que natalicia beati brictij confeſſoris tui atqꝫ pōtificis veneratur et colit: p̄ſocinia nobis eius accumulet. Per. Epla. Dedit dn̄s confeſſionē. In cõi fo. x. Grad. Ecce ſacerdos magnus / qui in diebus ſuis placuit deo. v. Non eſt inuentus ſimilis illi qui cõſeruaret legem excelſi Alla. v. Statuit dn̄s beato martino teſtamentū eternum / ⁊ dedit illi ſacerdotiū magnū. Euāge. Nemo accēdit lucernā. In cõi fo. x. Offer. Inueni dauid ſeruū meū / et in oleo ſancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei / et brachium meū confortabit eum. Secreta.

Magnifica dn̄e beati brictij confeſſoris tui ſolennia recēſemus: que promptis cordibus ambientes / oblatis muneribus / et ſuſcipimus ⁊ celebramus. Per dn̄m. Cõio. Beatus ſeruus quem cum venerit dominus / inuenerit vi-

gilantẽ: amen dico vobis/ ſuper om
nia bona ſua conſtituet eũ. Cõplen
SAncta tua domie interue=
niente beato brictio confeſ
ſoꝛe tuo atq; pontifice nos refoue
ant: quibus et iugiter adiuuari:
et ſẽper deſideramus expleri Per
¶ In octa. beati martini epi. To
tum officiũ ſicut in die. Collecta.
COncede q̃s omnipotẽs de=
us: vt beati martini confeſ
ſoꝛis tui atq; pontificis frequen=
tata ſolennitas: ad perpetuã no=
bis pꝛoficiat ſalutem: et quem ſe=
pius veneramur i terris: ſemper
habeamus patronũ in celis. Per
HEc oblatio q̃ſu= Secreta.
mus domine quam itera=
ta beati martini cõfeſſoꝛis tui at=
q; pontificis feſtiuitate tue offeri
mus maieſtati nobis pꝛoſit ad in
dulgẽtiam: vt per eam a noſtris
liberemur peccatis/ et ſacris alta
ribus aſtare digni efficiamur. P
SAcramenta do Cõplenda
mine que ſumpſimus bea
to martino confeſſoꝛe tuo atq; põ
tifice intercedente: ab omni nos
aduerſitate defendant: et perpe=
tua pꝛoſperitate tibi deo ſoli ſer=
uire concedant. Per dñm noſtrũ
¶ Elizabeth vidua. Introitus.
GAudeamus omẽs
in domio diem fe=
ſtum celebꝛantes:
i honoꝛe elizabeth
vidue: de cuius ſo=
lennitate gaudẽt
angeli/ et collaudant filium dei.
ps. Eructauit coꝛ meum verbũ bo=
num: dico ego opera mea regi. Glo=
ria patri et filio. Collecta.

TVoꝛum coꝛda fideliũ de=
us miſeratoꝛ illuſtra: ⁊ be
ate elizabeth pꝛecibus glorioſis/
fac nos pꝛoſpera mundi deſpice=
re: et celeſti ſemper conſolatione
gaudere. Per. Epla. Mulierem
foꝛtem. In cõi fo. xij. Grad. Au
di filia ⁊ vide et inclina aurem tuam
quia concupiuit rex ſpeciem tuam. v
Specie tua et pulchꝛitudine tua: in=
tẽde pꝛoſpere pꝛocede et regna. Al
leluya. v. O pia regũ filia felix alũ
na pauperũ chꝛiſto nos reconſilia eli
zabeth beata virtus tuoꝛum operũ
ad ſupernũ conſoꝛtiũ claret gl̃ficata
GAude ſyon q; Sequentia.
egreſſus a te decoꝛ ⁊ depꝛeſ
ſus tui fulgoꝛ ſpeculi Rediuiua
luce redit/ o et alpha quod accedit
iam in fine ſeculi. Poma pꝛima
pꝛimitiuos/ deus ſanctos adhuc
viuos/ vidit in cacumine. Vt ex
tremos addat pꝛimis/ q̃uis ſtan
tes nos in imis: ſuo viſit lumine
Sed pꝛe multis te reſpexit/ odoꝛ
tuus hunc allexit: et ſapoꝛ et pu=
ritas. Vt de regum ramis nata
iuſte vere ſis vocata: tu dei ſatu=
ritas. Gaudent aſtra matutina
q; in hoꝛa veſpertina: oꝛtu noui
ſyderis. Celi ſydus illuſtratur/
in quo terre deſignatur: noui ſi=
gnũ federis. Vere ſydus tu pꝛe=
clarum/ quod a ſole differt parũ:
et luna lucidius. Tu q; ſole ſis
amicta/ carne pꝛobat hic relicta:
lucis tue radius. O q̃ dignis lu
tes ſignis vaſa rapis a malignis
poſſeſſa demoniis. Lepꝛe mun=
das labe tactos/ claudos ponis et
contractos: in pedum officiis.
Quod negatum eſt nature/ tu

virtutis agis iure: et potes ex gra
tia. Uita functos tu reducis / ce
tis reddis membra lucis: et mem
brorum ſpacia. Eya mater nos
agnoſce / libro vite nos depoſce:
cum electis inſeri. Ut conſortes
tue ſortis / et a penis et a portis:
eruamur inferi. Amen.

¶ Secundū Marcum. xij.

In illo tempore. Sedēte ie
ſu contra gazophilacium:
aſpiciebat quomodo turba iacta
ret es in gazophilaciū. Et multi
diuites iactabāt multa. Cum ve
niſſet autem vna vidua pauper:
miſit duo minuta quod eſt qua
drans. Et conuocans diſcipulos
ſuos: ait illis. Amen dico vobis:
quoniā vidua hec pauper / plus
omnibus miſit: qui miſerunt in
gazophilacium. Omnes enim ex
eo quod abundabat illis miſerūt
hec vero de penuria ſua omnia
que habuit miſit: totum victum
ſuum. Offr. Filie regum in ho
nore tuo: aſtitit regina a dextris tu
is in veſtitu deaurato circūdata va
rietate. Secreta.

Munera domine noſtre de
uotionis offerimus: vt ti
bi grata nobis ſalutaria beate eli
zabeth pia ſupplicatione reddan
tur. Per Cōio. Diffuſa eſt gratia
in labiis tuis: propterea benedixit te
deus in eternum. Complenda.

Queſumus omnipotēs de
us vt quos ſalutaribus di
gnatus es erudire myſteriis: bea
te elizabeth interceſſio glorioſa ce
leſtibus reficiat alimētis. Per do
minū noſtrum ieſum chriſtum.

¶ Cecilie virginis. Introitus.



Loq̄bar de teſti
moniis tuis in
conſpectu regū
et non confūde
bar: et medita
bar in manda
tis tuis que di
xi nimis. Ps. Beati immaculati in
via: qui ambulāt in lege dñi. Gl'ia.

Deus qui nos annua Col.
beate cecilie martyris tue
ſolēnitate letificas: da vt quā ve
neramur officio: etiā pie cōuerſa
tionis ſequamur exemplo. Per.
Epl'a. Domine deus meus. In
cōi fo. xii. Grad. Audi filia et vide
et inclina aurem tuam: quia concu
piuit rex ſpeciē tuā. V. Specie tua et
pulchritudine tua: intende proſpere
procede et regna. All'a. V. Egregia
ſponſa chriſti implora pro nobis ad
dñm ieſum chriſtū. Euāge. Simi
le eſt regnū celorum decem virgi
nibus. In cōi fo. xi. Offr. Offe
rentur regi virgines poſt eam: proxi
me eius offerentur tibi. Secreta

Hec hoſtia domīe placatio
nis et laudis q̄ſumus in
teruenīente beata cecilia marty
re tua: nos tua propiciatione di
gnos ſemper efficiat. Per dñm.
Cōio. Confūdantur ſuperbi quia
iniuſte iniquitatem fecerunt in me:
ego autem in mandatis tuis exerce
bor in tuis iuſtificationibus / vt non
confundar. Complenda.

Satiaſti domīe familiā tuā
muneribus ſacris: eius q̄s
ſemper interuētione nos refoue:
cuius ſolennia celebramus. Per
dominū noſtrū ieſum chriſtum.

¶ Clementis pape. Introitus.

Dicit dominus ſermo nes mei quos dedi in os tuum non deficiēt de ore tuo adeſt enim nomē tuū et munera tua accepta erūt ſup altare meū. ps Dñe exaudi orationē meā: et clamor meus ad te veniat. Gloria pri.

Deus qui nos annua Col. beati clementis martyris tui atq pōtificis ſolēnitate letificas: cōcede propicius: vt cuius natalicia colimus: virtutem quoq paſſiōis imitemur. Per. Eodem die de ſancta Felicitate. Collecta

Preſta q̄s omnipotēs deus vt beate felicitatis martyris tue ſolēnia recenſentes: meritis ipſius protegamur et p̄cibus. Per. Ad ephesios. philippē iiij.

Fratres. Rogo vos chariſſimi et deſideratiſſimi gaudium meū et corona mea: ſic ſtate in dño chariſſimi. Euchodiā rogo/et ſinticen deprecor: idipſū ſapere in dño. Etiam rogo et te germane compar: adiuua illas que mecū laborauerūt in euāgelio cū clemēte et ceteris adiutoribus meis. Quorū noīa ſunt in libro vite Gr. Iurauit dñs et non penitebit eū: tu es ſacerdos in eternū ſcd̄m ordinē melchiſedech. ℣. Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis. Alla. ℣. Letabitur iuſtus in dño/et ſperabit in eo: et laudabūtur oēs recti corde. Euāg. Homo quidā nobilis. In cōi fo. v. Offr. Ueritas mea et miſericordia mea cum ipſo: et in nomie meo exaltabitur cornu eius. Secre.

Munera dñe oblata ſāctifica: et intercedēte beato clemente martyre tuo per hec nos a petōrū noſtrorū maculis emūda Alia ſecreta de ſancta Felicitate.

Uota populi tui dñe propiciatus intēde et quorum nos tribuis ſolēnia celebrare fac gaudere ſuffragijs. Per. Cōio. Beatus ſeruus quē cū venerit dñs iuenerit vigilantē: amen dico vobis ſuper oīa bona ſua cōſtituet eū. Cōpleda.

Corporis ſacri et precioſi ſanguinis repleti libamine q̄s domine deus noſter: vt quod pia deuotione gerimus: certa redemptione capiamus. Per dominū. Alia cōplenda de ſācta felicitate.

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt interuenientibus ſanctis tuis et tua in nobis dona multiplices: et tempora noſtra diſponas Per dominū

¶ Griſogoni marty. Introitus.

Iuſtus nō cōturbabitur/quia dñs firmat manū eius: tota die miſeretur et cōmodat et ſemen eius in bñdictione erit in eternū cōſeruabitur ps. Noli emulari in malignātibus: neq zelaueris facientes iniquitatē. Gloria patri et filio. Collecta.

Adeſto domie ſupplicatiōibus noſtris: vt qui ex iniquitate nr̄a reos nos eſſe cognoſcimus: beati griſogoni martyris tui interceſſiōe liberemur. P. Epla. Memor eſto. In cōi fo. iiij. Gr. Dñe preueniſti eū in bñdictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo. ℣. Uitā petiit et tribuiſti ei: lōgitudinē dierū in ſcl̄m ſeculi. Alla. ℣. Letabit

iuſtus in dño et ſperabit in eo: et lau
buntur omnes recti coꝛde. Euange.
Conuocata turba. In cõi fol. iiij.
Offr. Gloꝛia et honoꝛe coꝛonaſti
eum: et conſtituiſti eum ſuper opera
manuū tuarum domine. Secreta.
OBlatis q̃s dñe placare mu=
neribus: et intercedẽte bea=
to griſogono martyꝛe tuo / a cun=
ctis nos defẽde periculis. Per do.
Cõio. Poſuiſti dñe in capite eius:
coꝛonã de lapide pꝛecioſo. Cõplẽda
TUi domĩe perceptione ſa=
cramẽti: et a noſtris mun
demur occultis / et ab hoſtium li=
beremur inſidijs. Per dominū.
¶ Katherine virginis. Intro.



Gaudeamꝰ
oẽs in dño /
diem feſtū
celebꝛãtes:
ĩ honoꝛe ka
therine martyꝛis de cu
ius paſſione gaudẽt angeli / et col
laudãt filiū dei. Ps. Eructauit coꝛ
meū verbum bonum: dico ego ope=
ra mea regi. Gloꝛia patri Collecta.
DEus qui dediſti legẽ moy=
ſi in ſummitate mõtis ſy=
nai: et in eodem loco coꝛpus bea=
te katherine virginis ac marty=
ris tue per ſanctos angelos tuos
mirabiliter collocaſti: tribue q̃s:
vt eius meritis et interceſſiõe / ad
montem qui chꝛiſtus eſt perueni
re valeamus. Per eundẽ. Epĺa.
Confiteboꝛ tibi domĩe. In cõi fo.
riiij. Grad. Dilexiſti iuſticiã et odi
ſti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te
deus deus tuus oleo leticie. Alĺa.
℣. Ut roſa pꝛe ſpina pꝛefulget ſic ka
therina: inter virgineas celi matro=
na choꝛeas. Sequentia.
SAnctiſſime virginis voti=
ua feſta recolamus. Ue=
nerantes hanc diem pꝛeclarã oĩs
cõcinamus. Pꝛoferat hec concio
laudes ⁊ deuotio ſit ſincera. Cõ
crepet oꝛganicis / modulis et can=
ticis: laude digna. Hanc fuiſſe fi
liam / coſti regis vnicã: tradunt
ſcripta. Annis puerilibus / arti
bus ſophiſticis: fuit clara. Uur
bã philozophicã / vicit et rethoꝛi=
cã: diſputãdo. Hinc regina credi
dit / deos vanos reſpuit: venerari
Fit penalis machina: pereunt
ac milia: dū rotatur agmina / pa
ganoꝝ. Moꝛ pꝛiuatur capite / aſ
ſunt turbe celice: ſepelitur debite
ſyna monte. Oꝛa pꝛo populo /
pꝛecare pꝛo clero: martyꝛ chꝛiſti
katheria. Aſtantẽ populū / pꝛe=
cantẽ te clerū: foue rege per ſecu=
la katherina. Amẽ. Alia ſeq̃ntia
KAtherine virginis / vita fe
lix et finis: nr̃a ſpes et glo=
ria. Uicit mundi gaudia / regis
et cõſilia: cū ſūma victoꝛia. Pu=
ellaris actio / dolente maxẽtio / cõ=
ſolatur oĩa. Deos plures ſper=
nere / vnū deū colere: facta eſt pꝛe
nūcia Regni ſceptrū vnica / ſper
nens eſt ad celica: expectata gau
dia. Sophoꝝ verſuciã / vertit in
ſolertiã: hoꝛū dū oppoſita pꝛima
eſt intuita. Reginã in coſoꝛtiū /
trahit et poꝛphiriū: quos ab ido=
latria: eius lauit gratia Uirgis
ceſa ſtat illeſa dum toꝛquetur cõ=
fitetur: ieſum ſuper oĩa. Carce=
ratur cõfoꝛtatur / coꝛ puelle tu re=
pelle: qd̃ mens timet cõſcia. Ru
unt rei fracta rota / nutu dei ſtat

immota: operũ per merita. Spi
cularis poſt hec cuncta/ſtelle ma-
ris mox adiũcta: ſed honore ſub-
dita. Pugna regem qua viciſti/
lac in morte quod fudiſti: beata
nobis gaudia: fuderũt in eccleſia
Katherina ꝗ mons ſyna/te per
chorũ angelorũ: collegit cum glo
ria/mundũ replet leticia. Ergo
pia miſerere/hac in via nos tuere
creatori votũ chori/clemẽter cõſi-
lia. Qui cantamus hic iocunde/
te rogamus preces fũde: vt othe-
os omnes reos/mundet data ve-
nia. Amẽ dicant omnia. Euãg
Simile eſt regnũ celorũ decẽ vir.
In cõi fo. xi. Offr. Offerentur re
gi virgines proxime eius offerentur
tibi in leticia et exultatione/adducen
tur in templũ regi dño. Secreta.

Munera dñe ſacrificij preſẽ
tis que tibi offerimus i ho
nore ſãcte katherine virginis ac
martyris tue: fiãt nobis eius ꝗs
precibus/ vita perpetua: et te do-
nante ſalus infinita. Per domi-
nũ. Cõio. Diffuſa eſt gratia in la
biis tuis: propterea benedixit te de-
us in eternum. Complenda.

Sumptis domine ſalutis
eterne myſterijs ſupplici-
ter depcamur: vt ſicut liquor qui
de membris katherine virginis
martyriſqꝫ tue iugiter manat: lã
guidorum corpora ſanat ſic eius
oratio cunctas iniquitates nr̃as
expellat. Per dñm noſtrũ ieſum.

¶ Lini pape. Introitus.

Statuit ei dominus te-
ſtamentũ pacis/et prin
cipẽ fecit eum: vt ſit illi
ſacerdotij dignitas in
eternum. ps Miſericordias dñi: in
eternũ cãtabo. Gloria patri. Colla.

Beati lini martyris tui atqꝫ
põtificis nos domine foue
ant cõtinuata preſidia/quia non
deſinis propicius intueri quos ta
libus auxilijs cõceſſeris adiuua-
ri. Per dñm. Epl'a. Ecce ſacerdos
In cõi fo. ix. Grad. Domine pre-
uenisti eum in benedictionibus dul-
cedinis: poſuiſti in capite eius/ coro-
nam de lapide precioſo. V. Uitã pe-
tiit et tribuiſti ei: longitudinẽ dierũ
in ſeculum ſeculi. Alleluya. V. In
ueni dauid ſeruum meum: oleo ſan-
cto meo vnxi eum. Euãge. Homo
quidam nobilis. In cõi folio v.
Offr. Deſiderium anime eius tri
buiſti ei domine: et voluntate labio-
rum eius non fraudaſti eum: poſui-
ſti in capite eius / coronam de lapide
precioſo. Secreta.

Adeſto domĩe precibus po
puli tui adeſto mũeribus
vt que ſacris ſunt oblata myſte-
rijs: tuorum tibi placeant inter-
ceſſione ſanctorũ. Per dominũ.
Cõio. Domine quinqꝫ talenta tra
didiſti michi: ecce alia quinqꝫ ſuperlu
cratus ſum/ euge ſerue fidelis/ quia
in pauca fuiſti fidelis ſupra multa te
conſtituã: intra in gaudinm dñi tui.

Complenda.

Sumentibus
domĩe queſumus pignus
redemptionis eterne: ſit nobis in
teruenientibus beato lino martyre
tuo atqꝫ pontifice / vite preſentis
auxiliũ pariter et future. Per do-
minũ noſtrũ ieſum chriſtum. Ff.

¶ Finis ſanctoralis.

# Benedictio candelarũ in purifica.

¶ In purificatione beate marie virginis. Benedictio candelarũ.
Dominus vobiſcum. Oremus.

Exaudi qs domie plebẽ tuã et q̃ extrinſecus tribuis an nua deuotione venerari: iterius aſſequi gratie tue luce cõcede Per
℣. Precioſa in conſpectu domini Mors ſanctorum eius. Oratio.

Sancta maria mater domi ni noſtri ieſu chriſti pia et perpetua virgo cum oĩbus ſãctis itercedere digneris pro nobis mi ſeris peccatoribus ad dñm deum noſtrũ: vt mereamur ab eo adiu uari et exaudiri. Qui in trinitate perfecta viuit et regnat deus Per omnia ſcła ſeculorũ. Amẽ. Orõ.

Benedic dñe ieſu chriſte hãc creaturã cere ſupplicãtibꝰ nobis: et iſũde ei per virtutẽ ſan cte crucis bñ ✠ dictionẽ celeſtẽ/ vt qui eã ad repellẽdas tenebras hu mano generi tribuiſti talẽ ſigna culo ſancte crucis tue fortitudinẽ et bñ ✠ dictionẽ accipiat: vt in qui buſcunqꝫ locis accenſa ſiue poſita fuerit/ diſcedat diabolus et cõtre miſcat/ et fugiat pallidꝰ cũ oĩbus miniſtris ſuis de habitatiõibus illis/ nec pſumat amplius inquie tare vel illudere ſeruientes tibi. Qui cũ deo patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis et regnas deus. Per. Orõ.

Domine ſancte pater oĩpo tens eterne deus: qui cun cta ex nichilo creaſti: et iuſſu tuo per opera apum hunc liquorẽ ad perfectionẽ cerei venire feciſti: et qui hodierna die iuſti ſymeonis expectationẽ impleſti. te hũiliter depcamur: vt has candelas quas ad vſus hoĩm et neceſſitatẽ corpo rũ et animarũ venire tribuiſti: ſi ue in terra/ ſiue in aquis per inuo cationẽ tui ſãctiſſimi noĩs: et per interceſſionẽ ſctẽ marie ſẽper vir ginis cuius hodie feſta deuote ce lebrãtur: et per pces oĩm ſanctorũ tuorꝫ bñ ✠ dicere et ſcti ✠ ficare di gneris vt huius plebis tue q̃ illas honorifice in manibus deſiderãt portare teqꝫ canẽdo laudare exau dias voces de celo ſancto tuo et de ſede maieſtatis tue vt ꝓpicius ſis oĩbus clamantibus ad te quos re demiſti precioſo ſanguine filij tui Qui tecũ viuit et regnat. Oratio

Omĩps ſẽpiterne deus q̃ hodi erna die vnigenitũ tuũ vl nis ſãcti ſymeonis in tẽplo ſãcto tuo ſuſcipiẽdũ pſentaſti: tuã ſup plices depcamur clemẽtiã: vt has cãdelas quas nos famuli tui: in tui noĩs magnificẽtia ſuſcipiẽtes geſtare cupimus luce accenſas be ne ✠ dicere et ſãcti ✠ ficare digne ris atqꝫ luĩe ſuperne bñ ✠ dictiõis accendere: quatenus eas tibi dño deo offerẽdo digni: et ſancto igne tue dulciſſime caritatis accẽſi: in tẽplo ſãcto glorie tue repreſentari mereamur. Per eundem. Oratio

Domine ieſu chriſte lux ve ra que illuminas oẽm ho minẽ venientẽ in hũc mundũ: ef fũde ſuper hos cereos bñ ✠ dictio nẽ tuã et ſcti ✠ fica eos luĩe gratie tue et cõcede ꝓpicius: vt ſicut hec luiaria igne viſibili accẽſa noctur nas depellũt tenebras: ita corda nr̃a iuiſibili igne: id eſt ſpũs ſãcti ſplẽdore illuſtrata oĩm viciorũ ce citate careant: vt purgato mẽtis

oculo ea cernere poſſimus q̃ ſunt tibi placita: et noſtre ſaluti vtilia quatinus poſt huius ſeculi caliginoſa diſcrimina ad lucem indeficientē peruenire mereamur. Per te ieſu chriſte ſaluator mundi rex glorie. Qui in trinitate perfecta viuis et regnas deus. Prefatio.

Per omnia ſecula ſeculorū.

Dñs vobiſcū. Surſum corda.

Gratias agamus dño deo nr̃o.

Vere dignum et iuſtum ē equum et ſalutare. Nos tibi domino deo omnipotenti rerumq̃ oīm creatori laudes aſſiduas perſonare: et munificentie tue indefeſſas ſemper grates perſoluere. Qui inter ceteras mundane conditionis creaturas de liquore aereo per apum laborem cere precioſam ſubſtantiam fieri voluiſti. vt tibi inde debiti honoris famulatus exiſteret. et nobis vſus neceſſarius ꝑueniret. Proinde immenſā clementiam tu-

# Benedictio candelarū.

am domine ſuppliciter exo=
ramus vt ſuper has cādelas be
nedi✠ctiōis tue munꝰ infūdas
vt omnes eas in chriſti vice ma=
nibus portātes. eiuſdem tui ſa=
cri ſpiraminis gratia/ qua bea=
tus ſymeon repletus fuerat im
bui mereantur. qui hodierna
die vnigenitū tuū dn̄m noſtrū
ieſum chriſtū lumen eternum a

parētibus in templo preſentatū
in vlnas ſuas accepit / et reue=
lante ſpiritu ſancto: ita prophe=
tando benedixit. Nunc dimit=
tis ſeruum tuum domine: ſe=
cundum verbum tuum in pa=
ce. quia viderunt oculi mei ſa=
lutare tuū. Quod tibi eterno
patri ſanctoq; ſpiritui coeternū:
et coe quale viuit et regnat in



ſecula ſeculoꝝ. Amen. Colla.

OMnipotens ſempiterne deus qui per moyſen famulū tuū puriſſimū olei liquorē ad luminaria ante conſpectū tuum iugiter accendenda preparari iuſſiſti: benedi ✠ ctionis tue gratiam ſuper hos cereos benignus infūde: quatinus ſic amminiſtrent lumen exterius vt te donāte lumen ſpiritus ſācti noſtris nō deſit mētibus interius. Per dominū no.

¶ Tunc aſpergantur cerei aqua benedicta et thure adoleantur: et illuminentur/ et interim cantent ſequentē antiphonā. Antiphona

LUmen ad reuelationē gentium et gloriā plebis tue iſrael. ps. Nunc dimittis ſeruum tuū domine: ſcdm verbū tuum in pace. Et ad quēlibet verſum cantetur añ. predicta: et poſt hoc accipiant ſinguli cereos/ ꝛ interim cātent antiphonam ſequentem.

AUe grā plena dei genitrix virgo/ ex te enim ortus eſt ſol iuſticie illuminans que in tenebris ſunt/ letare et tu ſenior iuſte ſuſcipiens ieſum in vlnas liberatorē animarum noſtrarum donātem nobis vitam et reſurrectionē. Collecta.

OMnipotens ſempiterne deus: qui vnigenitum tuum ante tempora de te genitū: ſed tēporaliter ex maria virgine incarnatum: lumen verum et indeficiens ad repellēdas humani generis tenebras et ad incendendū lumen fidei et veritatis in mūdum miſiſti: concede propicius vt ſicut exterius luce materiali illuminamur: ita interius luce ſpirituali mereamur irradiari. Per eundē dominum. Antiphona

ADorna thalamū tuū ſyō et ſuſcipe regem chriſtum amplectere mariam que eſt celeſtis porta. ipſa enim portat regē glorie noui luminis ſubſiſtit virgo adducens manibus filiū ante luciferū quem accipiens ſymeon in vlnas ſuas predicauit populis dominum eum eſſe vite ꝛ mortis et ſaluatorem mundi. Rn.

Gaude maria virgo cunctas hereſes ſola interemiſti que gabrielis archāgeli dictis credidiſti. Dū virgo deum et hominē genuiſti. Et poſt partum virgo inuiolata permanſiſti. ℣. Gabrielem archāgelum credimus diuinitus te eſſe affatum vterum tuum de ſpiritu ſancto credimus impregnatum: erubeſcat ergo iudeus q̄ dicit chriſtum ex ioſeph ſemine eſſe natum Dum virgo deum. Gloria patri. Et poſt partum. Antiphona.

Reſponſū accepit ſymeon a ſpiritu ſancto nō viſurum ſe mortē donec videret chriſtum domini: ꝛ cum inducerent puerū in templū accepit eum in vlnas ſuas/ et benedixit deū/ et dixit: nunc dimittis dñe ſeruū tuum in pace. Añ.

Cū inducerent puerū ieſum parentes eius accepit eum ſymeō in vlnas ſuas/ et bñdixit deū dicens nunc dimittis domie ſeruum tuum in pace. ps. Benedictus. cum Gloria patri. Sicut. ℟. ℣. Benedictus q̄ venit in nomine dñi: deꝰ

# Benedictio palmarum.

dominus ⁊ illuxit nobis. Oratio

Domine ieſu chriſte fili dei viui: qui hodierna die in noſtre carnis ſubſtantia inter homines apparens a parentibus in tēplo es preſentatus quē ſymeon venerabilis ſenex lumīe ſpiritus tui irradiatus agnouit: ſuſcepit bn̄dixit: preſta queſumus: vt eiuſdem ſpiritus tui gratia illuminati atq; edocti te veraciter cognoſcamus: et fideliter diligamus. Qui cum deo patre in vnitate eiuſdez ſpiritus ſancti/viuis ⁊ regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Deinde cātatur antipho.

Hodie btā virgo maria puerum ieſum preſentauit in templū et ſymeon repletus ſpiritu ſancto / accepit eum vlnas ſuas et benedicit deum in eternum

¶ Sequitur miſſa Suſcepimus et cetera. ¶ Officia palmarū. Poſitis in medio ramiſ palmarū primo ſacerdos bn̄dicat ſal et aquā more cōſueto. Deinde cātetur añ ſequens. Ozanna filio dauid benedictus qui venit in nomine domini rex iſrael/oſanna in excelſis

Deus quē diligere Colla. et amare iuſticia eſt: ineffabilis gratie tue ī nobis dona multiplica: et qui in morte filij tui feciſti nos ſperare que credimus fac nos eodem reſurgente peruenire quo tendimus. Per eundem dominū noſtrum ieſum chriſtū filium tuum. ¶ Lectio libri exodi.

In diebus illis. Venerunt filij iſrael in helim vbi erāt duodecim fontes aquarū et ſeptuagita palme: et caſtrametati ſūt iuxta aquas. Profectiq; ſunt de helim/et venit omnis multitudo filiorū iſrael in deſertū ſyn: quod eſt inter helym et ſynai: quintodecimo die menſis ſecundi poſtq̄ egreſſi ſūt de terra egypti Et murmurauit vniuerſa multitudo filiorum iſrael contra moyſen et aaron in ſolitudine. Dixeruntq; ad eos filij iſrael. Utinā mortui eſſemus per manū domini in terra egypti: quando ſedebamus ſuper ollas carnium / et comedebamus panes in ſaturitate? Cur induxiſtis nos in deſertum iſtud vt occideretis omnem multitudinē fame? Dixit autem dominus ad moyſē. Ecce ego pluam vobis panes de celo. Egrediatur populus vt colligat que ſufficiant per ſingulos dies vt temptem eū vtrum ambulet in lege mea/an nō? Die autem ſexta parent quod inferāt vt ſit duplum q̄ colligere ſolebāt per ſingulos dies Dixerūtq; moyſes et aaron ad omnes filios iſrael Veſpere ſcietis q̄ dominus eduxerit vos de terra egypti: et mane videbitis gloriam domini Audiuimus enim murmur veſtrum contra dominū. Nos vero quid ſumus: quia muſitaſtis contra nos? Et ait moyſes. Dabit vobis dominus veſpere carnes edere: et mane panes in ſaturitate: eo q̄ audierit murmuratiōes veſtras quibus murmurati eſtis contra eum. Nos enim quid ſumus? Nec contra nos eſt murmur veſtrum: ſed contra dominum. Dixitq; moyſes ad aaron. Dic vniuerſe congregationi filiorū iſrael

Accedite coꝛam domino: audiuit enī murmur veſtrū. Cūqꝫ loqueretur aaron ad vniuerſū cetū filiorum iſrael: reſpexerūt ad ſolitudinē. Et ecce gloꝛia dñi apparuit in nube. ℟. Collegerunt pontifices et phariſei conſiliū / et dicebāt quid facimus q̄a hic homo multa ſigna facit: ſi dimittimus eum ſic / omnes credēt in eū: ne foꝛte veniant romani et tollant noſtrū locū et gentē. ℣. Vnus autē ex ipſis cayphas noīe cū eſſet pontifex anni illius pꝛophetauit dicens. expedit vobis: vt vnus moꝛiatur homo pꝛo populo / et non tota gens pereat: ab illo ergo die cogitauerūt interficere eū dicētes. Ne foꝛte

¶ Deinde legatur euange. cū ſalutatione ⁊ titulo vt ſeqtur. Dñs vobiſcū. In illo tempoꝛe. Cū appropinquaſſet ieſus hieroſolimis Require fol. j. in aduē. Lecto euāgelio dicatur Dñs vo. Oꝛemus.

Adeſto nobis q̄s omnipotens deus vt quod noſtro miniſtratur officio: tue benedictionis potius impleatur effectu. Per.

¶ Exoꝛciſmus palmarum.

Exoꝛciſo te creatura floꝛū et frondiū in nomīe patris ✠ omnipotētis: ⁊ in noīe ✠ ieſu chꝛiſti filij eius / et in virtute ✠ ſpirit⁹ ſancti: pꝛoinde oīs virtus aduerſarij omnis exercitus diaboli omnis poteſtas inimici omnis incurſio demonū. eradicare et explātare ab hac creatura floꝛum et frondium: vt ad dei gratiam feſtinantium veſtigia non ſequaris. Per virtutem eiuſdem dñi noſtri ieſu chꝛiſti. qui venturus eſt iudicare viuos et moꝛtuos / et ſeculum per ignem. Amen. Oꝛatio.

Domine ſācte pater omīps eterne deus: mūdi cōditoꝛ oīmqꝫ creaturarū mirabilis diſpoſitoꝛ: qui inter ipſa mundi pꝛimoꝛdia cum ex nichilo cuncta conderes: ligna quoqꝫ fructifera et diuerſo vſui cōgrua terrā ꝓducere iuſſiſti: et poſt maledictū interdicte arboꝛis vniuerſa nobis ꝑ obedientiā vnigeniti filij tui in bñdictionē cōuertiſti: bene ✠ dic etiam hos multigenarū arboꝛū ramos inter quas p̄cipue arboꝛ oliue pinguedine cūctas pꝛecellit: per quā etiā cum mundi crimina diluuio quondā expiarētur effuſo columba ramū eiuſdē deferens pacē terris redditā nūciauit: necnō innocens turba ſpū ſācto afflata: vnigenito tuo dño noſtro ieſu chꝛiſto pꝛo totius mundi ſalute paſſuro obuiā currens: palmarū ⁊ huius arboꝛis ramos abſcidens ac veſtigijs eius ſubſternens: iam quaſi triūphatoꝛē de moꝛtis pꝛīcipe oſtēdebat. Te dñe ſuppliciter depꝛecamur: vt qui annua deuotiōe eiuſdem redēptoꝛis nr̄i ſacratiſſimā paſſionē pꝛeuenire nitimur: ipſo adiuuāte palmā victoꝛie tenētes. atqꝫ oleo mīe intrinſecus refulgētes in eius ſctā reſurrectiōe ꝑmiū vite et īmoꝛtalitatꝭ coꝛonā accipere mereamur. Per eūd. eiuſdē. Oro.

Omnipotens ſēpiterne redēptoꝛ / q̄ de celis ad terrā deſcendere: et ad paſſionē volūtarie venire dignatus es: vt humanū genus tuo p̄cioſo ſanguine liberares: adeſto eccleſie tue votis et

ſupplicatiõibus noſtris. Tu enĩ dñe manſuetus manſueti azelli inſidens tergo ad paſſionẽ redẽ=ptionis noſtre ſpontaneus adue=niſti: cunqꝫ tibi cum ramis arbo=reis occurrẽtibus diſcipulorũ tur bis certatim ſterneretur via: et cũ triũphatricibus palmis et cũ vo=ce laudis occurrerẽt plurimorꝫ ca terue reſultãtes pariter et dicẽtes oſãna filio dauid benedictus qui venit in nomine dñi: tibi in mõte oliueti via cõſtrata eſt. Tu quon=dã noe in archa ſuper vndis dilu uij gubernaſti: et colũbe miniſte=rio per oliue ramũ pacẽ terris red ditã nunciare voluiſti. Sed et ia=cob patriarcha in miniſteriũ glo=rie tue erigens lapidẽ: ex huius ar boris ramis oleum bñdictionis/ in cacumine tituli infudit. Unde vnxiſti reges et prophetas tuos. Tu enim es chriſtus filius dei: ti=bi cõpetit fructus vnctionis et pa cis: in cuius ineffabilẽ laudẽ pſal miſta cecinit/dicens. Unxit te de=us deus tuus oleo exultatiõis pre participibus tuis Quapropter te domine ſupplices deprecamur vt benedi ✠ cas hos ramos palma=rum ſiue oliuarũ ceterarũqꝫ ar=borum. quos tui famuli i ſuis ſu=ſcipientes manibus in occurſum tui properare. teqꝫ benedicere et glorificare deſiderant. Ecce hieru ſalem ſedens ſuper azinã rex mã ſuetus aduenisti. Adueni ergo ro gamus et in nobis ꝫ in medio no ſtri conſiſte. vt te aduenire in cor=dibus noſtris ſentiamꝰ. Et quos tunc reparaſti per crucem iterum lapſos repara per eandem beati=

t.

ficam paſſionẽ. cordis noſtri confeſ=ſionem ac ieiunij humiliationẽ li bens ſuſcipe. et fructũ nos viridi=tatis habere cõcede: quatinus tu=is imbribus irrigati mereamur tibi ſuauium fructuum ſuauita=te placere. Et ſicut illi tibi proceſ=ſerunt obuiam cum arboreis frõ dibus egreſſi: ita nos te redeunte in ſecundo aduentu cum palmis victorie leti mereamur occurrere ſaluatori mundi. Qui cũ deo pa=tre in vnitate ſpiritus ſãcti viuis et regnas deus. Prefatio.



Per omnia ſecula ſeculorũ.



Dominus vobiſcũ. Surſum



corda. Gratias agamus do=



mino deo noſtro.



Vere dignum et iuſtum eſt



equum et ſalutare. Te domine



inter cetera mirabiliũ tuorum

# Benedictio palmarū.



# Bñdictio palmarũ.

quotidie per lauacrum baptiſ-
matis eccleſia procreatur. et no
ſtra delentur peccata. Hec eſt
tua dñe plantatio bona valde
et tu es reſurrectio et vita mor-
tuorũ qui quatriduanũ lazarũ
reſuſcitaſti a mortuis. Pro-
pterea et turba cum ramis pal-
marũ obuians tibi clamabat.
Oſanna benedictus qui venit
in nomine domini rex iſrael.
Quapropter q̃ſumus clementiã
tuã dñe / vt nos famulos tuos
qui huius rei gratiã et fidẽ veri
tatis percepimus eruas de ore
inferni / et adiutoriũ gratie tue
nobis retribuere digneris / vt
iuſte et pie ſancteq̄ viuentes cũ
electis et ſanctis tuis facias ha-
bere conſortiũ. Per dominum



noſtrū ieſum chꝛiſtū filiū tuum



qui tecū viuit et regnat in vni-



tate ſpiritus ſancti deus. Per



omnia ſecla ſeculoꝝ. Amē. Oꝛo

Deus qui filiū tuū ieſū chꝛiſtum dn̄m noſtrū pꝛo ſalute noſtra in hunc mundū miſiſti. vt ſe humiliaret ad nos. & nos reuocaret ad te: cui etiā dum hieroſolimā veniret: vt adimpleret ſcripturas credentiū populoꝛum turba fideliſſima deuotione veſtimenta ſua cum ramis palmarū in via ſternebat: pꝛeſta q̄ſumus: vt illi fidei viā pparemus de qua remoto lapide offēſionis et petra ſcandali frondeāt apud te opera noſtra iuſticie ramis vt eius veſtigia ſequi mereamur. Per eundē.

¶ Hic aſpergatur aqua benedicta: deinde cantatur hec oꝛatio.

Omnipotēs genitoꝛ q̄ vnigenitū tuū ab hierico mōteꝙ oliueti ad hieruſalem duxiſti cui turba mirabiliter occurrit/aliȷ̄ veſtimenta ſua ſternentes. aliȷ̄ ramos de arboꝛibus cedētes oliuaꝝ aliȷ̄ palmas in manibus ſuis deferētes. te obnixis pꝛecibus humiliter depꝛecamur vt hec germina arboꝛū ita ſancti ✠ ficare digneris: vt hec loca vbi depoꝛtata fuerint ſanctificata efficiantur. quo omnis iniqtas ſeu illuſio demonum abſcedat: & tua nos dextera ſemper pꝛotegere dignetur. Per eundē. Tunc cantetur añ. et ſinguli accipiant palmas. Añ.

Pueri hebꝛeoꝛū tollentes ramos oliuarū obuiauerūt dn̄o/clamātes et dicētes. oſanna in excelſis. Añ. Pueri hebꝛeoꝛū veſtimenta pꝛoſternebant in via: et clamabant dicentes/oſanna filio dauid benedictus qui venit in nomine domini. Oꝛatio.

Omnipotens ſēpiterne deus qui dn̄m noſtrū ieſum chꝛiſtuz hodierna die azimoꝛū ſuper pullum azine ſedere feciſti: et turbas populoꝛū veſtimenta vel ramos arboꝛū in via ſternere: & oſāna decātare in laudē ipſius docuiſti: da q̄s: vt illoꝛū innocentiā imitari poſſimus/et eoꝛum meritū conſequi mereamur. Per eundē.

Tunc exeūdo eccleſiā vadāt cantātes antiphonas ſequētes. Añ.

Cum appꝛopinquaret dn̄s hieroſolimā miſit duos de diſcipulis ſuis dicens/ite in caſtellum quod e contra vos eſt/et inuenietis pullum azine alligatū ſuper quē nullus hominū ſedit: ſoluite et adducite michi: ſi quis vos interrogauerit/dicite quia opus domini eſt/ſoluētes adduxerunt ad ieſum/et impoſuerunt ſibi veſtimenta/et ſedit ſuper eū: aliȷ̄ expandebāt veſtimenta ſua in via: aliȷ̄ ramos de arboꝛibus externebāt et qui ſequebātur clamabant

# Benedictio palmarũ.

oſanna bñdictus qui venit in nomine dñi benedictũ regnũ patris noſtri dauid/ oſãna in excelſis miſerere nobis fili dauid. Antipho.

Ante ſex dies ſolennis paſche/ quando venit dñs in ciuitatẽ hieruſalem occurrerũt ei pueri/ et in manibus portabant ramos palmarũ et clamabant voce magna dicentes/ oſãna in excelſis: benedictus qui veniſti in multitudĩe miſericordie oſanna in excelſis. Añ

Cum audiſſet populus quia venit ieſus hieroſolymã: acceperũt ramos palmarũ et exierunt ei obuiã/ et clamabant pueri dicentes hic eſt ſalus noſtra et redẽptio iſrael/ quantus eſt iſte cui throni et dñationes occurrunt noli timere filia ſyon/ ecce rex tuus venit tibi ſedens ſuper pullum aſine/ ſicut ſcriptũ eſt ſalue fabricator mundi qui veniſti redimere nos. Añ.

Fulgentibus palmis proſternimur aduenĩete domino huic omnes occurramus cum hymnis et canticis glorificantes et dicentes benedictus dominus. Antiphõa

Scriptũ eſt eni percutiã paſtorẽ et diſpergẽtur oues gregis poſtq̃ autẽ ſurrexero precedã vos in galileam/ ibi me videbitis dicit dñs

¶ Iſtis finitis ſacerdos flectẽs genua cum populo coram imagine crucifixi dñi noſtri incipiat tribus vicibus antiphonã ſequentem et clerus proſequatur antiphonam



AVe rex noſter fili dauid redẽptor mundi quem prophete predicauerũt ſaluatorẽ domui iſrael eſſe vẽturum te eni ad ſalutarem victimã pater miſit in mundũ quem expectabant omnes ſancti ab origine mundi: et nunc oſanna filio dauid benedictus qui venit in nomine domini: oſanna in excelſis. Deinde dicitur oratio ſequens. Oratio.

OMnipotẽs ſẽpiterne deus: flos mũdi/ odor ſuauitatis et origo naſcentiũ. qui omnia legis et prophetarũ oracula in filiĳ tui domini noſtri ieſu chriſti humilitate declaraſti: quiq; etiam ei venienti hieroſolimã deuotã illi cum ramis palmarũ ac myſticis laudibus hodierna die obuiã fecĩſti turbam procedere. reſpice propicius ad debitã tibi populi ſeruitutem: vt ſicut tunc prioris populi gratus tibi fuit huius deuotionis affectus: ita nos quoq; in veritate confeſſionis nominis tui hec eadẽ per reuoluta tẽpora frequentãtes. purificatis ſenſibus dignũ tibi deferamus obſequium: vt velut florum varietate piĳs vernantes ſtudĳs: ſarcina carnis depoſita: cum odore bonorum operum in celeſti hieruſalẽ eidem filio tuo domino noſtro valeamus occurrere. Per eundem. Hymnus.

MAgno ſalutis gaudio/ letetur omne ſeculũ: ieſus redẽptor omniũ/ ſanauit orbẽ languidũ. Sex ante paſche ferias/ aduenit in bethaniã/ vbi pie poſt triduũ: reſuſcitauit lazarũ Nardi maria piſtici/ ſumpſit libram mox optimi vnxit beatos domini pedes rigando lachrimis. Poſt

hec iugalis aſine ieſus ſupernus arbiter pullo ſedebat inclitã pergebat hieroſolimã O q̃ ſtupẽda pietas/mira dei clementia: ſeſſor azelli fieri/dignatus auctor ſeculi. Honor decus imperiũ/ſit trinitati vnice/pr̃i nato paraclito et nunc et imperpetuũ. Amen. Hyˢ

Gloria laus ⁊ honor tibi ſit rex chriſte redemptor. Cui puerile decus prõpſit ozanna piũ Iſrael es tu rex dauidis/et inclita proles: noĩe qui in domini rex benedicte venis. Gloria laus. ⁊c. Cetus in excelſis te laudat celicus omnis/et mortalis homo et cuncta creata ſimul. Cui. Plebs hebrea tibi cum palmis obuiã venit: cum prece voto hymnis aſſumus/ecce tibi. Gloria laus et ho. Hij tibi paſſuro ſoluebant munia laudis. nos tibi regnãti pangimus ecce melos. Cui pue. Hij placuere tibi placeat deuotio noſtra rex pie/rex clemens: cui bona cuncta placent. Gloria la. Fecerat hebreos hos gloria: ſãguinis alti: nos facit hebreos tranſitus/ecce pius. Cui. Gloria laus et. ℟. Ingrediente dño in ſanctã ciuitatem hebreorũ pueri reſurrectionẽ vite pronũciantes. Cũ ramis palmarũ ozãna clamabãt in excelſis. ℣. Cunqȝ audiſſent quia ieſus venit hieroſolymã: exierunt obuiã ei. Cũ ramis. Deinde incipiatur añ. Ceperũt omnes turbe ps̃. Bñdictus. Gloria patri. Sicut erat. ⁊c. Añ. Ceperũt oẽs turbe deſcendentiũ laudare deũ voce magna ſuper oĩbus quas viderãt virtutibus dicẽtes/bñdictus qui venit rex in nomĩe dñi pax in terra/et gloria in excelſis Oratio.

Omnipotẽs ſẽpiterne deus: qui vitã humani generis pro nobis filio tuo moriẽte ſaluaſti: preſta queſumus: vt in hac populi tui deuotione fructus proueniat gaudiorũ. Per eundem dominũ. Sequitur miſſa. Dñe ne lõ.

¶ Officiũ in paraſceue.

¶ Cruce adorata et in loco ſuo repoſita: preſbiter calciatus ⁊ indutus caſula procedat ad altare: et confeſſione dicta more conſueto: accedat ad locũ vbi corpus dñicũ heſterna die poſitum fuit: referat reuerenter ad altare: et infundat vinum et aquã in calicem lotis digitis ponat corpus dñicum ſuper altare: et iuxta calicem illud more conſueto/et patenã/deinde inclinet ſe/et iterũ eleuans ſe dicat.

Prefatio.



Oremus. Preceptis ſaluta-



ribus moniti: et diuina inſtitu-



tione formati audemus dicere.



Pater noſter qui es in celis/



ſanctificetur nomen tuũ. Adue

# Officiũ in paraſceue.



niat regnũ tuũ. Fiat voluntas



tua ſicut in celo et in terra. Pa-



nem noſtrũ quotidianũ da no-



bis hodie: et dimitte nobis de-



bita noſtra ſicut et nos dimitti-



mus debitoribus noſtris. Et ne



nos inducas in temptationem.



Sed libera nos a malo. Amen.

¶ Hic accipiat patenam.

Libera nos q̄s dñe ab omnibus malis p̄teritis p̄ſẽtibus et futuris: et intercedẽte beata et glo̾ſa ſemper virgine dei genitrice maria: et beatis ap̄lis tuis. Petro et Paulo atq; Andrea cũ oĩbus ſanctis: da propicius pacẽ in diebus noſtris vt ope miſericordie tue adiuti et a peccato ✠ ſimus ſẽper liberi / et ab omni ꝑturbatiõe ſecuri. Per eundẽ dñm noſtrũ ieſum chriſtũ filiũ tuũ. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per oĩa ſecula ſeculorum. Cum reſponſũ fuerit Amen. mittat tertiã partẽ vt moris eſt in calicẽ nichil dicens / niſi forte velit dicere. In noĩe patris / et filij / et ſpiritus ſancti. Pax dñi nõ dicitur / nec Agnus dei. nec datur oſculũ pacis. Deinde ſumat corpus / ⁊ poſtea calicẽ nichil dicẽs His expletis dicitur veſpere ſubmiſſa voce ad ſiniſtrũ cornu altaris. Poſtea detegat altare ¶ Fer. vj. pro ſepulturis hora cõpleto. R̷.

Ecce quõ moritur iuſtus et nemo percipit corde viri iuſti tolluntur: et nemo cõſiderat a facie iniquitatis ſublatus eſt iuſtus / et erit in pace memoria eius. V̷. In pace factus eſt locus eius ⁊ in ſyon habitatio eius. Et erit. R̷. Et ſi placet addatur Reſpõſoriũ.

Plange quaſi virgo plebs mea vlulate paſtores in cinere ⁊ cilicio Quia veniet dies domini magna et amara valde. V̷. Vlulate paſtores et clamate aſpgite vos cinere Quia Thurificet ſepulchrũ ante et poſt / et dũ in ſepulcro crux fuerit poſita: dicat ſacerd. Chriſtus domin⁹ factus eſt obediẽs vſq; ad mortẽ. Chorus. Mortẽ autẽ crucis Sacerdos. Hora cõpletorij datur ſepulture. Chorus. Corpus chriſti nobile vite ſpes future Sacerdos. Cõditur aromate cõplentur ſcripture. Chor⁹. Iuge ſit memorie mors hec michi cure. Sacerdos. Adoramus te domie ieſu

chꝛiſte ⁊ bn̄dicimus tibi. Choꝛus
Quia per ſanctā crucē tuam rede
miſti mundum. Sacerdos. Qui
paſſus es pꝛo nobis. Choꝛus. Mi
ſerere nobis. Sacerdos. Domi-
nus vobiſcū. Et cum. Collecta.

DEus qui pꝛo nobis filiū tu
um crucis patibulū ſubi-
re voluiſti: vt inimici a nobis expel
leres poteſtatē: concede nobis fa-
mulis tuis vt reſurrectionis glo-
riā conſequamur. Per eundē do.
Choꝛus pſequitur duo Ria ſequentia
Sepulto dn̄o ſignatū eſt monu
mentum voluentes lapidem ad
oſtiū monumenti. Ponētes mili
tes qui cuſtodirent illud. V℞. Ne
foꝛte veniant diſcipuli eius/et fu-
rentur eum/et dicant plebi ſurre-
xit a moꝛtuis. Reſponſoꝛiū.
Receſſit paſtoꝛ noſter fons aque
viue: in cuius trāſitu ſol obſcura
tus eſt/ nam et ille captus eſt/ qui
captiuū tenebat pꝛimū hominē.
Hodie poꝛtas moꝛtis et ſeras pa-
riter ſaluatoꝛ noſter diſrupit. V℞.
Ante cuius conſpectū moꝛs fugit
ad cuius vocē moꝛtui reſurgūt vi
dentes autē eū poꝛte moꝛtis con-
fracte ſunt. Hodie poꝛtas moꝛtis

¶ In vigi. paſ. Bn̄dictio carnis.

DEus vniuerſe carnis cōdi
toꝛ qui noe et filijs ſuis de
mūdis et immūdis aialibus pꝛe-
cepta dediſti quiqꝫ ſumi olera her
barū: humano generi quadꝛupe
dia munda edere permiſiſti. Qui
agnū in egypto moyſi et populo
tuo in vigilia paſce comedere pꝛe
cepiſti i figura dn̄i noſtri ieſu chꝛi
ſti. Omnia pꝛimogenita tibi de
mundo redemiſti: et in nocte illa
omne pꝛimogenitū percutere pꝛe
cepiſti: ſeruans populū tuū agni
ſanguine pꝛenotatū Dignare do
mine deus oipotens bene ✠ dice-
re et ſancti ✠ ficare has carnes vt
quicūqꝫ ex populis fidelibus eas
comederint: omni benedictiōe ce-
leſti / et gratia ſalutari repleātur
in bonis. Per chꝛiſtū dominū no
ſtrū. Amen. ¶ Bn̄dictio panis.

BEne ✠ dic dn̄e iſtā creaturā
panis ſicut bn̄dixiſti quin-
qꝫ panes in deſerto: vt ſit domus
in eo habundans in omni alimē
to: guſtanteſqꝫ ex eo accipiāt tam
anime ꝙ coꝛpoꝛis ſanitatē. Per.

¶ Benedictio ouoꝛum.

SUbueniat q̄ſumus domie
tue bene ✠ dictiōis gratia
huic ouoꝛum creature de quo pul
los gallinarum pꝛoducere digna
tus es: vt cibus ſalutaris fiat tu-
is fidelibus in tuarum gratiarū
ſumentibus actione. Per domi-
nū. ¶ Benedictio generalis.

BEne ✠ dic dn̄e creaturā iſtā
N. vt ſit remediū ſalutare
oibus nomen tuū inuocantibus:
vt quicūqꝫ ex eo comederint ſani-
tatem coꝛpoꝛis et anime tutelā in
noie dn̄i percipiāt. Per. Et bn̄ ✠
dictio dei patris oipotentis et filij
et ſpūs ſancti: deſcēdat ſuper oēs
creaturas iſtas. Amen. ¶ In ſab
bato ſancto paſche. ¶ Bn̄dictio
ignis. Excuciatur ignis de lapide
in loco foꝛis extra baſilicam/ vt ex
eo cādela accēdatur: et bn̄dicatur
ignis a ſacer. per oꝛōnes ſequentes.

DOmine ſancte pater oipo
tens eterne deus in nomie
tuo et filij tui domini noſtri ieſu

chriſti et ſpiritus ſancti bene✠di
cimus huncignē / et eum cū cera
et oībus alimoniꝭs ſuis ſancti✠
ficamus / ⁊ ſigno crucis filij tui al
tiſſimi ſigna✠mus: vt intus et
foris accenſus: nō quod nocet in=
cendat: ſed omnia ad vſus homi=
nū neceſſaria calefaciat / ſiue illu=
minet: et que ex hoc igne fuerint
conflata vel calefacta ſint benedi
cta: et oīa humane ſaluti vtilia:
vt nō cum nadab et abyu ignē ti=
bi alienū offerētibus incēdamur:
ſed cū aaron pōtifice et filijs eius
eleazaro et ythamaro hoſtias ti=
bi pacificas ſpiritus ſancti igne:
aſſatas immolare poſſimus: et ſē
per eiuſdem ſpiritus ſancti / igne
vicia noſtra vre cordaqꝫ noſtra lu
ce ſciētie tue illumina: et animas
noſtras calore fidei letifica. Per
eundem eiuſdem. Benedictio.

Deus qui per filium tuum
angularē ſcilicet lapidem
caritatis fidelibus tuis ignē con=
tuliſti: pductū e ſilice noſtris pro=
futurū vſibus nouū hunc ignem
ſancti✠fica: et concede nobis ita
per hec feſta paſchalia celeſtibus
deſiderijs inflammari: vt ad per
petue claritatis puris mentibus
valeamus feſta pertingere. Per
eundē chriſtū dn̄m nr̄m. Oratio.

Domine deus pater omni=
potens lumen indeficiens
qui es cōditor omniū luminū be=
ne✠dic hoc lumē quod a te ſācti=
ficatū et bene✠dictū eſt / qui illu=
minaſti omnē mūdum: vt ab eo
lumine accendamur / et illumine=
mur igne claritatis tue / vt ſicut
tuo lumine illuminaſti moyſen:
ita illumina corda ⁊ ſenſus nr̄os
vt ad vitam et lucem eternā per=
uenire mereamur. Per. Oratio.

Domine ſācte pater omni=
potēs eterne deus benedi=
cētibus nobis hunc ignem in no=
mīe tuo et vnigeniti filij tui ac do
mini noſtri ieſu chriſti et ſpiritus
ſancti cooperari dignare: et adiu
ua nos contra ignita tela inimici
et illuſtra gratia celeſti. Per eun=
dem dn̄m noſtrū. Oratio.

Veniat q̄s omnipotens deꝰ
ſuper hoc incēſum larga
tue bn̄di✠ctionis infuſio ⁊ hunc
nocturnū ſplendorē inuiſibilis re
generator accende: vt non ſolum
ſacrificiū quod hac nocte litatum
eſt archana luminis tui admixti
one refulgeat: ſed in quocunqꝫ lo=
co ex huius aliquid ſanctificatio=
nis myſterio fuerit deportatū: ex
pulſa diabolice fraudis nequitia
virtus tue maieſtatꝭ aſſiſtat. Per
dominū noſtrum. Hymnus

Inuētor rutuli dux bone lu
minis qui certis vicibus tē
pora diuidis merſo ſole cahos in=
gruit horridū: lumen redde tuis
chriſte fidelibus. Inuentor rutu.

Quāuis in numero ſidere regiā
lunariqꝫ polū lāpade pinxeris in=
cuſſu ſilicis lumia nos tamē mō=
ſtras ſaxigeno ſemie querere. In
uentor. Ne neſciret homo ſpem
ſibi luminis / in chriſti ſolido cor=
pore conditā / qui dici ſtabilē ſe vo
luit petram noſtris igniculis / vn
de genus venit. Inuentor rutuli

Pinguis quos olei rore maden=
tibus lichnis aut facibus paſci=
mus aridis quin et fila fauis ſcir

pea floꝛeis preſſo melle pꝛius/collita fingimus. Inuētoꝛ ru. Viuax flāma viget ſeu caua teſtula ſuccum lintheolo ſuggerit ebꝛio: ſeu pinus piceam fert alimoniā ſeu ceram ceretē/ſtuppa calens bibit. Inuētoꝛ. Splendet ergo tuis muneribus/pater flāmis nobilibus/ſcilicet atria abſentēq; diē lux agit emula: quā nox cum lacero victa fugit peplo. Inuē. Per quem ſplendoꝛ honoꝛ laus ſapiētia/maieſtas/bonitas: et pietas tua regnū continuat numine triplici texens perpetuis/ſecula ſeculis. Inuētoꝛ. ¶ Benedictio cerei.






# In vigilia paſche.




affectu et vocis mini ſterio
perſonare. Qui pro nobis
eterno patri ade debitum
ſoluit et veteris piaculi cau=
tionem pio cruore deterſit
Hec ſunt enim feſta paſcha=
lia in quibus verus ille a=
gnus occiditur eiuſqꝫ ſan=
guine poſtes conſecrantur.
Hec nox eſt in qua primum
patres noſtros filios iſrael
eduxiſti de egypto quos poſt=
ea rubrum mare ſicco
veſtigio tranſire feciſti. Hec
igitur nox eſt que pec ca=
torum tenebras co lum=
ne illuminati one purga=
uit. Hec nox eſt que ho=
die per vniuerſum mun=
dominus magnus voluerit: ſpi=
ritu intelligentie replebit illum.
Et ipſe tanq̄ imbres mittet elo=
quia ſapientie ſue: et in oratione
confitebitur domino. Et ipſe di=
riget conſilium eius et diſcipli=
nam: et in abſconditis ſuis conſi=
liabitur. Ipſe palam faciet diſci=
plinam doctrine ſue: et in lege te=
ſtamenti domini gloriabitur. Col
laudabunt multi ſapientiā eius:
et vſq; in ſeculum non delebit᷑. Nō
recedet memoria eius: et nomē ei'
requiretur a generatione in gene=
rationē. Grad. Dn̄e preueniſti eum
in benedictionibus dulcedinis: poſui
ſti in capite eius coronā de lapide pre
cioſo. ℣. Uitam petiit & tribuiſti ei: lō
gitudinem dierum in ſeculum ſeculi.
Alleluya. ℣. Iuſtus vt palma flo
rebit: et ſicut cedrus libani multipli=
cabitur. Sequentia.

A D laudes ſaluatoris: vt
mēs incitet᷑ humilis. Sē
tiat hunc diem / iuſta de cauſa cele
brē. Gaudeat et ſeſe / ſic pia vota
promere. Hodie celorum ſecreta
petijt/lux pontificū. vel confeſſor.
Iugiter in choro ſanctorū / ſplen
dens vt ſydus aureum. Et gau=
diū angelis factū eſt / ex aduentu
cōparis. Fuiſſe quē angelū domi
ni ꝯſtat exercituū. Qui cuiq; ſuā
tritici dans menſurā: ad fidei cau
las congregās ouiculas/ lupi pre=
uidit inſidias. Fidelis et prudēs
credita diſtribuēs/ ſic dedit ad mē=
ſam domini pecuniam: vt dignā
faceret vſuram. Beatus hic ſer=
uus/ quem cum venerit dominus
ita inuenerit. Probatū in terra
ſuper omnia ſtatuet illū in patria
Ad tanti patris gloriam celebrā
dā: clerus continnat laudē dignā/
et populus letis reſpōdeat vocib'
Dicamus omnes cernui tanto

patri iungat ſe ſuo grex paſtori et precibus fuſiſq; lachrymis clamemus. Paſtor bone: miſerere eccleſie/tuiſq; precibus refoue. Cōfer opem plebi tue: preces intēde/et pio iuuamine maculas dilue. In via nos adiuua: colloca in patria/redde que ſperamus bona. Tractus.

Beatus vir qui timet dn̄m: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorū benedicet. ℣. Gloria et diuitie in domo eius: et iuſticia eius manet in ſeculum ſeculi.

Secundū matheū. xxv.

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiſcens: vocauit ſeruos ſuos et tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinq; talenta: alij autē duo/alij vero vnum. Vnicuiq; ſecundum propriam virtutem: et profectus eſt ſtatim. Abijt autem qui quinq; talenta acceperat: et operatus eſt in eis/et lucratus eſt alia quinq;. Similiter qui duo acceperat: lucratus eſt alia duo. Qui autem vnum acceperat: abiens fodit in terrā: et abſcōdit pecuniam dn̄i ſui. Poſt multum vero temporis: venit dn̄s ſeruorū illorum: et poſuit rationem cum eis. Et accedens qui quinq; talenta acceperat: obtulit alia quinq; talenta dicens. Domine/quinq; talenta tradidiſti michi: ecce alia quinq; ſuplucratus ſum. Ait illi domin9 eius Euge ſerue bone et fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis/ſupra multa te cōſtituam: intra in gaudium dn̄i tui. Acceſſit autē et qui duo talenta acceperat: et ait. Domine: duo talenta tradidiſti michi: ecce alia duo lucratus ſum. Ait illi dn̄s eius. Euge ſerue bone et fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis/ſupra multa te conſtituā. Intra in gaudium dn̄i tui. Offr.

Deſideriū anime ei9 tribuiſti ei dn̄e: et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. poſuiſti i capite eius/coronam de lapide precioſo. Secreta.

Hoſtias tibi dn̄e pro commemoratione ſancti confeſſoris tui N. deferimus ſuppliciter deprecantes: vt ſicut ſancto N. tribuiſti fidei ſacre claritatem: ſic nobis indulgentiam largiaris et pacem. Per. Cōio. Dn̄e quinq; talēta tradidiſti mihi: ecce alia q̄nq; ſuperlucrat9 ſū: euge ſerue fidelis: quia i pauca fuiſti fidelis/ſupra multa te ꝯſtituam intra i gaudiū dn̄i tui. Cōpleda.

Vt nobis domine pia ſacrificia dent ſalutē beatus N. cōfeſſor tuus queſumus precator accedat. Per dominū noſtrum.

¶ Vnius cōfeſ. et pōti. Introitus

Statuit ei dn̄s teſtamentū pacis et principē fecit eū: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternum Ps. Mias domini/in eternum cantabo. Gloria patri et filio & ſpūi ſctō. Sicut erat. Collecta

Deus qui ſanctā nobis huius diei ſolēnitatem in honore ſancti N. confeſſoris tui atq; pontificis conſecraſti: adeſto familie tue precibus et dona: vt cui9 ſolemnia celebramus: etiam meritis et auxilio ſubleuemur. Per.

Lectio libri ſapientie. Eccl. xliiij.

Ecce ſacerdos magnus qui in diebus ſuis placuit deo: et inuentus eſt iuſtus. Et in tempore iracundie: factus eſt reconciliatio. Non eſt inuentus ſimilis illi: qui conſeruaret legem excelſi. Ideo iureiurando: fecit illum dominus / creſcere in plebem ſuam. Bñdictionẽ omnium gentiũ dedit illi: et teſtamentum ſuum confirmauit ſuper caput ei⁹. Cognouit eum in benedictionibus ſuis: cõſeruauit illi miſericordiam ſuam / et inuenit gratiam corã oculis domini. Magnificauit eum in conſpectu regum: ⁊ dedit illi coronam glorie. Statuit illi teſtamentũ ſempiternum: et dedit illi ſacerdotiũ magnũ / et btificauit illum in gloria. Fungi ſacerdotio: et habere laudem in nomine ipſius. Et offerre illi incenſũ dignũ: in odorem ſuauitatis Grad. Ecce ſacerdos magnus: qui in diebus ſuis placuit deo. V⁹. Non eſt inuentus ſimilis illi: qui conſeruaret legem excelſi. Alla. V. Inueni dauid ſeruum meum / oleo ſancto meo vnxi eũ. Tr.

Beatus vir qui timet dominũ: in mandatis eius cupit nimis V⁹. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. V. Gloria et diuitie in domo eius: et iuſticia eius manet in ſeculum ſeculi.

Secundum Lucam. xij.

In illo tempore Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Sint lumbi veſtri precincti. et lucerne ardẽtes. Et vos ſimiles hominib⁹ expectantibus dominũ ſuum / quãdo reuertatur a nuptijs: vt cum venerit ⁊ pulſauerit cõfeſtim aperiãt ei. Beati ſerui illi: quos cum venerit dominus / inuenerit vigilantes. Amen dico vobis: q͛ precinget ſe / et faciet illos diſcumbere: et tranſiens / miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſecunda vigilia: et ſi in tertia vigilia venerit: et ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi. Hoc autem ſcitote / quoniã ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret vtiq͂ / et non ſineret perfodi domum ſuam. Et vos eſtote parati: quia qua hora non putatis: filius hominis veniet. Offr.

Ueritas mea et mia mea cum ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Reſpice domie populum tuum ad tua ſacramẽta concurrentem: et preſentem feſtiuitatem ſancti confeſſoris tui atq͂ põtificis N. recolentem: vt quod ſinguli in honorem nominis tui detulerunt / cũctis proficiat ad veniam. Per dominũ noſtrum ieſum chriſtum filium tuum Cõio. Beatus ſeruus: quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis / ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Complenda.

Gratias tibi agimus domine deus noſter: qui nos celeſti medela reparare dignatus es: da queſumus de peccatis noſtris veniam: ſicut beato cõfeſſori tuo N. atq͂ pontifici dediſti ſedem põtificatus. Per dominũ noſtrum ieſum chriſtum filium tuũ. Qui tecum viuit et regnat in vnitate.

¶ Unius confeſſoris et abbatis. Ad miſſam. Introitus.

Juſtus vt palma
floꝛebit ſicut cedꝛꝰ
libani multiplica
bitur ĩ domo dñi /
in atrijs domus
dei noſtri. ps. Bo=
num eſt confiteri dño : et pſallere no=
mini tuo altiſſime. Gloꝛia pri. Colla
INterceſſio nos q̃s dñe bea=
ti N. abbatis cõmendet: vt
quod noſtris meritis non valemꝰ
eius patrocinio aſſequamur. Per
Lectio libꝛi ſapientie. Eccl. xlv.
DIlectus deo ⁊ hominibus
cuius memoꝛia in benedi=
ctione eſt. Similem fecit illum in
gloꝛia ſanctoꝛum : et magnifica=
uit eum in timoꝛe inimicoꝛum: et
in verbis ſuis monſtra placauit.
Gloꝛificauit illum in cõſpectu re=
gum: ⁊ iuſſit illi coꝛã populo ſuo:
et oſtendit illi gloꝛiam ſuam. In
fide et lenitate ipſius ſanctũ fecit
illum: ⁊ elegit eum ex omni carne
Audiuit enim eum / et vocem ipſi
us : et induxit illum in nube. Et
dedit illi coꝛ ad pꝛecepta: et legem
vite / et diſcipline. Grad. Os iuſti
meditabitur ſapientiã: et lingua eius
loquetur iudicium. Vꝰ. Lex dei eius
in coꝛde ipſius: et non ſupplãtabunt
greſſus eius. Alla. V. Juſtus ger=
minabit ſicut liliũ: ⁊ floꝛebit in eternũ
ante dñm. Scdm Matheum. xix.
IN illo tẽpoꝛe. Dixit ſymon
petrus ad ieſum. Ecce nos
reliq̃mus omnia: et ſecuti ſumus
te. Quid ergo erit nobis? Jeſus
autem dixit illis. Amen dico vo=
bis / ꝙ vos qui ſecuti eſtis me in re
generatiõe / cum ſederit filius ho=
minis in ſede maieſtatis ſue / ſede
bitis et vos ſuper ſedes duodeci:
iudicãtes duodecim tribus iſrael
Et omnis qui reliquerit domum
vel fratres / aut ſoꝛoꝛes / aut patrẽ
aut matrem / aut vxoꝛem / aut fili
os / aut agros / pꝛopter nomẽ me=
um: centuplum accipiet: et vitam
eternã poſſidebit. Offr. Gloꝛia et
honoꝛe coꝛonaſti eũ: ⁊ ꝯſtituiſti eũ ſu=
per opera manuũ tuarũ dñe. Secre.
SAcris altaribus domĩe ho
ſtias ſuperpoſitas ſanctus
N. abbas queſumus in ſalutem
nobis pꝛouenire depoſcat. Per d.
Cõio. Fidelis ſeruus et pꝛudẽs: quẽ
cõſtituit dñs ſuper familiã ſuã vt det
illis in tẽpoꝛe tritici menſurã. Cõple
PRotegat nos domĩe: cum
tui perceptione ſacramen=
ti beatus N. abbas pꝛo nobis in=
tercedendo: vt et conuerſationis
eius experiamur ĩſignia: et inter
ceſſionis eius percipiamus ſuffra
gia. Per dominũ. Lectio libꝛi ſa=
pientie. Eccleſiaſtici. xiiij.
BEatus vir qui in ſapientia
moꝛabitur: et qui in iuſti=
cia meditabitur: et in ſenſu cogi=
tabit circunſpectionem dei. Ciba
bit illum pane vite et intellectus:
et aqua ſapientie ſalutaris pota=
bit illum. Et firmabitur in illo et
non flectetur: ⁊ cõtinebit illum et
non cõfundetur: et exaltabit illũ
apud pꝛoximos ſuos. Et nomine
eterno: hereditabit illũ dñs deus
noſter. Ad Thimotheũ. ij. iiij.
CHariſſime. Teſtificoꝛ coꝛã
deo et ieſu chꝛiſto / qui iudi=
caturus eſt viuos et moꝛtuos: et
per aduentum ipſius et regnum
eius: pꝛedica verbum: inſta opoꝛ=

tune: importune. Argue/obſecra increpa: in omni patientia et doctrina. Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt ſed ad ſua deſideria coaceruabũt ſibi magiſtros prurientes auribus. Et a veritate quidem auditum auertent/ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila/ in omnibus labora/opus fac euangeliſte: miniſterium tuum imple ſobrius eſto. Ego enim iam delibor: et tempus reſolutionis mee inſtat. Bonum certamen certaui curſum conſummaui: fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt michi corona iuſticie: quã reddet michi domin⁹ in illa die/ iuſt⁹ iudex Non ſolum autem michi: ſed et hijs qui diligũt aduentum eius.

Lectio libri ſapientie Eccl. xlvij.

Dedit dominus confeſſionem ſãcto ſuo: et excelſo in verbo glorie. De omni corde ſuo laudauit domiuum: et dilexit deum qui fecit illum. Et dedit illi cõtra inimicos potentiam. Et ſtare fecit cantores contra altare: et in ſono eorum / dulces fecit modos. Dedit in celebratiõibus decus: ⁊ ornauit tempora vſq; ad conſummationem vite: vt laudarent nomen ſanctum domini: et amplificarent mane dei ſanctitatem. Chriſtus purgauit peccata ipſius: et exaltauit in eternum cornu eius. Sapientia laudabit animam ſuam: et in domino honorificabitur: et in medio populi ſui gloriabitur. Et in eccleſijs altiſſimi aperiet os ſuum et in conſpectu virtutis illius gloriabitur. Et in medio populi laudabitur: ⁊ in plenitudine ſancta admirabitur Et in multitudine electorum habebit laudem: et inter benedictos benedicetur.

Ad Hebreos. xiij.

Fratres. Doctirinis variis et peregrini: nolite abduci. Optimum eſt enim gratia ſtabilire cor: non eſcis que non pfuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare: de quo edere nõ habent poteſtatem/qui tabernaculo deſeruiunt. Quorum enim animalium infertur ſãguis pro peccato in ſancta per pontificem: horum corpora cremantur extra caſtra. Propter quod et ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinẽ populum: extra portam paſſus eſt Exeamus igitur ad eum extra caſtra: improperium eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem: ſed futurã inquirimus Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper deo: id eſt fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficientie autem et cõmunonis: nolite obliuiſci. Talibus enim hoſtijs: promeretur deus. Ad hebreos. vij.

Fratres. Plures facti ſunt ſacerdotes ſecundũ legem idcirco q morte phiberentur permanere. Jeſus autem eo q manet in eternum: ſempiternũ habet ſacerdotium. Unde ⁊ ſaluare in perpetuum poteſt: accedẽs per ſemetipſum ad deum ſemper viuens ad interpellandũ pro nobis Talis eni decebat / vt nobis eſſet põtifex: ſãctus/innocẽs/impollu-

tus/ ſegregatus a peccatoꝛibus et excelſioꝛ celis factus. Qui non habet quotidie neceſſitatem quemadmodum ſacerdotes pꝛius pꝛo ſuis delictis hoſtias offerre/ deinde pꝛo populo. Hoc enim fecit ſemel ſe offerendo: dominus noſter ieſus chꝛiſtus.

Secundum Mathenm. xxiiij.

IN illo tempoꝛe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Vigilate: quia neſcitis qua hoꝛa/ dominus veſter venturus ſit. Illud autem ſcitote: quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hoꝛa fur venturus eſſet/ vigilaret vtiqꝫ: et non ſineret perfodi domũ ſuam. Ideo et vos eſtote parati quia neſcitis qua hora filius hominis venturus eſt. Quis putas eſt fidelis ſeruus et pꝛudens quem conſtituit dominus ſupꝛa familiam ſuam vt det illis cibum in tempoꝛe? Beatus ille ſeruus: quem cum venerit dominus eius/ inuenerit ſic facientem. Amen dico vobis: quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

Secundum Lucam. xj.

IN illo tempoꝛe Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Nemo accẽdit lucernam: et in abſcondito ponit/ neqꝫ ſub modio: ſed ſuper candelabꝛum: vt qui ingrediuntur/ lumen videant. Lucerna coꝛporis tui: eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex: totũ coꝛpus tuum lucidum erit. Si autẽ nequam fuerit: etiam coꝛpus tuum tenebꝛoſum erit. Vide ergo: ne lumen ꝙ in te eſt/ tenebꝛe ſint. Si ergo coꝛpus tuũ totũ lucidũ fuerit/ non habẽs aliquam partẽ tenebꝛarum: erit lucidum totum Et ſicut lucerna fulgoꝛis: illuminabit te.

Scdm Matheum. v.

IN illo tempoꝛe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terre. Quod ſi ſal euanuerit: in quo ſalietur? Ad nichilum valet vltra: niſi vt mittatur foꝛas: ⁊ conculcetur ab hominibus. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupꝛa montem poſita. Neqꝫ accendunt lucernam/ et ponũt eam ſub modio ſed ſuper candelabꝛum: vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coꝛam hominibus: vt videant opera veſtra bona: et gloꝛificent patrem veſtrum: qui eſt in celis.

Secundum Lucam. xiiij.

IN illo tempoꝛe Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si quis venit ad me: et non odit patrem ſuum/ et matrem/ et vxoꝛem/ et filios/ et fratres/ et ſoꝛoꝛes: adhuc autem ⁊ animam ſuam: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui baiulat crucem ſuam/ et venit poſt me non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quis enim ex vobis volens turri edificare: nonne pꝛius ſedens cõputat ſumptus qui neceſſarij ſũt ſi habeat ad perficiendũ: ne poſtea ꝙ poſuerit fundamentum/ et non potuerit ꝑficere: oẽs qui vident incipiant illudere ei dicẽtes: q̃a hic homo cepit edificare/ ⁊ non potuit conſummare. Aut q̃s rex iturus cõmittere bellũ aduerſus alium regem/ nõne ſedens pꝛius cogitat ſi poſſit cũ decem milibus occurrere ei qui cũ viginti milibꝰ venit ad ſe? Alioqui adhuc illo lõ

ge agente: legationem mittẽs ro-
gat ea que pacis ſũt. Sic ergo om
nis ex vobis qui non renũciat om
nibus que poſſidet: nõ poteſt me-
us eſſe diſcipulus. ¶ Plurimoꝝ
confeſſoꝝ. Introitus.

SAcerdotes ei⁹ idu-
ant ſalutari: et ſã-
cti ei⁹ exſtatiõe ex-
ultabunt. ps. Me
mento dñe dauid: et
omnis manſuetudi
nis eius. Gloꝛia patri. Collecta.

DEus qui nos ſanctoꝛũ tuo
rum N. et N. confeſſioni-
bus glorioſis circundas et pꝛote-
gis: da nobis et eoꝛum imitatiõe
proficere: et interceſſione gaudere
Per dominũ. ¶ Ad hebꝛeos. vij.

FRatres. Plures facti ſunt
ſacerdotes ſecundũ legem
idcirco ꝙ moꝛte pꝛohiberẽtur per-
manere. Jeſus autem eo ꝙ mane
at in eternum: ſempiternũ habet
ſacerdotium. Unde et ſaluare in
perpetuum poteſt: accedẽs per ſe-
metipſum ad deũ ſemper viuens
ad interpellandũ pꝛo nobis. Ta-
lis eni decebat / vt nobis eſſet pon
tifex ſanctus / innocens / impollu-
tus / ſegregatus a peccatoꝛibus / et
excelſioꝛ celis factus. Qui non ha
bet quotidie neceſſitatem quem-
admodũ ſacerdotes pꝛius pꝛo ſu-
is delictis hoſtias offerre / deinde
pꝛo populo. Hoc enim fecit ſemel
ſe offerendo: domin⁹ noſter ieſus
chꝛiſtus. Grad. Sacerdotes eius in
duant ſalutari: et ſancti eius in exulta
tione exultabunt. V⁹. Illuc pꝛoducã
coꝛnu dauid paraui lucernam chꝛiſto
meo. Alla. V. Vox exultationis et
ſalutis: ĩ tabernaculis paſtoꝛũ. Euã.
Secundum Lucam. xij.

IN illo tempoꝛe. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis Sint lumbi
veſtri pꝛecincti: et lucerne arden-
tes. Et vos ſimiles hominib⁹ ex-
pectãtibus dominũ ſuum / quan-
do reuertatur a nuptijs: vt cum
venerit et pulſauerit / confeſti ape
riant ei Beati ſerui illi: quos cum
venerit dñs / inuenerit vigilãtes.
Amen dico vobis: ꝙ pꝛecinget ſe /
et faciet illos diſcumbere: et trãſi
ens miniſtrabit illis. Et ſi venerit
in ſecũda vigilia: et ſi in tertia vi-
gilia venerit / et ita inuenerit: bea
ti ſunt ſerui illi. Hoc autẽ ſcitote /
quoniã ſi ſciret pat̃familias qua
hoꝛa fur veniret: vigilaret vtiqȝ /
et non ſineret perfodi domũ ſuã.
Et vos eſtote parati: quia qua ho
ra non putatis: filius hominis ve
niet. Offꝛ. Exultabunt ſancti in glo
ria: letabuntur in cubilibus ſuis / exul
tatiões dei in faucibus eoꝛũ. Secre.

SUſcipe domĩe pꝛeces et mu
nera: que vt tuo ſint digna
conſpectui: ſanctoꝛũ tuoꝛum pꝛe-
cibus adiuuemur. Per. d. Cõio.
Sint lumbi veſtri pꝛecincti: et lucer-
ne ardẽtes in manib⁹ veſtris Compl.

COꝛpoꝛis ſacri et pꝛecioſi ſã-
guinis repleti libamine / q̃s
dñe deus noſter: vt quod pia de-
uotione gerimus: certa redempti
one capiamus. Per d. ¶ Unius
virginis non martyꝛis. Introit⁹

DIlexiſti iuſticiã / et odi
ſti iniquitatẽ: pꝛopte-
rea vnxit te deus de⁹
tuus oleo leticie pꝛe cõ
ſoꝛtibus tuis. ps. Eru

etauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Gloria pri. Colla.

DEus qui nos annua beate N. virginis tue ſolennitate letificas: da q̃s: vt quam veneramur officio: etiam pie cõuerſationis ſequamur exemplo. Per.

Lectio libri ſapientie. viij.

SApientia vincit maliciam Attigit ergo a fine vſq; ad finem fortiter: et diſponit omnia ſuauiter. Hanc amaui et exquiſiui a iuuentute mea: et queſiui michi ſponſã eam aſſumere: et amator factus ſum forme illius. Generoſitatẽ illius glorificat/contubernium habens dei: ſed et dominus omniũ dilexit illam Doctrix eſt eni diſcipline dei: et electrix operum illius. Grad. Audi filia et vide et inclina aurẽ tuam: quia concupiuit rex ſpeciẽ tuam. V. Specie tua et pulchritudine tua: intẽde proſpere procede et regna. Alleluya. V. Specie tua et pulchritudie tua: intẽde proſpere procede et regna. Sequentia.

GAude celeſtis ſponſa/ ſummi regis iam templum ingreſſa. Ad regale conuiuiũ ducta. Et mox intratura: cubilis ſecreta/ ſemper virgo manſura. Filius regis/amator caſtitatis: ſeruat locum pudoris. Huic ſpõſo ventẽti: virgines omnes obuiate. Et ferte lampades iam ardentes: in vaſis oleum ſimul deferentes. Et regi regum feſtinãter adornate thalamum. Et rege regum / decantate canticũ: ſolis virginibus decantandũ. Ianua patet/que parate ſunt intrẽt. Cum ſponſus venit: quis eum ſequi poſſit omnis virgo memor ſit. Ad talia tu nos gaudia perduc chriſte redemptos per te memor ſponſe/iungens illis ſperantes in te. Tractus.

QUi ſeminant in lachrymis: in gaudio metent. V. Euntes ibãt et flebant: mittentes ſemina ſua V. Uenientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos. Euangelium.

Secundum Matheum. xxv.

IN illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnũ celorum decem virginibus: que accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo et ſponſe. Quinq; autem ex eis erant fatue: et quinq; prudentes. Sed quinq; fatue acceptis lampadibus/ non ſumpſerunt oleum ſecum. Prudentes vero / acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. Moram autem faciente ſponſo: dormitauerunt omnes / et dormierunt. Media autem nocte clamor factus eſt / ecce ſponſus venit: exite obuiam ei. Tunc ſurrexerũt omnes virgines ille: ⁊ ornauerũt lampades ſuas. Fatue autem/ſapientibus dixerũt Date nobis de oleo veſtro quia lampades noſtre extinguntur. Reſponderunt prudentes: dicentes Ne forte non ſufficiat nobis ⁊ vobis: ite potius ad vendentes/et emite vobis. Dum autem irent emere: venit ſpõſus. Et que parate erant/intrauerunt cum eo ad nuptias: ⁊ clauſa eſt ianua. Nouiſſime vero veniunt / et relique virgines dicentes. Do-

mine dñe: aperi nobis. At ille re=
ſpondens: ait. Amen dico vobis:
neſcio vos. Vigilate itaqꝫ: quia ne
ſcitis diem: neqꝫ horã. Offr. Offe=
rentur regi virgines poſt eã proxime
eius offerentur tibi. Secreta.
SUſcipe domine mũera que
in ſancte N. virginis tue
ſolennitate deferimus: cuius nos
patrocinio confidimus liberari.
Per. Cõio Diffuſa eſt grã ĩ labiis tu
is propterea bñdixit te de⁹ in eternũ.
QUeſumus oĩpo (Cõplẽda.
tens deus: vt intercedente
beata N. virgine tua / illius ſalu=
taris capiamus effectũ: cuius per
hec ſacramenta / pignus accepimꝰ
Per dominũ. ¶ Unius virginis ⁊
martyris. Introitus.
GAudeamus oẽs in
dño / diẽ feſtũ cele=
brantes: ſub hono
re N. vginis / de cu
ius paſſiõe gaudẽt
ãgeli ⁊ collaudãt fi
liũ dei. Ps. Eructauit cor meũ vbũ bo
nũ: dico ego opa mea regi Glia. Coll.
DEus qui iter cetera potẽtie
tue miracula / etiam in ſe=
xu fragili victoriã martyrij contu
liſti: concede propitius vt cuius na
talicia colimus: per eius ad te ex=
empla gradiamur. Per. Lectio li
bri ſapientie. Eccleſiaſtici vltimo.
DOmine deus meus exal=
taſti ſuper terram habita=
tionem meã: et pro morte defluẽti
deprecata ſum. Inuocaui dominũ
patrem domini mei: vt non dereli
quat me in die tribulationis mee
et in tempore ſuperborum ſine ad
iutorio. Laudabo nomen tuum
aſſidue: et collaudabo illud in con
feſſiõe et exaudita eſt oratio mea.
Liberaſti enim me de perditione:
et eripuiſti me de tempore iniquo.
Propterea confitebor tibi et laudẽ
dicã nomini tuo: dñe deus noſter.
Gr. Specie tua ⁊ pulchritudine tua
intende proſpere procede et regna. V.
Propter veritatẽ et manſuetudinẽ ⁊
iuſticiã: et deducet te mirabiliter dex=
tera tua. Alla. V. Diffuſa eſt gra=
tia in labiis tuis: propterea bñdixit
te deus in eternum. Sequentia.
VIrginis venerande / de nu
mero ſapientũ: feſta vene=
remur ſocij. Filie matris ſum=
mi regis / ſacroſctẽ marie. Quã
ſibi in ſororem / dei adoptauit fi=
lius. Hec corpus ſuum domuit /
freno ieiunij. Et luxuriam ſecu=
it / enſe agonie. Iſta contra cun=
ctos mortis / dimicauit impetus.
Et hoſtem cruentem freta / chri=
ſti dextra ſtrauerat. Hec ſpõſum
ab aula celi / ſeſe inuiſentem ala=
cris. Corde iocundo ſecuta / eius
eſt ingreſſa thalamum. Tute
iã dulcibus / plena delicijs. Chri=
ſto miſerias / noſtra ſuggerito.
Nobis conſolationem precan=
do. Tractus.
QUi ſeminãt ĩ lachrymis ĩ gau
dio metẽt. V. Euntes ibãt et
flebãt mittẽtes ſemina ſua V. Venie
tes aũt veniẽt cũ exultatiõe portãtes
manipulos ſuos. Euangeliũ. Se=
cundum Matheum. xiij.
IN illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis parabolam
hanc. Simile eſt regnum celorum
theſauro abſcondito in agro: quẽ
qui inuenit homo abſcondit: et

pꝛe gaudio illi⁹ vadit/et vẽdit vniuerſa q̄ habet: ⁊ emit agrũ illũ Iterũ ſimile eſt regnũ celoꝝ hoĩ negociatoꝛi/q̄renti bonas margaritas Inuẽta aũt vna p̄cioſa margarita: abijt et vẽdidit oĩa q̄ habuit: et emit eã Iterũ ſimile eſt regnũ celorum ſagene miſſe in mare: et ex omni genere piſciũ congreganti. Quam cum impleta eſſet educentes/et ſecus littus ſedentes: elegerunt bonos in vaſa ſua/malos autem foꝛas miſerunt. Sic erit in cõſummatione ſeculi. Exibunt angeli et ſeparabunt malos de medio iuſtoꝛũ: et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus/et ſtridoꝛ dentiũ. Intellexiſtis hec oĩa? Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo oĩs ſcriba doctus in regno celoꝛũ ſimilis eſt hoĩ patrifamilias: qui p̄fert de theſauro ſuo: noua ⁊ vetera. Offr. Offerẽt regi virgines poſt eã: pꝛoxime ei⁹ offerẽt tibi. Secreta.

SAcrificijs pꝛeſentibus q̄ſumus dñe placat⁹ intẽde: vt et deuotioni noſtre p̄ficiãt ⁊ ſaluti Per. Cõio. Simile eſt regnũ celoꝛũ homini negociatoꝛi querenti bonas margaritas: inuenta vna pꝛecioſa margarita dedit omnia ſua et cõparauit eam. Complenda.

AUxilientur nobis dñe ſumpta myſteria: ⁊ intercedẽte btã N. martyꝛe tua: ſempiterna p̄tectione confirment. Per.

¶ De non virginibus. Introitus

GAudeamus omnes in domino/diem feſtum celebꝛantes: ſub honore btẽ N. de cuius ſolẽnitate gaudent angeli et collaudant filiũ dei. ps. Eructauit coꝛ meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Gloꝛia patri. Collecta.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beate N. feſtiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per.

Lectõ libꝛi ſapiẽtie. Pꝛouer. vltio.

MUlierẽ foꝛtẽ quis inueniet? Pꝛocul et de vltimis finib⁹ pꝛeciũ eius. Confidit in ea coꝛ viri ſui: et ſpolijs non indigebit. Reddet ei bonũ et nõ malũ: oĩbus diebus vite ſue. Queſiuit lanam et linũ: et operata eſt conſilio manuũ ſuarũ. Facta eſt quaſi nauis inſtitoꝛis: de longe poꝛtans panẽ ſuũ. De nocte ſurrexit: deditq̃ pꝛedam domeſticis ſuis: et cibaria ancillis ſuis. Conſiderauit agrum et emit eũ: de fructu manuũ ſuaruꝫ plantauit vineã. Accinxit foꝛtitudine lũbos ſuos: et roboꝛauit bꝛachium ſuũ. Guſtauit et vidit quia bona eſt negociatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius Manum ſuam miſit ad foꝛtia: et digiti eius appꝛehẽderũt fuſum. Manum ſuã aperuit inopi: ⁊ palmas ſuas extendit ad pauperẽ. Non timebit domui ſue a frigoꝛibus niuis: oẽs enim domeſtici eius veſtiti duplicibus. Stragulatam veſtem fecit ſibi: byſſus et purpura indumentũ eius. Nobilis in poꝛtis vir eius: quando ſederit cum ſenatoꝛibus terre. Syndonem fecit et vendidit: ⁊ cingulũ tradidit chananeo. Foꝛtitudo et decoꝛ indumentũ eius: et ridebit in die nouiſſimo. Os ſuum aperuit ſapiẽtie: et lex clemẽtie in lingua eius Con

ſiderauit ſemitas domus ſue: et panem ocioſa nō comedit. Surrexerunt filie eius: et beatiſſimā predicauerūt: et vir eius laudauit eā. Multe filie congregauerūt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas. Fallax gratia: et vana eſt pulchritudo. Mulier timens dominum: ipſa laudabitur. Date ei de fructu manuū ſuarū: et laudent eā ī portis opera eius. Gr. Propter veritatē ⁊ māſuetudinē ⁊ iuſticiā: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et īclina aurē tuā q̄a ↄcupiuit rex ſpeciē tuā. Alla. ℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis propterea bn̄dixit te deus ī eternum. Sequentia

Mulier laudabilis: fortis / caſta parens: mulieris ſterilis / opprobrio carens. Hec fructum triceſimum / dedit cōiugata: ſed et ſexageſimum / viro viduata. Que ī fortitudine / lumbos caſtigauit: nunq̄ carens lumine / manu roborauit. Cuius honorabilis nuptus mundus luctus fuit: venerabilis etiā ſenectus. Ut ſacro eloquio patet / erit minime digna ponderatio / cōtinētis anime. Dilexit ſilentium / dicens q̄ neſciuit: nec vnq̄ dominiū / in virū queſiuit. Hec non eſt de viduis: luxu ſecli mortuis / bonum operata. Obſecrationibus: et orationibus / ſemper occupata. Recepit hoſpitio: vagos quam ablutio pedum commendauit. Et quos tribulatio: preſſit hos ſubſidio / ſancto recreauit. N. ſancta veneranda: cuius feſta recolenda / redierūt annua. Caſta prudens et fidelis impetrare nobis velis: gaudia perpetua. Amē. Uacāte Alla Tractꝰ

Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea bn̄dixit te deus in eternū. ℣. Accīgere gladio tuo: circa femur tuū potētiſſime. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: ītēde pſpere pcede et regna. Euāge. Simile eſt regnū celorum theſauro abſcondito in agro. vts de vna v̄gine. Offr. Diffuſa eſt gr̄a ī labiis tuis: ppterea benedixit te deus in eternū. Secreta

Accepta tibi domine ſit ſacre plebis oblatio pro tuorum honore ſanctorum: quorū ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxiliū. Per. Cōio. Simile eſt regnum celorū hoī negociatori q̄renti bonas margaritas: īuēta vna precioſa margarita: dedit omnia ſua et comparauit eam. Complenda.

Satiaſti dn̄e familiā tuā mūneribꝰ ſacris: eiꝰ q̄s ītervētiōe nos refoue: cuiꝰ ſolēnia celebramꝰ. P.

¶ Plurimarum v̄ginū. Introitꝰ

Gaudeamus oēs in dn̄o / diē feſtū celebrātes: ſub honore ſctārū virginū / de quarū ſolennitate gaudēt āgeli: et collaudāt filiū dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonū dico ego opera mea regi. Collecta.

Deus q̄ nos ī tātis periculis conſtitutos pro hūana ſcis fragilitate nō poſſe ſubſiſtere: da nobis p merita ſctārū virginū N. et N. ſalutē mētis et corpis: vt ea que p pctīs nr̄is patimur: te adiuuāte vincamus. Per do. Epiſtola Domine deus. vts vnius virginis Gr. Specie tua ⁊ pulchritudine tua

intēde pſpere pcede et regna. ℣. Pro pter veritatē et māſuetudinē ⁊ iuſticiā et deducet te mirabiliter dextera tua Alla. ℣. Diffuſa eſt grā i labiis tu is: propterea bñdixit te de⁹ in eternū. Sequentia. Virginis venerande Tractus. Qui ſeminant. Euangeliū. Simile eſt regnū celorum theſauro. oīa vtſ vnius vginis. Offer. Offerent regi virgines poſt eam proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Concede q̄ſ oñs deus: vt huius ſacrificij munus oblatum: fragilitatē noſtrā ab omni malo purget ſemper et muniat et ſanctarum virginū N. et N. preci bus et meritis a preteritis delictis nos exuat ⁊ futuris. Per dominū Cōio Simile eſt regnū celorū hoi negociatori q̄renti bōas margaritas: inuenta vna precioſa margarita/ dedit oīa ſua et cōparauit eā. Cōplenda.

Munera tua nos domie ſupplicatione ſanctarū virginum N. et N. et a terrenis delectationibus expediant: et celeſtibus nos ſemper inſtruant alimentis. Per dominū. Lectio libri ſapientie. Eccleſiaſtici. xxiiij.

Sapientia laudabit animā ſuam: et in deo honorabit et in medio populi ſui gloriabitur Et in eccleſijs altiſſimi aperiet os ſuū: et in conſpectu virtutis illius gloriabit: et in medio populi ſui exaltabitur: et in plenitudine ſancta admirabitur: et in multitudine electorū habebit laudē: et inter benedictos benedicetur dicens. Ego ex ore altiſſimi prodiui: primogenita ante omnē creaturam. Ego quaſi libanus nō inciſus vaporaui habitationē meam: et quaſi balſamum non mixtum/ odor meus. Et quaſi therebintus expādi ramos meos: et rami mei honoris et gratie. Ad corinthios. ſecunde. x. et xj.

Fratres. Qui gloriatur in domino glorietur. Nō eni qui ſeipſum cōmendat/ ille probatus eſt: ſed quem deus cōmendat. Utinā ſuſtineretis modicū quid inſipientie mee: ſed et ſupportate me. Emulor enim vos dei emulatione. Deſpōdi enim vos vni viro virginem caſtā: exhibere chriſto. Lectio libri ſapiētie. Eccl'ia. vltio.

Confitebor tibi domine rex: et collaudabo te deū ſaluatorē meū. Confitebor noī tuo/ qm̄ adiutor et protector factus es michi: et liberaſti corpus meū a perditione. A laqueo lingue iniq̄ et a labijs operantium mendacium. Et in conſpectu aſtantiū factus es michi adiutor: et liberaſti me ſecundum multitudinem miſericordie noīs tui. A rugientibus preparatis ad eſcam/ de manibus querentiū animā meam: et de multis tribulationibus que circundederunt me. A preſſura flamme que circundedit me: et in medio ignis non ſum eſtuatus. De altitudine ventris inferi/ et a lingua coinquinata et a verbo mēdacij. A rege iniquo: et a lingua iniuſta. Laudabit vſq̄ ad mortem anima mea dñm: et vita mea appropinquans erat in inferno deorſum. Circūdederunt me vndiq̄: et non erat qui adiuuaret. Reſpiciens eram ad adiutoriū meum: et non erat. Me

moꝛata ſum misericoꝛdie tue do=
mine/et cooperatiõis tue: que a ſe=
culo ſunt. Quoniã eruis ſuſtinen=
tes te domine/ ⁊ liberas eos de ma
nu anguſtie: domine deus noſter.

¶ Ad coꝛinthios. j. vij.

FRatres. De ỽginibus pꝛe=
ceptum domini nõ habeo:
conſiliũ autem do/ tanꝗ miſericoꝛ
diam cõſecutus a deo / vt ſim fide=
lis. Exiſtimo enĩ hoc bonũ eſſe pꝛo
pter inſtantem neceſſitatẽ: quoni=
am bonum eſt homini ſic eſſe. Al=
ligatus es vxoꝛi: noli querere ſolu
tionem. Solutus es ab vxoꝛe: no=
li querere vxoꝛem. Si autẽ accepe=
ris vxoꝛẽ: non peccaſti. Et ſi nupſe
rit virgo: nõ peccauit. Tribulatio
nem tamen carnis habebunt hu=
iuſmodi. Ego autem vobis parco
Hoc itaqꝫ dico fratres tempus bꝛe=
ue eſt. Reliquũ eſt vt et qui habent
vxoꝛes/ tanꝗ non habentes ſint: ⁊
qui flent / tanꝗ non flentes: et qui
gaudent/ tanꝗ non gaudentes: et
qui emunt/ tanꝗ non poſſidentes
et qui vtũtur hoc mundo/ tanꝗ nõ
vtantur. Pꝛeterit enim figura hu
ius mundi. Uolo autem vos ſine
ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxoꝛe eſt
ſolicitus eſt que domini ſunt/ quo=
modo placeat deo. Qui autẽ cum
vxoꝛe eſt: ſolicitus eſt que ſunt mũ
di/ quomodo placeat vxoꝛi: et diui
ſus eſt. Et mulier innupta et ỽgo
cogitat que domini ſunt: vt ſit ſã=
cta coꝛpoꝛe et ſpiritu. In chꝛiſto ie=
ſu: domino noſtro.

¶ In dedicatiõe eccl'ie. Introitus.




TErribilis eſt locus
iſte hic domꝰ dei eſt
et poꝛta celi. ⁊ voca
bitur aula dei. ps.
Quam dilecta taber
nacula tua domĩe vir
tutum: ꝯcupiſcit et deficit anima mea
in atria domini Gloꝛia pꝛi. Collecta.

DEus qui nobis per ſingu=
los annos huius ſãcti tem
pli tui cõſecrationis reparas diem
et ſacris ſẽper myſterijs repꝛ̃ſentas
incolumes: exaudi pꝛeces populi tui
et pꝛeſta: vt quiſquis hoc templũ
beneficia petiturus ingredit̃: cun=
cta ſe ĩpetraſſe letetur. P ¶ Lectõ li
bꝛi apocalipſis bti iohis apl'i. xxj.

IN diebus illis. Uidi ciuita=
tem ſãctam hieruſalẽ nouã
deſcẽdentẽ de celo: a deo paratam/

ſicut ſponſā oꝛnatam viro ſuo. Et
audiui vocem magnā: de thꝛono
dicentē. Ecce tabernaculū dei cum
hominibus: et habitabit cum eis.
Et ipſi populus eius erunt: et ipſe
deus cum eis erit eoꝛū deus Et ab
ſterget deus omnem lachꝛymā ab
oculis eoꝛū. Et moꝛs illi vltra non
erit/ neqꝫ luctus/ neqꝫ clamoꝛ/ neqꝫ
doloꝛ erit vltra: q̄ pꝛima abierunt
Et dixit q̄ ſedebat in thꝛono. Ecce
noua facio oīa. Gr. Locꝰ iſte a deo
factus eſt ieſtimabile ſacramentū/ irre
pꝛehēſibilis eſt. ℣ Deus cui aſtat āge
loꝛū choꝛus: exaudi pꝛeces ſeruoꝛū tuo
rū. Alła. ℣ Uox exultatiōis et ſalu-
tis: in tabernaculis iuſtoꝛū. Seq̄ntia

Pſallat eccł'ia mater illiba-
ta/ et ℣go ſine ruga honoꝛē
huius eccleſie Hec domus aule ce
leſtis ꝓbatur particeps In laude
regis celoꝛū/ et cerimoniis. Et lu
mine continuo/ emulās ciuitatē ſi
ne tenebꝛis. Et coꝛpoꝛa i gremio
cōfouēs aīarum: que in celo viuūt
Quā dextera pꝛotegat dei. Ad
laudē ipſius diu. Hic nouā pꝛolē
gratia/ parturit fecūda ſpū ſācto.
Angeli ciues viſitant hic ſuos/ et
coꝛpus ſumitur ieſu Fugiūt vni
uerſa coꝛpoꝛis nocua. Pereūt pec-
catricis aīe crimia. Hic vox leticie
pſonat. Hic pax et gaudia redun-
dāt. Hac domo trinitati/ laus et
glła ſemper reſultāt. Alia ſeq̄ntia

Rex ſalomon fecit templum
cuius inſtar et exemplū chꝛi
ſtus et eccł'ia. Huius eſt hic impe-
ratoꝛ/ fundamentū et fūdatoꝛ: me
diante gratia. Quadꝛi templi fū
damēta/ marmoꝛa ſunt inſtrumē
ta: parietū paria Candēs flos eſt
caſtitatis/ lapis quadꝛus in pꝛela-
tis: ℣tus et conſtātia. Longitu-
do/ latitudo/ templiqꝫ ſublimitas.
Intellecta fide recta: ſunt fides/
ſpes caritas. Sed tres partes ſūt
in tēplo/ trinitatis ſub exēplo: ima
ſūma/ media Ima ſignat viuos
cunctos/ et ſecūda iam defunctos:
rediuiuos tertia. Sexagenos q̄qꝫ
per ſe/ ſed ⁊ partes vniuerſe: habēt
lati cubitos Harū trium tres con
uentus/ trinitati dant concentus:
vnitati deditos. Tēpli cultus ex-
tat multus/ cynamomus odoꝛ do
mus: myꝛra ſtactis caſia Que bo
noꝛū decus moꝛū/ atqꝫ bonos pꝛe-
cum ſonos: ſunt ſignificātia. In
hac caſa cuncta vaſa/ ſunt ex auro
de theſauro: ꝑelecto penitus. Nā
magiſtros et miniſtros/ decet do-
ctos et excoctos: igne ſācti ſpiritus
Sic ex bonis ſalomonis/ que rex
dauid ꝑparauit: fiūt edificia. Nā
in lignis rex inſignis/ iuuit tyꝛi cu
ius viri: tractant edificia. Nam
ex gente iudeiſqꝫ/ ſicut templū ab
vtriſqꝫ: conditur eccleſia. Chꝛiſte
qui hanc et hos vnis/ lapis huic et
his cōis: tibi laus et gloꝛia. Amen xix.

Secundum Lucam.

In illo tempoꝛe. Egreſſus ie
ſus perābulabat hierico. Et
ecce vir nōie zacheus: ⁊ hic erat pꝛi
ceps publicanoꝛū: et ipſe diues. Et
querebat videre ieſum quis eſſet: ⁊
non poterat pꝛe turba: q̄a ſtatura
puſillus erat. Et pꝛecurrens aſcen
dit in arboꝛē ſycomoꝛū/ vt videret
illum. quia inde erat tranſiturus.
Et cum veniſſet ad locū ſuſpiciens
ieſus vidit illū. et dixit ad eum. za-
chee feſtinans deſcēde. quia hodie

in domo tua oportet me manere.
Et feſtinans deſcẽdit: et excepit il-
lum gaudẽs. Et cũ viderẽt om̃es
murmurabãt dicẽtes: ꝙ ad hoiẽ
peccatorẽ diuertiſſet. Stans autẽ
zacheus: dixit ad dñm. Ecce dimi
diũ bonorũ meorũ dñe/ do paupe
ribus: et ſi quid aliquẽ defrauda-
ui: reddo quadruplũ Ait ieſus ad
eum Quia hodie ſalꝰ huic domui
facta eſt: eo ꝙ ⁊ ipſe filius ſit abra
he. Uenit enĩ filius hominis que-
rere/ et ſaluũ facere: qđ perierat.
Credo. Offr. Domĩe deus in ſim
plicitate cordis mei letus obtuli vni-
uerſa: et populus tuus qui repertus
eſt vidit cum ingenti gaudio/ deus iſ
rael cuſtodi hãc voluntatẽ. Secreta
Annue q̃s dñe precibus no
ſtris: vt quicũq; intra tem
pli huius cuius anniuerſariũ de-
dicationis diẽ celebramꝰ ambitũ
continemur: plena tibi atq; perfe
cta corporis ⁊ anime deuotiõe pla
ceamus: vt dum hec preſentia vo
ta reddimus: ⁊ ad eterna premia
te adiuuante peruenire mereamur
Per. Prefa. de ſctã trinitate Cõio
Domus mea domꝰ orõnis vocabit
dicit dñs: in ea oĩs qui petit accipit: et
qui querit inuenit: ⁊ pulſãti aperietur.
Deus qui eccleſiã Complẽ.
tuã ſponſã vocare digna-
tus es: vt que habet gratiã per fi-
dei deuotionẽ haberet etiã ex noĩe
pietatẽ: da vt omnis hec plebs no
mini tuo ſeruiẽs: huius vocabuli
conſortio digna eſſe mereat᷑: et ec-
cleſia tua in templo cuius ãniuer
ſarius dedicatiõis dies hodie cele
bratur/ tibi collecta/ te timeat/ te
diligat/ te ſequatur: vt dum ingi-
ter per veſtigia tua graditur: ad
celeſtia promiſſa te ducente perue
nire mereatur. Per dñm. ¶ In
dedicatione altaris. Introitus.
Dixit dñs/ ſermões
mei quos dedi ĩ os
tuũ/ non deficient
de ore tuo: adeſt ei
nomen tuũ: ⁊ mu
nera tua accepta
erunt ſuper altare meũ. Ps. Dñe
exaudi orationẽ meam: et clamor meꝰ
ad te veniat. Gloria patri. Collecta
Omñs ſẽpiterne deus altare
hoc nomĩ tuo dedicatũ/ cele
ſtis virtutis bñdictione ſanctifica
et oĩbus in te ſperantibus auxilij
tui munus oſtẽde: vt hic et ſacra-
mẽtorũ virtus/ et votorũ obtinea
tur effectꝰ P. Lectõ yſaie pphẽ. xix
Hec dicit dñs. In die illa de-
feretur muuus dño deo ex
ercituũ: ⁊ rex fortis dñabitur eoꝶ
In die illa erit altare dño in me-
dio terre: ⁊ cognoſcetur dñs: et co
lent eum in hoſtijs/ et in muneri-
bus: et vota vouebũt dño/ et ſol-
uent. Et reuertẽtur ad dñm ⁊ pla
cabitur eis: et ſanabit eos. In die
illa erit iſrael benedictio ĩ medio
terre: cui benedixit dñs deus exer-
cituũ dicens. Bñdictus ppl's meꝰ
et opus manuũ mearũ: et heredi-
tas mea iſrael. Dicit dñs: omni-
potens. Gr. Exultabũt ſãcti in glo-
ria: letabũtur in cubilibus ſuis V. Cã
tate dño canticũ nouũ: laus eius in ec
cleſia ſanctorũ. Alla. V. Uox exul-
tatiõis ⁊ ſalutis: ĩ tabernaclis iuſtorũ
Seqñ. nõ cantat᷑. S. Lucã. vj.
In illo tempore Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Non eſt ar-

boꝛ bona / q̃ facit fructus malos : neqꝫ arboꝛ mala faciens fructum bonũ. Unaqueqꝫ enim arboꝛ / de fructu ſuo cognoſcitur. Neqꝫ enĩ de ſpinis colligũt ficus: neqꝫ de rubo vindemiãt vuã Bonus homo de bono theſauro coꝛdis ſui ꝓfert bonũ: et malꝰ homo de malo theſauro / pꝛofert malũ. Ex abundãtia enĩ coꝛdis os loquit͛ Quid aũt vocatis me dñe dñe: et nõ facitis q̃ dico? Omnis qui venit ad me / ⁊ audit ſermones meos / et facit eos oſtendam vobis cui ſimilis ſit Similis eſt homini edificãti domũ: qui fodit in altum / et poſuit fũdamentũ ſupꝛa petrã. Inũdatione autem facta illiſum eſt flumẽ domui illi: et non potuit eam mouere. Fundata enim erat ſupꝛa petram. Credo. Offr̃. Stetit angelus iuxta aram tẽpli / habẽs thuribulum aureum in manu ſua: ⁊ data ſũt ei incẽſa multa: et aſcẽdit fumus aromatũ in conſpectu dei allã. Secreta

Deſcendat q̃s dñe deus noſter ſpiritus tuus ſanctus ſuper hoc altare: qui et populi tui dona ſanctificet: et ſumentiũ coꝛda purificet. Per eiuſdem. Pꝛefa. de Trinitate. Cõio Paſſer inuenit ſibi domũ / et turtur nidum vbi reponat pullos ſuos: altaria tua dñe virtutum / rex meus et deus meus: beati qui habitant in domo tua / in ſeculum ſeculi laudabunt te. Complen.

Omĩps ſẽpiterne deus: qui legalium differẽtias hoſtiaꝝ vnius ſacrificij perfectione ſanxiſti: reſpice ꝓpicius de thꝛono gl̃ie tue: et ſup hoc altare bñdictionis tue munus effũde: vt in eo ſic tempoꝛales hoſtie cõſecrentur: vt perpetue vite / ſumentibus pꝛocurẽt ſubſtantiam. Per. ¶. In commemoratiõe ſcti Martini. Introitꝰ.



Statuit ei dñs teſtamentũ pacis et pꝛincipẽ fecit euz: vt ſit illi ſacerdotij dignitas i eternũ. Ps. Mias domini: in eternũ cantabo. Gloꝛia pr̃i. Colla.

Concede q̃s omnipotẽs deꝰ: vt beati martini cõfeſſoꝛis tui atqꝫ põtificis frequẽtata ſolennitas: ad perpetuã nobis pꝛoficiat ſalutẽ: et quem ſepius veneramur in terris: ſemper habeamus patronum in celis. Epła. Ecce ſacerdos magnꝰ. vt s̃ fo. ix. Gr. Iurauit dñs et non penitebit eũ / tu es ſacerdos in eternũ: ſcd̃m oꝛdinẽ melchiſedech V. Dixit dñs dño meo ſede a dextris meis. Alla. Vꝰ. Statuit dñs btõ martio teſtamentũ eternũ ⁊ dedit illi ſacerdotiũ magnũ. Sequẽ

Gaude ſyon que diem recolis: qua martinus compar apoſtolis: mundum vincens iunctus celicolis coꝛonatur Hic martinus pauper et modicus / ſeruus pꝛudẽs fidelis villicus: celo diues ciuis angelicus ſublimatur Hic martinus qui cathecuminus / nudum veſtit et nocte pꝛotinus inſequenti hac veſte dominus / eſt ĩdutus. Hic martinus ſpernẽs militiam / inimicus inermis obuiã ire parat baptiſmi gratiam / aſſecutus. Hic martinus dum offert hoſtiam / intus ardet per dei gratiam: ſuperſedẽs apparet etiam /

globus ignis Hic martinus qui
celum reſerat/mari preeſt ⁊ terris
imperat: morbos ſanat ⁊ mōſtra
ſuperat/vir inſignis. Hic marti
nus nec mori timuit/ nec viuendi
laborem ſpreuit: ſicqꝫ dei ſe totuz
tribuit/volūtati. Hic martinus
qui nulli nocuit / hic martin⁹ qui
cunctis profuit: hic martinus qui
trine placuit/maieſtati O marti
ne paſtor egregie/ o celeſtis cōſors
militie: nos a lupi defendas rabie
ſeuictis. O martine fac nunc qđ
geſſeras / deo preces ꝓ nobis offe-
ras: eſto memor quā nunqꝫ deſe-
ras/tue gentis. Amē. Euā. Sint
lūbi veſtri pcincti. vts fo. ix. Offr.
Veritas mea et mīa mea cū ipſo: et in
nomine meo exaltabitur cornu eius.
Hec oblatio q̄s do Secreta.
mie quā iterata beati mar
tini confeſſoris tui atqꝫ pontificis
feſtiuitate/tue offerimus maieſta
ti: nobis proſit ad indulgentiam
vt per eā a noſtris liberemur pec-
catis: et ſacris altaribus aſtare di
gni efficiamur. Per dñm. Cōio.
Sint lumbi veſtri precincti: ⁊ lucerne
ardētes in manibus veſtris. Compl.
Sacramēta domine que ſū-
pſimus/beato martino cō-
feſſore tuo atqꝫ pōtifice intercedē-
te: ab omni nos aduerſitate defē-
dant: et perpetua proſperitate ti-
bi deo ſoli ſeruire concedant. Per
dominum. ¶ Sequuntur miſſe
votiue/ſiue cōmunes: quarum li-
cet alique certis diebus ſint apta-
te: poſſunt tamen et in aliis feriis
vacantibus (quando deuotio ad
hoc mouet) teneri. ¶ Dñicis die-
bus de Trinitate. Introitus.






Benedicta ſit ſc̄a-
cta trinitas/ at-
qꝫ indiuiſa vni-
tas: cōfitebimur
ei/ qa fecit nobiſ
cum miam ſuā
Ps. Bñdicamus
patrē et filiū: cum ſancto ſpū. Gloria
pri Kyrieleyſō. Gl'ia in ex. Colla
Omnipotēs ſempiterne de⁹:
q̄ dediſti nobis famulis tu-
is in confeſſione vere fidei eterne
trinitatis gloriā agnoſcere: et in
potentia maieſtatis adorare vni-
tatem: q̄s vt eiuſdē fidei firmita-
te: ab oībus ſemp muniamur ad
uerſis. Per. Ad corīthios. ij. xiij.
Fratres. Gratia dñi noſtri
ieſu chriſti/et charitas dei.
cōmunicatio ſcti ſpiritus: ſit ſem-
per cum omnibus vobis: amen.
Vel dicitur epła vts in feſto trini-
tatis. O altitudo. &c. folio xciii.
Grad. Benedictus es dñe qui itue-

ris abyſſos: et ſedes ſuper cherubin ℣ Benedicite deũ celi: quia fecit nobiſcum miſericordiã ſuam. Alla. ℣ Verbo domini celi firmati ſunt: ⁊ ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Vel Alla vtſ in feſto trini. Seqn.

Benedicta ſemper ſancta ſit trinitas: deitas ſcilicet vnitas coequalis gloria Pater / filiꝰ ſctũs ſpiritus: tria ſunt noĩa: oĩa eadem ſubſtãtia. Deus genitor deus genitus: ĩ vtroqꝫ facer ſpũs / deitate ſocius. Non tres tamen dij ſunt / deus verus vnus eſt: ſic pater dñs / filius ſpirituſqꝫ ſãctus Ipẽ tamẽ filius deus verus vnꝰ et preclarus itaqꝫ ſpũs / ab vtroqꝫ emanat. Proprietas in perſonis vnitas eſt et in eſſẽtia. Maieſtas par ⁊ poteſtas: decus / honor eque per oĩa. Sydera maria cõtinẽs arua: ſimul et vniuerſa condita. Quẽ tremunt ĩpia tartara: colit quoqꝫ quẽ et abyſſus ĩfima Quẽ laudant ſol atqꝫ luna: dignitas adorat angelica. Nunc oĩs vox atqꝫ lingua: fateatur hunc laude debita. Et nos voce pcelſa: nunc oẽs modulemur organica cãtica / dulci melodia. Eya et eya / nunc ſimul iubilemus: altithrono dño laudes ĩ excelſis. O venerãda trinitas O adorãda vnitas Per te ſumꝰ creati / vera eternitas. Per te ſumꝰ redẽpti / ſũma tu caritas. Populũ cunctũ tu protege: ſalua / libera / eripe / et munda. Te adoramus oĩpotens: tibi canimꝰ tibi laus et gloria / per infinita ſecula ſeculor. Amen. ¶ In tẽpore paſchali. Alla. ℣. In die reſurrectionis mee dicit dominus: precedam vos in galieam. ¶ Inter aſcẽſionẽ et penthecoſtẽ. Alla. ℣. Nõ vos relinquã orphanos: vado ⁊ venio ad vos: et gaudebit cor veſtrũ. ¶ Per octa. pẽtheco. Alla. ℣. Veni ſãcte ſpiritus: reple tuorũ corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende. Proſa vtſ Et ita in alijs miſſis niſi aliud ſignetur In lxx. Tractꝰ.

O Beata vera ſũma ſẽpiterna trinitas: pr̃ et filius: ⁊ ſpũs ſctũs ℣. Tibi laus: tibi glĩa: tibi gratiarũ actio: nũc et ſẽper. ℣. Te iure laudãt te adorant et glorificãt oẽs creature: miſerere nobis. Sc̃dz iohãnẽ. xv.

In illo tẽpore Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Cum venerit paraclitus quẽ ego mittã vobis a patre / ſpiritũ veritatis qui a pr̃e procedit: ille teſtimoniũ perhibebit de me: ⁊ vos teſtimoniũ perhibebitis / quia ab initio mecũ eſtis. Hec locutus ſũ vobis / vt nõ ſcandalizemini: abſqꝫ ſinagogis facient vos. Sed venit hora: vt omnis q̃ interficit vos / arbitretur obſequiũ ſe pſtare deo Et hec facient vobis: quia non nouerũt patrem neqꝫ me. Sed hec locutꝰ ſũ vobis vt cum venerit hora eorũ: reminiſcamini q̃a ego dixi vobis. Credo. Offr. Bñdictus ſit deus pater: vnigenituſqꝫ filius ſctũs quoqꝫ ſpũs quia fecit nobiſcũ mĩam ſuã. Secre.

Sanctifica q̃s dñe deꝰ noſter p vnigeniti tui virtutẽ huius oblatiõis hoſtiã / et cooperãte ſpũ ſãcto per eam noſmetipſos tibi pfice munus eternũ. P. Prefa. Qui cũ vnigenito. Cõio. Bñdicimus deũ celi: et corã oĩbus viuẽtibus confitebimur ei: quia fecit nobiſcum

miſericordiam ſuam. Complenda.

PRoficiat nobis ad ſalutẽ corporis et anime domine deus huius ſacramẽti ſuſceptio: et ſempiterne ſctẽ trinitatis eiuſdẽq; indiuidue vnitatis cõfeſſio. P.

¶ Feria ij. de angelis. Introitus



ADorate deũ omnes angeli eius/ audiuit et letata eſt ſyon: et exultauerũt filie iude. ps. Dominus regnauit exultet terra: letẽtur inſule multe. Gl'ia patri. Gloria in excel. ꝟ2 Collecta



PErpetuũ nobis dñe tue miſerationis preſta ſubſidiũ: quibus et ãgelica pſtitiſti ſuffragia non deeſſe. Per dñm noſtrũ. Lectio libri apoca. beati iohannis apoſtoli. xix.

IN diebus illis. Dixit mihi ãgelus. Scribe. Beati qui ad cenã nuptiarũ agni vocati ſũt Et dixit mihi. Hec verba vera ſũt Et cecidi ad pedes eius vt adorarẽ eum. Et dixit mihi. Uide ne feceris: cõſeruus enim tuus ſum: et fratrum tuorum habentiũ teſtimoniũ ieſu/ deum adora. Grad. Benedicite dominum omnes angeli eius: potẽtes virtute qui facitis verbum eius. ꝟ. Benedic anima dominum: et omnia interiora mea nomen ſanctũ eius. Alleluya. ꝟ. Laudate deum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Poſt ſeptuageſimam. Tractus.

QUi confidunt in domino ſicut mons ſyon: nõ cõmouebitur in eternum: qui habitat in hieruſalẽ. ꝟ. Montes in circuitu eius: et dñs in circuitu populi ſui: ex hoc nũc et vſq; in ſeculum. Scdm Johannẽ. v.

tacita / ꝟba q̄ ſint inſolita: medi=
tatur. Et cū ille tradidit: modū
illa credidit / ſicqꝫ ſacro flamine.
Mox verbū cōcipitꝛ: et qđ nunq̄
clauditꝛ / cōditur in ꝟgine. Ecce
virgo ſingularis: quanta laude
ſublimaris / quanta fulges gl̄ia
Nos ergo ſic tuearis / vt fructu
quo gl̄iaris: fruamur in patria.
Amen. Euāge. Liber gn̄a. vt in

nati. vgis marie viij. ſeptēbris.
Credo. Vr. Offr. Felix nāqꝫ es ſa
cra virgo maria ⁊ omī laude digniſ-
ſima: quia ex te ortus eſt ſol iuſticie
chriſtus deus noſter. Secreta.
Pater infinite mie vnigeni
tū tuū in preſētatione btē
ſemp vginis marie tibi offerēdo
pſentamus/ſuppliciter exorātes
vt per hāc oblationē a celi agmi-
nibꝰ/tibi preſētari mereamur. P
Prefa. Et te in pſentatiōe. Coio.
Beata viſcera marie virginis: que
portauerūt eterni pris filiū Compl.
Sacramēta que ſūpſimus
dñe btē marie ſemper vir-
ginis interceſſione nos ſaluent:
que deuotione ſui puriſſimi cor-
dis acceptabile tibi ſacrificiū iu-
giter imolauit. Per. De ſācta
anna matre virginis. Introitꝰ.



audeamꝰ oēs
in dño/diem fe
ſtū celebrātes/
in honore āne
matris marie
de cuius ſolēni
tate gaudēt ā-
geli et collaudāt filiū dei. Ps. Eru
ctauit cor meū verbū bonū: dico ego
opera mea regi. Gloria pri. Colla.
Deus qui btē anne vt ma-
ter ſācte dei genitricis effi
ci mereret tribuiſti cōcede propiti
us: vt vtriuſqꝫ pcibus tā matris
ꝙ filie/celeſtia regna ꝯſequamur
Per eūd. Epla. Ego quaſi vitis.
Reqre in nati. virgi. marie viij.
Septēbris. Grad. Diffuſa eſt gra
tia in labiis tuis: propterea bñdixit
te deus in eternū. V. Propter verita
tem et māſuetudinē et iuſticiam: et
deducet te mirabiliter dextera tua.
Alla. V. O radix viua mire pieta
tis oliua/ de qua cūctorum proceſſit
origo bonorū: tu nos anna pia bene
dic cum prole maria. Sequentia.
Teſtamēto veteri: anna fu
it genita/⁊ de ſtirpe regia
Hec matrona nobilis: diu fuit
ſterilis/in magna triſticia. Cui
fructū cōtulit: ⁊ ſic luctū abſtulit
diuina clemētia. Patriarchis edi
ta: anna luce pdita/ in perhenni
gl'ia. Te pcamur inclita vt p tua
merita/ nobis detur gr'a. An-
na parēs labe carēs/rubens roſa
ſpecioſa: florens inter lilia. Ma
trē chriſti genuiſti/ tua prece nos
a nece/tuearis noxia. Ecce lucis
officina/ egris ſpes et medicina:
tua proles eſt regina in celeſti pa
tria. Ipſa cūctis iam plata/per
te ſumens hec pcata: nr'a fiat ad-
uocata/in dei preſentia. Amen
dicant oīa. Euāg. Liber genera
tionis. Reqre in nati. btē Marie
viij. ſeptēb. Offr. Recordare mat
anna dū ſteteris in ꝯſpectu dei vt lo
quaris pro nobis bona: et vt auer-
tat idignationē ſuā a nobis. Secre
Deus qui de regio ſemine
beate anne mundū gr'a/
celū gloria repleuiſti: da nobis in
eiuſdē filie fructu vētris benedi-
cto ſpūaliter refici/ et eternaliter
epulari. Per eūdē. Coio. Dilexiſti
iuſticiā ⁊ odiſti iniquitatē propterea
vnxit te deus deus tuus. Cōplēda.
Deus q̄ glorioſā annā pre-
electe genitrici tue gēitri-
cē beatiſſimā elegiſti da nobis in
electorum tuorum conſortio de
vtriuſqꝫ gloria tuam miam eter

naliter collaudare. Qui viuis.
¶ De ſancto Ioſeph patriarcha
Ad miſſam. Introitus.
IOſeph fili dauid
ne timeas accipe=
re mariã coniugẽ
tuã: qđ eni in ea
natũ eſt / de ſpiri=
tu ſancto eſt. ps.
Uxoꝛ tua ſicut vitis abundãs: in la
teribus domus tue Glia pri. Colla
DEus qui beatũ ioſeph ad
obſequendũ beate marie
virgini ſuoqꝫ pꝛedilecto paruulo
fidelem miniſtrũ deputaſti: libe=
ra nos q̃s ab immũdicijs carnis
et ſpiritus / vt cum veſte nuptiali
ad conuiuiũ tue celeſtis dulcedi=
nis / intrare mereamur. Per eun
dem. Epla. Iuſtum deduxit In
coi fo. iiij. Grad. Ioſeph filius da
uid cũ eſſet iuſtus: et nollet mariã de
ſponſatam ſibi vxoꝛẽ traducere: co=
gitauit occulte dimittere eam. ṽ.
Ne timeas ait angelus illi mariam
coniugẽ tuã. Alla. ṽ. Ioſeph pa
ter inclite: duc nos recto tramite ad
celi palacia: per ieſũ quẽ cõtrectaſti
et pꝛeſepe reclinaſti / pꝛeſẽte puerpera
GAude ioſeph fili Seqntia
dauid / quẽ tam magno de
coꝛauit: deus pꝛiuilegio. Ut ſis
ſue matri cuſtos / cõſignatus iter
iuſtos: certo dei nũcio Matri cu
ſtos es donatꝰ / tu de regũ ſtirpe
natꝰ: ſimul et põtificũ. Ioſeph
ieſu nutricius / dauidqꝫ cõſangui
neus: hoc genꝰ magnificũ. Ma
gnus honoꝛ ioſeph datur / cũ ma
rie deſpõſatᷓ: genitrici grẽ. Uir=
ginitatẽ tenuit / ꝑ ipſã clarus cla
ruit: in virtutũ acie. Ioſeph iu-
ſtus viſione / nec non allocutione
ſolatᷓ ãgelica. Qui chꝛiſtus obe=
diuit / vnde ioſeph acquiuit: ma=
gna dona celica Ioſeph iuſte io
ſeph pie / ioſeph defẽſoꝛ marie: at
qꝫ dux celeſtis vie / impetres vt oi
die: viuamus chꝛiſtianiter. Et
a malo ꝓtegamur / et hinc ire me
reamur: vbi luce coutamur: atqꝫ
dei perfruamur facie perẽniter.
Amẽ. Euã. Cum eſſet deſpõſata
Require in vigilia nati. dñi. fo. vj.
Offꝛ. Surge ioſeph accipe puerũ
et matrem eius et fuge in egyptum
et eſto ibi vſqꝫ dum dicam tibi: futu
rum eſt eni vt herodes querat pue=
rum: ad perdendũ eum. Secreta.
DEus qui dediſti nobis re=
gale ſacerdotiũ: pꝛeſta q̃s
vt ſicut beatus ioſeph vnigeni=
tum tuum natũ de virgine ſuis
manibus reuerenter concrectare
meruit et poꝛtare: ita nos facias
cum coꝛdis mũdicia et operis in=
nocẽtia / tuis ſacris altaribus de
ſeruire. Per eundẽ. Coio. Tolle
puerum et matrem eius / et vade in
terram iuda: defũcti ſunt enim qui
querebant animã pueri. Cõplẽda.
DEus qui beatũ ioſeph ſã=
ctoꝛum patrũ meritis coe
quaſti: pꝛeſta q̃s: vt hijs ſacrifi=
cijs adiuti / iter filios tue benedi=
ctionis in libꝛo vite celeſtis anno
tari mereamur. Per. ¶ Sed in
obitu ſãcti ioſeph qui eſt xiiij. kl.
apꝛilis dꝛ officiũ iſtud. Introitꝰ.
IUſtus vt palma flo=
rebit: ſicut cedꝛus li=
bani multiplicabit:
plantatꝰ i domo dñi
in atrijs domus dei

noſtri. ps. Bonum eſt confiteri dño et pſallere noĩ tuo altiſſime. Glia pri

Deus q̃ nos annua Colla. beati ioſeph alũnis et alitoris vnigeniti tui dñi noſtri ieſu chriſti ſolennitate letificas: concede q̃s: vt cui ille corporali preſẽtia fideliter deſeruiuit / eiuſdem nos ppetue diuinitati mereamur adiungi. Per eundẽ dñm. Epla. Juſtum deduxit dominus. In cõi folio. iiij. Grad. Domĩe preueniſti eũ in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronã de lapide precioſo. ℣. Uitam petiit et tribuiſti ei: longitudinẽ dierum in ſeculum ſeculi Tractus. Deſiderium anime eius. In cõi folio iij. Euange. Cum eſſet deſponſata mater ieſu maria. Require ĩ vigilia natiui. domini fo. vj. Offer. Gloria et honore coronaſti eum et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum dñe. Secreta.

Suſcipe domine ꝓpitius hoſtias quas tibi ĩ btĩ ioſeph nutricij vnigeniti tui ſaluatoris noſtri feſtiuitate humiliter immolamus: et cõcede: vt inter eius mẽbra cõnumeremur: qui noſtre fragilitatis dignatus eſt eſſe particeps. Qui tecum. Cõio. Fidelis ſeruus et prudẽs quem conſtituit dominus ſuper familiã tuam: vt det illi in tempore tritici menſuram. Cõplẽda

Sanctificet nos q̃s domine tui ſuſceptio ſacramenti: et que pro btĩ ioſeph alũni et alitoris dñi noſtri ieſu chriſti veneranda gerimus ſolennitate: nobis ad indulgentiam proſit eternam. Per eundẽ dñm noſtrũ ieſum chriſtũ.

¶ De ſãcto Joachim. Introitus.

Diſperſit dedit pauperibus: iuſticia eiꝰ manet in ſeculum ſeculi / cornu eiꝰ exaltabitur in gloria. ps. Beatus vir qui timet dñm: in mandatis eius volet nimis. Gloria patri. Collecta.

Adiuua nos q̃s domine intercedẽte beato ioachim patre marie genitricis dñi noſtri ieſu chriſti: vt cuius memoriã agimus: eius meritis ſẽper / et auxilio ſubleuemur. Per eũd. Epla. Beatus vir qui inuẽtus eſt. In cõi fo. j. Grad. Diſperſit dedit pauperibus iuſticia eius manet in ſeculũ ſeculi. ℣. Potẽs in terra erit ſemẽ eius: generatio rectorũ benedicetur. Alla. ℣. Juſtus germinabit ſicut liliũ: et florebit in eternum ante dominũ. Seq̃ntia

O Uirtutum vir perfecte: pater ṽginis electe Joachim nos iuua recte / qui te rectũ poſcimus. Iſaias te radicẽ: prenotauit vt felicem. Unde virgã genitricẽ: floruiſſe nouimus. Obtuliſti recta rectus / recte noe vir perfectus: et vt moyſes dilectus / deo et hoibus. Abel te pfigurauit / qui de ouibus quas pauit: meliores imolauit / inflãmatis gregibus. Clarẽs decimis oblatis / ſpretis rebꝰ grate datis: ſuſtinebas plus q̃ ſatis / infecũdus proſpere. Heres dauid ſancti regis / et ſanctorum priſce legis: tuis precibus nos tegis / velut agni vellere. Jeſus proles tue nate nec non anne matris grate: replet nos ſuauitate: flos regalis germinis. Magne ſtirpis radix ieſſe / ſẽtiamus hoc prodeſſe: q te patrem ſcimus eſſe / glo

rioſe virginis. Te rogamus vo
to pari/laude digna ſigulari:nos
in portu ſalutari / ſiſtat tua gra=
tia. Vera mater orphanorū/tu
leuamen oppreſſorū:medicamen
infirmorum/tanti patris filia.

Secundum Lucam. xij.

IN illo tempore Dixit ieſus
diſcipulis ſuis Nolite time
re puſillus grex:quia complacuit
patri veſtro dare vobis regnum.
Vendite que poſſidetis: ⁊ date ele
moſinam. Facite vobis ſacculos
qui non veteraſcūt theſaurū non
deficiētem in celis. Quo fur non
appropiat: neqꝫ tinea corrumpit
Ubi enim theſaurus veſter eſt:ibi
et cor veſtrū erit. Offr. Glīa et ho
nore coronaſti eū: et conſtituiſti eū ſu=
per opera manuū tuarū dn̄e. Secre

REſpice dn̄e propitius ſuper
hec mūera tua que pro bea
ti ioachī patris marie matris ie=
ſu chriſti honore et pctōrū noſtro=
rū abſolutione deferimus: et pro
omniū imolamus offēſionibus.
Per eūd Cōio. Fidelis ſeruus ⁊ pru
dens quē cōſtituit dn̄s ſuper familiā
ſuā: vt det illi in tēpore tritici mēſurā.

SAncta tua nos do Compl.
mine in cōmemoratiōe ſan
cti cōfeſſoris tui ſūpta viuificent:
et eius ſupplicatiōibus miſericor
die ſempiterne preparent expia=
tos. Per dominū noſtrum. ¶ De
ſancto alexio cōfeſſore. Introitus

OS iuſti meditabit
ſapientiā/et ligua
eius loqtur iudici=
um: lex dei eius in
corde ipſi9. ps. No
li emulari ī malignā
tibus: neqꝫ zelaueris faciētes iniqui=
tatem. Gloria patri ⁊ filio. Collecta

DEus qui beato alexio con=
feſſori tuo tribuiſti vt ⁊ no
ua mūdū arte deluderet/et de ho=
ſte humani generis mirabilit tri=
umpharet/ꝯcede ꝑpicius: vt eius
ſemꝑ muniamur auxilijs / cuius
ſalutiferis erudimur exēplis. P.
Epl'a. Dilectus deo. In cōi. fo. iiij
Grad. Os iuſti meditabit ſapientiā
et lingua eius loquetur iudicium. v.
Lex dei eius in corde ipſius: ⁊ nō ſup
plantabuntur greſſus eius. Alla.
v. Juſtus vt palma florebit: ſicut ce
drus libani multiplicabit. Seqn̄tia

HEc eſt dies digna cultu / in
qua de mūdi tumultu: dei
fruiturus vultu/conſcendit alexi
us. Legi mentis repugnantē/le
gem mēbrorū calcantē:quē et ho=
ſtem ſuperātem/ traxit dei filius.
Nanqꝫ manēs impollutus / na=
tū virginis ſecutus: poſtq̄ litteris
imbutus/copulat virgini. Quā
ſuppreſſa voluptate / xp̄i feruens
charitate: monita virginitate re=
liquit certamini. Hūc nobilitas
ornauit / naturalis quam ſupera
uit: eius et plus decorauit/ mente
morū claritas Deſpecto fuco de
coris/vani faſtuqꝫ tumoris: crucē
ferre ſaluatoris/quem cogebat ca
ritas. Quam deuictus abnega=
uit/ſemetipſū cōculcauit:mundū
carnem ſubiugauit/ ſeruire ſpiri=
tui. Cū renuncians natiuo / ſolo
motus flatu diuo: dn̄atur ſenſiti
uo/pauper appetitui. Annis de
cem ſeptē iunctis/exul et ignotus
cunctis: acriter dolore punctis/de
gebat parētibus. Per imaginis

laudari / vocē cū cepiſſet mari: ſe
cōmendans ignorari / vult vnita
tis greſſibus. Hinc latēs tot an=
nis actis / domo patris dormit ta
ctis: ſtupore perpenſis factis / hijs
parentū mētibus. Eger non re=
māſit vnus / qn reduxit voti mu=
nus: tangēs dū fertur funus / eie=
ctis demonibus. Eternorū iam
poſſeſſor / beatiſſime confeſſor: ſis
pro nobis itercessor / apud regem
glorie. Quo dignetur liberare /
culpis vinctos & ſaluare: tue vacā
tes ꝑclare / tam ac dulci memorie.
Chriſte da quem veneramur / et
quem laudare conamur: vt veſti=
gia ſequamur / ſpretis vanitatibꝰ
Mente pia deprecamur / mundi
curis eruamur: condigneqꝫ con=
pungamur / pro noſtris reatibus
Sicqꝫ noſtra preſēs vita / hijs ter
renis irretita: hic expediatur ita /
virtuoſis actibꝰ. Ut a vicijs mū
dati / moribuſqꝫ decorati: veſte car
nis ſpoliati / iūgamur celeſtibus.
Amen. Euange. Ecce nos reliqui
mus omnia: In cōi fol. iij. Offer.
Deſideriū anime eius tribuiſti ei dn̄e
et voluntate labiorū eius nō frauda
ſti eum. poſuiſti in capite eius coronā
de lapide precioſo. Secreta.
Queſumus omnipotēs deꝰ
vt intercedēte beato alexio
confeſſore tuo munera noſtra ſu=
ſcipias: & nos idoneos fieri ad hec
percipienda concedas. Per. Cōio
Amen dico vobis: q vos qui reliqui
ſtis omnia et ſecuti eſtis me / centuplū
accipietis: et vitā eternā poſſidebitis
Celeſtibus epulis Cōplēda.
recreati qs omnipotēs de=
us: vt intercedēte beato alexio con
feſſore tuo: ſalutare myſterium /
quod te largiente percepimus / te
cuſtodiente ſeruemus. Per dn̄m.

¶ De ſancto Judoco. Introitus

Os iuſti meditabiť
ſapientiā / et ligua
eius loqť iudiciū:
lex dei eius i corde
ipſiꝰ. ps. Noli emu
lari in malignātibꝰ:
neqꝫ zelaueris facietes īiquitatē Glia
Deus qui beatum Collecta
iudocū pium cōfeſſorē tuū
eternitatis gloria ſublimaſti: con
cede nobis famulis tuis: memori
am ipſius celebrātibus / cunctorū
veniā delictorū / et eterne beatitu=
dinis premiū conſequi ſempiter=
num. Per. Epla. Dilectꝰ deo. In
cōi fo. iiij. Grad. Os iuſti meditabi
tur ſapientiā: & lingua eius loquetur
iudiciū. V. Lex dei eius in corde ipſi=
us: et non ſupplantabuntur greſſus
eius. Alla. Vꝰ. Juſtus vt palma
florebit: & ſicut cedrus libani multipli
cabitur. Euā. Ecce nos reliqmus
omnia. In cōi. fol. iij. Offer. Deſi
deriū anime eius tribuiſti ei domine:
et volūtate labiorū eius non frauda=
ſti eum. poſuiſti in capite eius coronā
de lapide precioſo. Secreta.
Hoſtias tibi dn̄e ꝓ cōmemo
ratione ſancti iudoci cōfeſ=
ſoris tui offerimus ſuppliciter de
precātes vt ſicut illi tribuiſti ſacre
fidei claritatē: ſic nobis indulgen
tiā largiaris et pacem. Per. Cōio
Amen dico vobis q vos qui reliqui=
ſtis oīa et ſecuti eſtis me: centuplū ac
cipietis / et vitam eternā poſſidebitis
Ut nobis domine Compl.
tua ſacrificia dent ſalutē:

beatus iudocus cõfeſſoꝛ tuus: q̃s pꝛecatoꝛ accedat. Per. ¶ De ſancto rocho. Ad miſſã. Introitus.

Congratulamini oẽs in dño: diẽ beati rochi ꝯmemoꝛãtes: in cuius cõmemoꝛatiõe letatur eccleſia/plebs exultat/et angeli dulcia dãt melodia/ dicẽtes: gloꝛia tibi dñe qui talem virũ confeſſoꝛẽ elegiſti. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Gloꝛia patri. Collecta

Deus qui es gloꝛioſ⁹ in gloria ſanctoꝛũ: cunctis ad eorum patrocinia cõfugiẽtibus ſue petitionis ſalutarẽ p̄ſtas effectũ: concede plebi tue: vt intercedente beato rocho confeſſoꝛe tuo: que in eius celebꝛitate ſe deuotã exhibet: a lãguoꝛe epydimie quam in ſuo coꝛpoꝛe ꝑ tui nominis gloꝛia paſſus eſt ſit libera: et tuo nomini ſẽper ſit deuota. Per do. Ep̄la. Dedit dñs confeſſionẽ. In cõi. fol. x.

Gr. Tibi pio ſancto rocho honoꝛ ſit et gloꝛia: et te pꝛecãtes apd̄ celeſte numẽ tuis pꝛecibus a moꝛbo epydimie ſaluos redde. ℣. Fac queſum⁹ beate confeſſoꝛ chꝛiſti vt apd̄ deũ pꝛeces nr̄e non ſint vane: et nobis aeris temperiẽ cõcede: et in fine tecũ in celis cõgratulemur. Alla. ℣ O beate cõfeſſoꝛ roche: o q̃ magna apud deũ ſunt merita tua quibus credimus nos a moꝛbo epidymie poſſe liberari: et aeris tẽperiẽ cõcedi Alla. Vacãte alla. Tr.

Beatus vir qui timet dominũ: in mãdatis ei⁹ cupit nimis. ℣ Potẽs in terra erit ſemẽ eius: generatio rectoꝛũ benedicetur. ℣. Gloꝛia et diuitie ĩ domo ei⁹: et iuſticia eius manet in ſcl'm ſcl'i. Se. matheũ. xxiiii.

In illo tempoꝛe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis Vigilate: qa neſcitis qua hoꝛa dominus veſter venturus ſit. Illud autem ſcitote quia ſi ſciret patfamilias qua hora fur ṽturus eſſet: vigilaret vtiq̃ / et non ſineret perfodi domum ſuam. Ideo et vos eſtote parati: quia neſcitis qua hoꝛa / filius hominis venturus eſt. Quis putas eſt fidelis ſeruus et pꝛudẽs: quem cõſtituit dñs ſuus ſuper familiã ſuã: vt det illis cibum in tempoꝛe Beatus ille ſeruus: quẽ cum venerit dñs eius / inuenerit ſic facientẽ Amen dico vobis: qm̄ ſuper omnia bona ſua cõſtituet eum. Offr.

Rochum chꝛiſti confeſſoꝛẽ exoꝛatũ facim⁹ et pꝛeces ad patrẽ nr̄m dirigim⁹ vt tua itercessione / a lãguoꝛibus epidymie ac peſte ſaluemur: et aeris tẽperie potiamur. Secreta.

Parce nobis domine: et flagella ire tue q̃ peccata nr̄a merẽtur: pꝛecibus et meritis beatiſſimi confeſſoꝛis tui rochi / a nobis miſericoꝛditer auerte. Per do.

Coĩo. O q̃ magnificũ eſt nomen tuum beate roche / qui tuis interceſſiõibus multitudinem languentium noſti ſanare: et nomẽ tuum gloꝛioſum cõmemoꝛãtibus / omnibus te pꝛopicium exhibere: veni ꝛ ſalua nos a moꝛbo ac epidymie peſte / et aeris temperiem concede. Complenda.

Preſta q̃s omnipotẽs deus vt qui celeſtia ſacramenta percepimus: intercedẽte beato rocho cofeſſoꝛe tuo / ꝑ hec contra omnia aduerſa mundi muniamur.

ac ab omni moꝛbo ⁊ peſte/ac a ſubitanea moꝛte liberemur. Per.

¶ De ſācto huberto epo. Intro.

Statuit ei domin⁹ teſtamētū pacis/et pꝛīcipē fecit eū: vt ſit illi ſacerdotiȷ̄ dgnitas ī eternū. Ps. Mias domini in eternū cātabo Gloꝛia patri.

Deus q̄ perhennē Collecta gloꝛiā ſanctiſſimi cōfeſſoris tui atq̄ pontificis huberti aīe ꝯtuliſti tribue q̄s eius nos apd̄ te patrociniȷ̄s adiuuari: vt cū eo vitam poſſideamus eternā. Per d̄

Epſa. Ecce ſacerdos magn⁹. In cōi fo. ix. Gr. Ecce ſacerdos magn⁹ qui ī diebus ſuis placuit deo. V. Nō eſt inuētus ſimilis illi: qui conſeruaret legem excelſi. Alla. V. Inueni dauid ſeruū meū: oleo ſācto meo vnxi eū. Tract⁹. Beatus vir. In cōi fo. ix. Euā. Sint lūbi veſtri pꝛecīcti. In coi. fo. ix. Offr. Ueritas mea et mīa mea cū ipſo: et in nomīe meo exaltabitur coꝛnu eius. Secre.

Oblata q̄s domīe munera fidelis ppl̄i meritis beatiſſimi cōfeſſoꝛis tui atq̄ pontificis huberti/ tibi reddantur accepta: vt abiecta cogitatiōe peccati/ eiſdem quibus famulamur myſteriȷ̄s clementer emundari mereamur. Per. Coio. Beatus ſeruus/ quē cum venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amē dico vobis/ ſuper oīa bona ſua conſtituet eum. Complēda.

Menſe celeſtis participatione vegetati/ ſupplices te rogamus oīpotēs deus: vt ſicut de beati huberti perpetua gloꝛificatione gaudemus: ita ipſius apud te īterceſſione ab omni mereamur aduerſitate defēdi. Per dominū.

¶ Marie iacobi et ſalome. Ad miſſam. Introitus.

Gaudeamus oēs in dn̄o diem feſtū celebꝛātes/ ī honore ſanctaꝝ ſoꝛoꝝ: de quarū ſolennitate gaudēt angeli/ et collaudant filiū dei. Ps. Magnus dn̄s ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate dei nr̄i in mōte ſctō ei⁹. Glia pr̄i

Propiciare q̄s dn̄e Colla. nobis famulis tuis vt per beatarū gloꝛioſe virginis et matris tue marie ſoꝛoꝝ tuarūq̄ materteraꝝ marie iacobi ⁊ marie ſalome merita gloꝛioſa/et earū piam interceſſionē ab oībus ſēper ꝓtegamur aduerſis. Qui viuis

Epſa. Ego quaſi vitis. vt ī nati. marie viȷ̄. ſeptēbꝛis. Grad. Glorioſus deus in ſāctis ſuis: mirabilis in maieſtate faciēs pꝛodigia. V. Dextera tua dn̄e gl̄ificata eſt in virtute: dextera manus tua ꝯfregit inimicū Alla V. Surrexit dn̄s et occurrēs mulieribus ait/ auete: tūc acceſſerūt et tenuerūt pedes eius. Euā. Maria magdalene et maria iacobi. Reqre in die paſ. Offr. Angelus dn̄i deſcēdit de celo et dixit mulierib⁹ quem queritis/ ſurrexit ſicut dixit.

Domīe ieſu chꝛiſte. Secre. q̄ in ara crucis te verā hoſtiā pꝛo ſalute hūani generis obtuliſti: munus oblatum tibi ſanctifica: et intercedentibus beatis materteris tuis/ maria iacobi et maria ſalome/ ſoꝛoꝛibus marie virginis matris tue/ ad ſalutem

noſtrarũ trãſeat animarũ. Qui
Cõio. Feci iudiciũ ⁊ iuſticiã dñe/ nõ
calũnientur mihi ſuperbi: ad omnia
mãdata tua dirigebar / omnẽ viam
iniquitatis odio habui. Cõplenda.
SUmptis dñe ſalutaribus
ſacramẽtis te ſupplices ex
oꝛamus: vt meritis illarum que
emerunt aromata/ vt venientes
vngerent ieſum chꝛiſtum/ virtu
tum aromatibus vnguamur.
Per eundem dñm noſtrũ ieſum
¶ De ſancta Doꝛothea. Intro.
GAudeamus omẽs in
dño diẽ feſtũ celebꝛã=
tes ĩ honoꝛe doꝛothee
martyꝛis/ de cuiꝰ paſ
ſione gaudent ange=
li/ et collaudant filiũ dei. ps. Eru
ctauit coꝛ meũ verbũ bonũ: dico ego
opera mea regi. Gloꝛia pꝛi. Collã.
DEus qui beatã doꝛotheã
ꝟginẽ ac martyꝛẽ tuã di=
uerſis toꝛmẽtoꝝ generibus affli
ctam/ de huius ergaſtulo carnis
multa ſeuicia ſuperata: cum pal
ma martyꝛij pꝛefulgide decoꝛa=
ta/ ad tue diuinitatis theſauros
ꝑuenire voluiſti: pꝛeſta q̃s/ vt eiꝰ
interuenientibus meritis et pꝛe=
cibus: a verecũdia paupertatis/
et a falſo crimĩe vite pꝛeſẽtis ere=
ptos: nos oẽs eius imploꝛantes
auxiliũ / tecũ facias miſericoꝛdit
in celeſtibus delicijs ꝑuenire. P.
Epl'a. Dñe deus. In coi fol. xij.
Grad. Audi filia et vide et inclina
aurẽ tuã: qnia concupiuit rex ſpeciẽ
tuam. ℣. Specie tua et pulchꝛitudi
ne tua. intẽde pꝛoſpere pꝛocede et re
gna. All'a. ℣. O remediũ ſalutis
in via ſancta doꝛothea tuis pꝛecibꝰ
nos deo reconſilia: tu ſis nobis ſpe=
culũ in gloꝛia: vbi ſtabũt iuſti cum fi
ducia. Si extra lxx. ſequẽtia dicet
Si vero in lxx. Tractus Qui ſemi
nant. In coi folio ij. Sequentia.
ORtũ regis gloꝛie / celebꝛis
memoꝛie: es ingreſſa doꝛo
thea. Bene tecum agitur/ ieſus
tibi loqtur: veni veni ſpõſa mea
Ei fidem cõſeruaſti/ cui ſponſã
te ꝑbaſti: ꝟginali coꝛꝑe. Amoꝛ
chꝛiſti te allexit/ ad celeſtia pꝛoue
xit: eternali tẽpoꝛe. Tempus te
tuũ vt amãtis/ in agone decertã
tis: demõſtratur ſi cernat/ doꝛo=
thea nobilis. Ad tribunal duce
baris/ ſed nec minis terrebaris:
ſpõſo mũdo rubicũdo / ꝑmanẽs
inmobilis. Diateſſeron es di=
gna/ iuſta pꝛudẽs ⁊ benigna: vir
go foꝛtis viribus. O q̃ foꝛtiter
viciſti/ memoꝛ ſponſi tui chꝛiſti:
floꝛida virtutibus. Roſas tres
et poma tria/ ĩpetraſti mox ĩ via:
que miſiſti vt vouiſti/ dubio ſco=
laſtico. Ob hoc ille admiratus/
et ſe credere teſtatus: captiuatur
decollatur / ſigno tam mirifico.
Unde pꝛius multa paſſus/ toꝛ=
mentatus et non laſſus: ſed inui
ctus eſt addictus/ vngulis aroci=
ter. Tunc beata pꝛeceſſiſti/ mi=
rabilia geſſiſti: nam in pena vt
amena / ſtabas ĩmobiliter. En
te homo decollauit: atqꝫ deus co=
ronauit/ angeloꝛũ glia. Apud
quem nunc intercede/ ne ſint mẽ
tes noſtre fede: peccatoꝛũ ſcoꝛia.
Amẽ. Euã. Simile eſt regnũ ce=
loꝝ decẽ ꝟginibꝰ. ĩ cõi fo. xj. Offer
Offerẽtur regi virgĩes pꝛoxime eiꝰ
offerent tibi in leticia et exultatione

adducent in tẽplũ regi dño. Secre

Suſcipe domĩe mũera que in beate dorothee ỽginis et martyris tue ſolẽnitate deferimus: et pſta / vt cõuenienter hec agere / et remediũ ſẽpiternũ valeamus acqrere. Per. Coio. Dilexiſti iuſticiã et odiſti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus de⁹ tuus. Compl.

Interueniat pro nobis dñe ieſu xpe beatiſſĩe dorothee virginis ac martyris tue glorioſa deprecatio: que dulcedine tui amoris ſic fuit inflãmata: vt precatu ſuo de paradiſo tuo poma magnifica cũ roſis pſcherrimis angelicis manibus deſtinaſti: et preſta / vt hec ſacramenta que ſũpſimus: deuotiõi noſtre pficiant et ſaluti Qui viuis ⁊ regnas de⁹

¶ De ſãcta Martha. Introitus



Gaudeamus oẽs in dño diem feſtũ celebrãtes: ſub honore marthe virginis de cuius ſolẽnitate gaudent angeli / et collaudãt filiũ dei. ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Glĩa pri. Colla

Queſumus ops deus: vt ſicut meritis et interceſſiõe beate marthe ỽginis hoſpite tue lazarũ fratrem ſuũ iam fetidũ ⁊ mortuũ ſuſcitare dignatus es: ⁊ ipſam proprijs manibus ſepelire: ſic ⁊ fideles tuos / a viciorũ ſordibus morte perpetua et ſubitanea digneris propitius liberare / et tecum in celeſtibus collocare. Qui viuis. Epla. Dñe deus me⁹ exalta. In cõi fo. xii. Grad. Specie tua et pulchritudine tua: intende proſpere procede et regna. ỽ. Propter veritatẽ et manſuetudinẽ et iuſticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ỽ. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Sequẽtia. Uirginis venerãde. Tract⁹ Qui ſeminãt. Euã. Simile eſt regnũ celorũ theſauro abſcondito. Dia in cõmuni folio xii. Offr. Offerentur regi virgines poſt eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Fiant dñe tuo grata conſpectui munera ſupplicãtis eccleſie: et intercedente beata martha virgine tua / noſtre proficiant ſaluti. Per. Coio. Simile eſt regnũ celorũ homini negociatori querẽti bonas margaritas: inuenta vna precioſa margarita / dedit omnia ſua et comparauit eã. Compl.

Sanctiſſime deus cuius filius in ede btẽ marthe hoſpitari dignatus es: da q̃s / vt ei⁹ meritis que illum placide ſuſcepit hoſpitio / in polorũ ſede ſuſcipi miſericorditer valeamus. Per dominum. ¶ De ſancta Helena regina. Ad miſſam. Introitus.



Gaudeam⁹ oẽs in dño / diem feſtũ celebrãtes: ſub honore beate helene / de cuius ſolennitate gaudent angeli: ⁊ collaudãt filiũ dei. ps. Eructauit cor meũ verbũ bonum: dico ego opera mea regi. Gloria pri. Colla.

Deus qui inter cetera potẽtie tue miracula ſexũ etiã

fragilē virtute recte intentionis corroboras: presta q̄s: vt exēplo ſācte helene chriſtianiſſime regine / cui⁹ ſtudio deſideratū regis noſtri lignū detegere dignatus es tectū: ſequētes te cū ea que chriſti ſunt indagare / atqꝫ cōſequi te fauente mereamur. Per eundē.
Epſa. Mulierem fortem. In cōi fo. xii. Grad. Propter veritatem ⁊ manſuetudinē et iuſticiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et inclina aurem tuam: quia cōcupiuit rex ſpeciē tuā. Allā ℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Sequētia. Mulier laudabilis. In cōi fo. xiii. Uacāte Alleluya. Tractus. Diffuſa eſt gratia In cōi folio xiii. Euāge. Simile eſt regnum celorū theſauro. In cōi fo. xii. Offer. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Secreta.

Munera populi tui domine placabilis ſuſcipiat dextera: et ſancte helene ſuffragantibus meritis / deuotiōi noſtre proficiant et ſaluti. Per. Cōio. Simile eſt regnū celorū homini negociatori querenti bonas margaritas: inuēta vna precioſa margarita dedit oīa ſua et comparauit eam. Cōplenda

Refecti corporis ſacri p̄cioſi qꝫ ſanguinis libamine: q̄s omnipotēs deus pater / vt interceſſionibus ſācte helene cuius feſtiuo gratulamur officio / cūctis malorū noſtrorū ſordibus exuamur. Per eundem dn̄m noſtrū ieſū chriſtū filiū tuū. ¶ Miſſa de ſancta Appolonia. Introitus.

Gaudeamus oēs in dn̄o / diē feſtū celebrātes ſub honore appolōie virginis / de cui⁹ paſſione gaudēt angeli / et collaudant filium dei. Ps Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Gloria patri

Omnipotēs ſempi- Collecta
terne deus: pro cui⁹ ſāctiſſimi nomis amore beata appolonia virgo et martyr tua amaram et horribilē dentium cōcuſſionem cōſtāter ſuſtinuit: preſta q̄s vt omnes qui eius commemoratione frequentāt: ab atroci dolore dentiū ſemper immunes cuſtodias: et poſt hui⁹ ſeculi erūnas: ad ſupna patrie eterne gaudia feliciter perducas. Per eūdē.
Epſa. Dn̄e deus meus. In cōi folio xii. Grad. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intēde proſpere procede et regna. ℣. Propter veritatē et māſuetudinē et iuſticiā: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Allā. ℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus deus in eternū. Sequētia. Uirginis venerāde. Tractus. Qui ſeminant. Euāge. Simile eſt regnū celorū theſauro abſcōdito. oīa i cōi fo. xii Offer. Offerētur regi virgines poſt eam: proxime eius offerētur tibi. Secre.

Suſcipe q̄s domie ob honorem ſacre virginis tue appolonie munus oblatū: et preua vt qd̓ noſtris aſſequi meritis nō valemus: eiuſdē ſuffragātibus meritis / largire propitius. Per.
Coio. Simile eſt regnum celorum

homini negociatori querenti bonas
margaritas īuēta vna precioſa mar
garita/ dedit oīa ſua et cōparauit eā
Sancte martyris Cōplēda
tue appolonie nos p̄catio
tibi dn̄e grata comitet: ⁊ tuā no
bis indulgentiā poſcere non deſi
ſtat. Per. ❡ De ſācta vvilgefor-
ti virgine et martyre. Introitus
Dilexiſti iuſticiā et
odiſti iniquitatē:
ppterea vnxit te
deus deus tuus
oleo leticie/ pre cō-
ſortibus tuis. Ps.
Eructauit cor meū verbum bonū: di
co ego opera mea regi. Gloria patri
Famulā tuā q̄s Collecta.
dn̄e beate vvilgefortis v̄
ginis et martyris tue regis filie
meritis et p̄cibus reſpice: et ſicut
ad preces ipſius quā concupiuit
barbā accreſcere feciſti: ita deſide
ria cordis noſtri ſupne gratie di-
gneris beneficijs augmentare.
Per. Epla. Dn̄e deus meus. In
cōi fol. xij. Grad. Dilexiſti iuſticiā
et odiſti iniquitatem. v̄. Propterea
vnxit te deus deus tuus oleo leticie.
Alla. v̄. Specie tua et pulchritu-
dine tua: intende proſpere procede ⁊
regna. Euāge. Simile eſt regnū
celorū theſau. In cōi fo. xij. Offer.
Offerētur regi virgines poſt eam:
proxime eius offerētur tibi. Secre.
Sacrificijs preſentibus q̄s
dn̄e placatus intēde: vt et
deuotioni noſtre proficiant/ et ſa
luti. Per dn̄m noſtrū ieſū xp̄m
filium tuū. Coio. Diffuſa eſt gra-
tia in labiis tuis: propterea benedi-
xit te deus in eternum. Complēda.

Auxilientur nobis domīe
ſumpta myſteria: et iter-
cedente beata vvilgeforti marty
re tua ſēpiterne protectione con-
firmēt. Per. ❡ De ſancta Gudi-
la. Ad miſſam. Introitus.
Dilexiſti iuſticiā ⁊ odi
ſti iniqtatē: propter-
ea vnxit te deus deus
tuus oleo leticie/ pre
cōſortibus tuis. Ps.
Eructauit cor meum verbū bonum
dico ego opera mea regi. Gl'ia patri
Indulgentiā nobis Colla.
q̄s domīe beata virgo gu-
dila imploret/ que tibi grata ſem
per extitit: et merito caſtitatis/ et
tue p̄feſſione v̄tutis. Per. Epla
Sapiētia vincit maliciā. In cōi
fo. xj Grad. Audi filia ⁊ vide/ et icli
na aurē tuā: quia cōcupiuit rex ſpe-
ciem tuam. v̄. Specie tua et pulchri
tudine tua: intēde proſpere procede
et regna. Alla. v̄. Specie tua et
pulchritudine tua: intende proſpere
procede et regna. Sequētia. Gau
de celeſtis ſponſa. Tractus. Qui
ſeminant. Euange. Simile eſt re
gnū celorū decem v̄ginibus. oīa
in cōi fol. xj. Offer. Offerētur regi
virgines poſt eā: proxime eius offe-
rentur tibi. Secreta.
Suſcipe munera domine q̄
in beate gudile v̄ginis ſo-
lennitate deferimus: cuius nos
confidimus patrocinio liberari.
Per. Coio. Diffuſa eſt gratia in la
biis tuis: propterea benedixit te de-
us in eternum. Complenda
Auxiliētur nobis domine
ſumpta myſteria: et iter-
cedēte beata gudila virgine tua/

ſẽpiterna nos protectione confir
mẽt. Per. ¶ De ſácta genoueſa
virgine. Ad miſſam. Introitus
Dilexiſti iuſticiam
et odiſti iniquita=
tem: ppterea vn=
xit te deus de9 tu-
us oleo leticie/ pre
conſortibus tuis.
ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ:
dico ego opera mea regi. Glia pri.
Beate genouefe Collecta.
natalicia venerãda/ q̃s do
mine eccleſia tua deuote ſuſcipi=
at: et fiat magne glorificationis
amore deuotior: et tãte fidei pro=
ficiamus exẽplo. Per. Epla. Sa
pientia vincit maliciã. In cõi fo.
xj. Grad. Audi filia et vide/ et incli
na aurẽ tuã. quia cõcupiuit rex ſpeci
em tuã. ℣. Specie tua et pulchritu=
dine tua: intende proſpere procede et
regna. Alla. ℣. Specie tua et pul
chritudine tua: intẽde proſpere pro=
cede et regna. Sequentia. Gaude
celeſtis ſponſa. Tractus. Qui ſe
minant. Euãg. Simile eſt regnũ
celorũ decem virginibus Ora in
cõi fo. xj. Offer. Offerent regi vir
gines poſt eam: proxime eius offe=
rentur tibi. Secreta.
Offerimus dñe prec̃s et mu=
nera in honore ſãcte geno=
uefe gaudẽtes/ preſta q̃s: vt et cõ=
uenienter hec agere: et remediũ ſẽ
piternũ valeamus acqrere. Per.
Coio. Diffuſa eſt gr̃a in labiis tuis
propterea bñdixit te deus in eternũ.
Adiuuent nos q̃s Cõplen
dñe et hec myſteria ſãcta
que ſũpſimus: et beate genouefe
interceſſio venerãda. Per ¶ Pro
quacũq tribulatiõe. Introitus.
Salus populi ego ſũ
dicit dñs: de quacun
q tribulatiõe clama
uerit ad me/ exaudi=
am eos: et ero illorũ
dominus in perpetuũ. ps. Atten
dite popule meus legem meam: icli=
nate aurem veſtram in verba oris
mei. Gloria patri. Collecta.
Ineffabilẽ miam tuam do
mine nobis clemẽter oſten
de. vt ſimul nos et a peccatis om
nibus exuas: et a penis/ et a tribu
lationibus quas pro hijs mere=
mur eripias. Per d. ¶ Pro tribu
latione eccleſie. Alia collecta.
Eccleſie tue q̃s dñe prec̃s pla
catus admitte: vt deſtru=
ctis aduerſitatibus vniuerſis: ſe
cura tibi ſeruiat libertate. Per d
Lectio Hieremie pphete. xiiij.
Si iniqtates noſtre reſpon
derint nobis: dñe fac pro=
pter nomen tuũ: quoniã multe
ſunt auerſiones nr̃e. Tibi enim
peccauim9 expectatio iſrael/ ſal=
uator noſter in tempore tribula=
tionis. Tu autẽ in nobis es dñe
et nomen tuũ inuocatũ eſt ſuper
nos: ne derelinquas nos dñe deus
noſter. Grad. Liberaſti nos dñe ex
affligẽtibus nos et eos qui nos ode=
runt cõfudiſti. ℣. In deo laudabi=
mur tota die: et noi tuo ↄfitebimur i
ſecula. Alla. ℣. De profundis cla
maui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ me
am. Secundũ Johannem. xvj.
In illo tempore. Dixit ieſ9
diſcipulis ſuis. Amẽ amẽ
dico vobis: quia plorabitis et fle
bitis vos: mundus autẽ gaude=

bit. Uos aũt cõtriſtabimini: ſed
triſticia veſtra vertet̃ in gaudiũ.
Mulier cũ parit triſticiã habet:
q̃a venit hora eius. Cũ aũt pepe=
rit puer: iam nõ meminit p̃ſſure
ꝓpter gaudiũ: q̃a nat⁹ eſt homo
in mundũ. Et vos igitur / nũc q̃=
dem triſticiã habetis. Iterũ aũt
videbo vos: et gaudebit cor vr̃m
Et gaudiũ veſtrũ: nemo tollet a
vobis. Offr. Si ãbulauero in me=
dio tribulatiõis viuificabis me dñe:
et ſuper irã ĩimicorũ meorũ extẽdiſti
manũ tuã ⁊ ſaluũ me fecit dextera tua
Purificet nos q̃s dñe Secre.
muneris p̃ſentis oblatio:
et dignos ſacra participatiõe effi
ciat. P. Alia p tribulatiõe eccl'ie.
Protege nos q̃s domĩe tu=
is myſterijs ſeruientes vt
diuinis rebus et corpore famule=
mur et mẽte. Per. Cõio. Memẽto
verbi tui ſeruo tuo domĩe: in quo mi
chi ſpem dediſti: hec me conſolata eſt
in humilitate mea. Complẽda.
Preſta dñe q̃s: vt terrenis
affectibus expiati: ad ſup=
ni plenitudinẽ ſacramẽti / cuius
libauimus ſãcta tẽdamus. Per.
Alia cõplẽ. pro tribulatiõe eccl'ie.
Queſumus dñe de⁹ noſter:
vt quos diuis tribuis par
ticipatiõe gaudere: humanis nõ
ſinas ſubiacere periculis. Per d.
¶ Pro peccatis. Introitus.
Omnia que feciſti no
bis dñe / in vero iudi
cio feciſti: q̃a peccaui
mus tibi / ⁊ mãdatis
tuis non obediuim⁹
ſed da gloriã nomini tuo / et fac
nobiſcũ ſcd̃m multitudinẽ mie
tue. Ps. Magnus dominus et lau=
dabilis nimis: in ciuitate dei noſtri /
in monte ſancto eius. Collecta.
Exaudi q̃s dñe ſupplicũ pre
ces: et cõfitentiũ tibi parce
peccatis: vt pariter nobis indul=
gentiã tribuas benignus et pacẽ
Per. Epl'a. Si iniq̃tates. Requi=
re in officio p̃cedẽti. Gr. Propiti
us eſto dñe peccatis noſtris: nequan
do dicant gentes vbi eſt deus eorũ.
V. Adiuua nos deus ſalutaris no=
ſter: ⁊ propter honorẽ nõis tui dñe li
bera nos. All'a. V. Domĩe exaudi
orationẽ meam: et clamor meus ad
te perueniat. Poſt lxx. Tractus.
Domine non ſecundũ pecca=
ta noſtra facias nobis: neq̃
ſecundum iniquitates noſtras retri
buas nobis. V. Domine ne memine
ris iniquitatũ noſtrarũ antiquarũ:
cito anticipent nos miſericordie tue:
quia pauperes facti ſumus. V. Ad=
iuua nos deus ſalutaris noſter: et
propter gloriam nominis tui domĩe
libera nos: et propitius eſto peccatis
noſtris propter nomen tuum.
Secundum Lucam. xj.
In illo tp̃e. Dixit ieſus di=
ſcipulis ſuis. Petite: et da=
bitur vobis. Querite: et inuenie
tis. Pulſate: et aperietur vobis.
Omnis eñi qui petit accipit: et q̃
querit inuenit / et pulſãti aperiet̃
Quis aũt ex vobis patrem petit
panem: nunq̃d lapidẽ dabit illi?
Aut piſcem: nunq̃d pro piſce ſer=
pentem dabit illi? Aut ſi petierit
ouum: nũquid porriget illi ſcor=
pionẽ? Si ergo vos cũ ſitis mali
noſtis bona data dare filijs ve=
ſtris: quantomagis pater veſter

de celo/dabit ſpm̄ bonū/ petētib⁹
ſe. Offr. Sicut in olocauſto arietū
et taurorū/et ſicut ī milib⁹ agnorū pī
guiū: ſic fiat ſacrificiū nr̄m in conſpe
ctu tuo hodie / vt placeat tibi: quia
nō eſt cōfuſio cōfidentibus in te dn̄e

Hoſtias tibi dn̄e pla Secr.
cationis offerim⁹: vt et de
licta nr̄a miſerat⁹ abſoluas: ꝛ nu
tātia corda tu dirigas Per. Cōio
Amē dico vobis quicquid orātes pe
titis. credite quia accipetꝭ et fiet vobꝭ

Preſta nobis dn̄e et Cōpl.
ne ſaluator: vt pcipientes
hoc munere veniā peccatorꝫ dein
ceps peccata vitemus. Per dn̄m

¶ Pro infirmo. Introitus.

De neceſſitatibus me
is eripe me dn̄e: vide
humilitatē meā et la
borem meū: et dimit
te oīa pctā mea. Ps.
Ad te dn̄e leuaui aīam meā: de⁹ me
us in te confido nō erubeſcā. Gloria

Om̄ps ſempiterne de Col.
us: ſalus eterna credentiū:
exaudi nos pro infirmo famulo
tuo/ p quo mīe tue imploramus
auxiliū: vt reddita ſibi ſanitate/
gratiarū tibi in eccleſia tua refe
rat actionē. Per dn̄m. ¶ Pro in
firmo morti proximo. Collecta.

Om̄ps ſēpiterne deus: cōſer
uator aīarū: q̄ quos diligis
corripis: et quos recipis/ pie ad
emēdationē coerces/ te ſupplices
exoramus: vt medelā anime fa
muli tui cōferre digneris: et qui
in corpore patitꝛ mēbrorū debili
tatē vim laboris ſtimulos infir
mitatis: da ei dn̄e gratiā tuā / vt
in hora exit⁹ illius de corpore abſ
ꝗ peccati macula/tibi datori pro
prio per manus ſanctorū ange
lorum tuorum anima ei⁹ repre
ſentari mereatur. Per dominū.

Lectio Iſaie prophete. xxxviij.

In diebus illis. Egrotauit
ezechias vſq ad mortē: et
introiuit ad eū iſaias fili⁹ amos
propheta: et dixit ei. Hec dicit do
minus. Diſpone domui tue: q̄a
morieris tu/et non viues. Et con
uertit ezechias faciē ſuam ad pa
rietem: et orauit ad dn̄m/et dixit
Obſecro dn̄e: memento q̄ſo/quo
modo ābulauerim corā te in ve
ritate / et in corde pfecto: et quod
bonū eſt in oculis tuis / fecerim.
Et fleuit ezechias fletu magno.
Factūq eſt verbū dn̄i ad iſaiā di
cens. Vade: et dic ezechie. Hec di
cit dn̄s deus dauid pr̄is tui. Au
diui orationē tuam/ꝛ vidi lachri
mas tuas. Ecce ego adijciam ſu
per dies tuos/quindecim annos
et de manu regis aſſyriorū eruā
te: et ciuitatē iſtam: et protegam
eam. Dicit dn̄s omnipotēs. Gr.
Miſerere mihi dn̄e: quoniā īfirmus
ſum/ſana me dn̄e. ℣. Conturbata
ſunt oſſa mea: ꝛ aīa mea turbata eſt
valde. Alla. ℣. Oſtēde nobis dn̄e
miam tuā: et ſalutare tuū da nobis

Secundum Matheum. viij.

In illo tpe. Cum introiſſet
ieſ⁹ capharnaū: acceſſit ad
eū centurio: rogans et dicens ei.
Domie: puer meus iacet ī domo
paraliticus / et male torq̄tur. Et
ait illi ieſus. Ego veniā: et cura
bo eū. Et reſpōdens cēturio: ait.
Dn̄e: non ſū dign⁹/vt intres ſub
tectū meū: ſed tātum dic verbo/

et ſanabit puer meus. Offer. Ex-
altabo te domine qm̄ ſuſcepiſti me:
nec delectaſti inimicos meos ſuper
me: dn̄e clamaui ad te/ et ſanaſti me.
Deus cuius nuti- Secreta
bus vite nr̄e mom̄eta de-
currūt: ſuſcipe p̄ces et hoſtias fa-
muli tui pro quo egrotāte miſeri
cordiā tuam imploramus: vt de
cuius periculo metuimus/ de eiꝰ
ſalute letemur. Per dn̄m. Secre
ta pro infirmo morti proximo.
Adeſto dn̄e pro tua pieta-
te ſupplicatiōibꝰ noſtris
et ſuſcipe hoſtiā quam tibi offeri
mus/ pro famulo tuo N. iacente
in grabato: ſalutem non ſolum
corporis/ ſed et anime petēte: pre-
ſta ei omnipotēs deus/ indulgen
tiam omniū iniquitatū ſuarum
propter immenſā miam tuam:
vt per hoc flagellū quod ſuſtinet
a ſanctis angelis tuis/ anima eiꝰ
ſuſcepta ad tue glorie regnū per
uenire mereatur. Per dn̄z. Cōio.
Redime me deus iſrael ex omnibus
anguſtiis meis. Complenda.
Deus infirmitatis huma-
ne ſingulare preſidiū: au
xilij tui ſuper infirmū noſtrum
oſtēde virtutē: vt ope mie tue ad-
iutus/ eccleſie tue incolumis rep̄-
ſentari mereatur. Per d. Alia cō
plenda de infirmo morti primo
Gratias agimus tibi dn̄e
refecti multiplicibꝰ largi-
tatibus quibus animas in te ſpe
rantium ſatiare conſueuiſti: nā
et cōfiſi de tua pietate p̄camur vt
miſereri digneris famulo tuo N
ne preualeat aduerſus eū aduer-
ſarius i hora exitus illiꝰ de corpo
re: ſed tranſitū mereat habere ad
vitā. Per. ¶ Pro pace. Introitꝰ.
Da pacē dn̄e ſuſti-
nētibꝰ te/ vt pphe
te tui fideles inue
niātur: exaudi p̄-
ces ſerui tui/ et ple
bis tue iſrael. Ps.
Letatus ſū i hiis que dicta ſūt mihi:
in domū dn̄i ibimus. Gl'a pri. Col.
Deus a quo ſctā deſideria/
recta cōſilia/ et iuſta ſunt
opa: da ſeruis tuis illā quā mun
dus dare nō poteſt pacē: vt et cor-
da nr̄a mādatis tuis dedita ꝛ ho
ſtiū ſublata formidie tēpora ſint
tua ꝓtectione tranquilla. Per d.
Lectio libri machabeorū. ij. j.
In diebus illis. Orationē
faciebāt ſacerdotes dū of-
ferrēt ſacrificiū pro populo iſrael
ionatha inchoāte/ ceteris autem
reſpondētibus et dicentibus. Be
nefaciat vobis deus: et memine-
rit teſtamenti ſui qd̄ ad abrahā/
iſaac/ et iacob/ locutus eſt ſeruoꝝ
ſuorū fideliū. Et det vobis omni
bus cor/ vt colatis eū: et faciatis
eius voluntatē/ corde magno/ et
animo volēti. Adaperiat cor ve-
ſtrū in lege ſua et in preceptis ſu-
is: ꝛ faciat pacem. Exaudiat ora
tiones vr̄as/ et reconciliet vobis:
nec vos deſerat in tempore malo
dn̄s deus noſter. Grad. Letatus
ſum in his que dicta ſunt mihi: in do
mum domini ibimus. V. Fiat pax
in virtute tua: et abundantia in tur
ribus tuis. Alla. V. Oſtēde nobis
dn̄e miſericordiā tuā: ꝛ ſalutare tuū
da nobis. Euā. Petite et dabitur
vobis. vts in miſſa p peccatis fo

lio. xxxi. Offer. Populũ humilē ſal
uum facies domine: et oculos ſuper
boꝛum humiliabis / quoniã quis de
us pꝛeter te domine. Secreta.
Deus qui credētes in te po=
pulos / nullis ſinis cõcuti
terroꝛibus / dignare pꝛeces et ho=
ſtias dicate tibi plebis ſuſcipere
vt pax tua pietate conceſſa: chꝛi=
ſtianoꝝ fines / ab omni faciat ho
ſte ſecuros. Per dñm. Cõio. Tu
dñe ſeruabis nos / ⁊ cuſtodies nos a
generatione hac in eternũ. Cõplen
Deus auctoꝛ pacis et ama
toꝛ: quem noſſe viuere / cui
ſeruire regnare eſt: ꝓtege ab om
nibus impugnationibus ſuppli
ces tuos: vt qui in defēſione tua
confidimus: nullius hoſtilitatis
arma timeamus. Per dominũ.
¶ Miſſa pꝛo moꝛtalitate ſubita=
nea euitanda / quã dñs papa cle=
mens fecit: et cõſtituit in collegio
cardinaliũ. Et cõceſſit oĩbus pꝛe=
dictã miſſã audientibus / ⁊ dicen
tibus. cclx. dies indulgentiarũ.
¶ Ad miſſam. Introitus.
Recoꝛdare dñe te=
ſtamēti tui / et dic
angelo ꝑcutienti:
ceſſet iã man⁹ tua
vt non deſoletur
terra: et ne ꝑdas
omnē animã viuentē. Ps. Qui re
gis iſrael intēde: qui deducis velut
ouem ioſeph. Gloꝛia patri. Colla.
Deus qui nõ moꝛtē ſed pe=
nitentiã deſideras pctõꝝ:
populũ tuũ in afflictione clamã=
tem ad te conuerte pꝛopitius: vt
dũ tibi deuotus extiterit: iracun
die tue eo flagella amoueas. Per

Lectio libꝛi Regum. ij. vltimo.
In diebus illis. Immiſit
dñs peſtilentiã in iſrael de
mane vſq; ad tp̃s ꝯſtitutũ: ⁊ moꝛ
tui ſũt ex pplo / a dan vſq; berſa=
bee / ſeptuagita milia viroꝝ. Cũ
q; extendiſſet manũ ſuã angelus
dñi ſup hierl'm vt diſperderet eã
miſert⁹ eſt dñs ſuper afflictionē
populi ſui. Et ait angelo ꝑcutien
ti populũ. Sufficit nunc: cõtine
manũ tuam. Erat aũt angelus
dñi iuxta aream areuna iebuſei
Dixitq; dauid ad dñm: cũ vidiſ=
ſet angelum cedētem populum.
Ego ſum q̃ peccaui: et ego inique
egi. Iſti qui oues ſunt: qd fecerũt
Vertatur obſecro manus tua cõ
tra me: ⁊ cõtra domũ patris mei
Venit autē gad pꝛopheta dñi ad
dauid in die illa: et dixit ei. Aſcen
de et cõſtitue altare dño: in area
areuna iebuſei. Et aſcēdit dauid
iuxta ſermonē gad: quē pꝛecepe=
rat ei dñs. Gr. Miſit dñs verbũ
ſuum ⁊ ſanauit eos: ⁊ eripuit eos de
interitu eoꝛum. V. Confiteãtur do=
mino miſericoꝛdie eius: et mirabilia
eius filiis hominũ. Alla. V. Sal=
uabo populũ meũ in medio hieruſa
lem: et ero illis in deum in veritate ⁊
iuſticia. Scdm Lucam. iiij.
In illo tpe. Surgens ieſus
de ſynagoga: introiuit in
domũ ſymonis. Socrus aũt ſy=
monis tenebať magnis febꝛib⁹
et rogauerũt illũ pꝛo ea. Et ſtãs
ſup illã imperauit febꝛi: et dimi=
ſit illã. Et cõtinuo ſurgens mini
ſtrabat illis. Cũ ſol autē occidiſ=
ſet: oĩes qui habebãt infirmos
varijs lãguoꝛibus / ducebant il=

los ad eũ. At ille ſingulis manꝰ
iponẽs: curabat eos. Exibãt aũt
demonia a multis clamãtia ⁊ di
cẽtia: q̃a tu es filius dei. Et incre=
pãs non ſinebat ea loqui: q̃a ſcie=
bant ipſum eſſe chꝛiſtũ. Facta au
tem die: egreſſus ibat in deſertũ
locum. Et turbe requirebant eũ/
et venerũt vſq₃ ad ipſũ: et detine
bant illũ ne decederet ab eis. Qui
bus ille ait. Quia et alijs ciuitati
bus opoꝛtet me euangelizare re=
gnũ dei: q̃a ideo miſſus ſum. Et
erat p̄dicãs: ĩ ſynagogis galilee.
Offer. Stetit pontifex iuxta moꝛtu
os et viuẽtes: habens thuribulũ au=
reum in manu ſua: et offerens incen
ſi ſacrificium/ placauit iram domini
et ceſſauit plaga a populo. Secreta
Exaudi nos deus ſalutaris
noſter: ⁊ intercedẽte beata
dei genitrice ſẽperq₃ ꝟgĩe maria
p̄pl'm tuũ ab iracũdie tue terroꝛi
bus libera: et mĩe tue fac largita
te ſecurũ. P. Cõio. Multitudo lã=
guentiũ/ et qui vexabant a ſpiritibꝰ
immundis veniebant ad eum: quia
virtus de illo exibat et ſanabat oẽs.
Subueniat nobis Cõplẽda
dñe ſacrificij percepti ope=
ratio q̃ nos ab erroꝛibus vniuer=
ſis potenter abſoluat: et a totius
perditionis eripiat incurſu. Per
¶ Miſſa ad honoꝛẽ gloꝛioſe vir=
ginis marie pꝛo mulieribus im=
pregnãtibus/ aut alias in partu
laboꝛantibus. Introitus.
Alma virgo virginũ
ſancta dei genitrix:
pꝛo deuotis poꝛrige
ancillis tuis p̄ces ob=
nixas ad filium/ que
parturientiũ benigna es auxilia
trix. ps. Iurauit dominꝰ dauid ve=
ritatem/ et non fruſtrabitur eum: de
fructu ventris tui ponam ſuper ſe=
dem tuam. Gloꝛia patri. Collecta.
Exaudi clemẽtiſſime pater
depꝛecationẽ ſerui tui: pꝛo
pauperibus ancillis tuis in par=
tu nũc aut in poſterũ laboꝛãtibꝰ
maieſtati tue deuotiſſime ſuppli
cantis/ vt queadmodũ tua eas
pꝛouidentia concipere decreuiſti:
ita ipſa benedictione tua pꝛeam=
bula/ ad laudem tui ſacri nomi=
nis virgine gloꝛioſa ſuffragan=
te celeriter iubeas expediri. Per
dñm noſtrũ ieſũ chꝛiſtũ filiũ tuũ
Lectio libri Geneſis. iij.
In diebus illis. Dixit dñs
ad adam. Nunquid ex li=
gno de quo tibi pꝛeceperam ne co
mederes/ comediſti? Dixitq₃ adã
Mulier quam dediſti michi ſoci=
am: dedit mihi de ligno/ et come
di. Et dixit dominus ad mulie=
rem. Quare hoc feciſti? Que re=
ſpondit. Serpens decepit me/ et
comedi. Et ait dominus ad ſerpẽ
tem/ quia feciſti hoc: maledictus
es inter omnia animantia/ et be
ſtias terre. Inimicitias ponam
inter te et mulierem: et ſemen tu
um/ et ſemen illius. Et ipſa conte
ret caput tuum: et tu ĩſidiaberis
calcaneo eius. Mulieri quoq₃ di=
xit. Multiplicabo erũnas tuas:
et cõceptus tuos. In doloꝛe pari
es filios/ et ſub viri poteſtate eris
et dñabitur tibi. Ade vero dixit.
Quia audiſti vocẽ vxoꝛis tue/ et
comediſti de ligno/ ex quo p̄cepe=
rã tibi ne comederes: maledicta

terra in opere tuo. In laboribus
comedes ex ea/cũctis diebus vite
tue. In ſudore vultꝰ tui veſceris
pane tuo/donec reuertaris in ter
rã/ de qua ſũptus es. Quia pul=
uis es: et in puluerem reuerteris
Grad. Ecce virgo concepit/et abſqꝫ
dolore peperit nobis filiũ: cuius no=
men vocatũ eſt ieſus. ℣. Qui ſicut
pluuia in vellus:ita in vterũ virgi=
nis deſcendit: et velut ſol porta clau
ſa ex vtero virginali ad nos ĩtroiuit
Alla. ℣. Ad tuum o maria confu
giunt preſidiũ pauperes in partu la
borãtes: quas ſuis queſo nõ deſpici
as in neceſſitatibꝰ:ſed a periculis cũ
ctis libera eas virgo ſemper bñdicta

Ancilla chriſti ma Sequẽ
ria mater dei/pauperem
exaudi pctõrẽ ad te vere ſuſpirã=
tem: ne matrũ in vtero pclitẽtur
infãtuli Qui ppter defectũ bap
tiſmi/ macula irretiti originali:
